

INDEX IN PHILONEM.

Vitia vt tollas, horum recepta	Voluptatis sedes & habitatio	
cula sensus castiga, aut etiã	72	
rolle	165	Voluptatis proprium est decipere
Vitia virtutes imitantia	140	63
Vitiorum innumerabilis multitudo vnde nata	281	Voluptas sensui inimica
Vituli ex auro conflati adoratio & typus	226	83
Volatilium prima creatio	13	Voluptatis detestatio
Voluptas mentē subiugar	34	499
Voluptas nimia mentem corrumpit	178	Voluptatum poenae
Voluptas serpens fuit Euae deceptor	ibidem	33-34
Voluptatis carnalis & scientiae contrarietas	273	Votum quid
Voluptatis via ea est, quae omnibus est communis	178	121.122
Voluptatis assecularum in corpore defendendo argumenta	142	Vota per Sem facta
Voluptatis nūquam otiosae natura	79	245
		Vota absq; cunctatione domino reddenda
		121
		Vox quateus visibilis
		342
		Vrbium condendarum ratio
		23
		Vrsa maior
		ibidem
		Vrsa fidus caeleste
		ibidem
		Vsura in populo Dei prohibita
		495
		Vulua quid significet mystice
		130.131
		Z Elpha
		370
		Z Elphæ filij
		270
		Zodiacus
		412
		Zonæ caelestes
		434

FINIS.

LUGDVNI,

Excudebat Nicolaus Petronillus.

1561

PHILONIS

IUDAEI, SUMMI

PHILOSOPHICAE

SCRIPTORIS

eloquentissimi,

fimi,

Operum, quae quot ad hunc diem haberi potuerunt,

TOMVS ALTER.

INTERPRETE,

Sigismundo Gelenio, Ioanne Christophorsono,

& Ioanne Uœura


Ad finem rerum & verborum indice addito.



LUGDVNI

Apud Antonium Vincentium.

M D LXI.



INDEX IN PHILONEM.

Vitia vt tollas, horum recepta	72	Voluptatis sedes & habitatio	
cula sensus castiga, aut etiã	165	Voluptatis proprium est deci-	
rolle	140	pere	63
Vitia virtutes imitantia	140	Voluptas sensui inimica	83
Vitiorum innumerabilis mul-	281	Voluptatis detestatio	499
titudo vnde nata	226	Voluptatum pœnæ	33-34
Vituli ex auro conflati adora-	178	Votum quid	121.122
tio & typus	13	Vota per Sem facta	245
Volatilium prima creatio	34	Vota absq; cunctatione domi-	
Voluptas mentē subiugat	178	no reddenda	121
Voluptas nimia mentem cor-	178	Vox quateus visibilis	342
rumpit	178	Vrbium condendarum ratio	23
Voluptas serpens fuit Euz de-	ibidem	Vrsa maior	ibidem
ceptor	273	Vrsa fidus caeleste	ibidem
Voluptatis carnalis & scientiæ	178	Vsura in populo Dei prohibi-	
contrarietas	130.131	ta	495
Voluptatis via ea est, quæ om-	130.131	Vulua quid significet mystice	
nibus est communis	142	Z Elpha	370
Voluptatis affectarum in cor-	142	Zelphæ filij	270
pore defendendo argumen-	79	Zodiacus	412
ta		Zonæ caelestes	432
Voluptatis nūquam otiosæ na-			
tura			

FINIS.

LUGDVNI,
Excudebat Nicolaus Petronillus.

1561

PHILONIS (2)

IVDÆI, SVMMI

PHILOSOPHI, AC

SCRIPTORIS

eloquentif-

fimi,

Operum, quotquot ad hunc diem haberi potuerunt,


TOMVS ALTER.

INTERPRETE,

Sigismundo Gelenio, Ioanne Christophorsono,

& Ioanne Væuraeo.

Ad finem rerum & verborum Indice
addito.



LUGDVNI,

Apud Antonium Vincentium.

M D LXI.

CATALOGVS ET ORDO
librorum in hocce Philonis Iudæi
Tomo contentorum.

1 De vita Mosis liber primus pagina 3	15 De victimas offerentibus 198
2 De vita Mosis liber secundus 43	16 Mercedem meretricis nō recipiendā 209
3 De vita Mosis liber tertius 51	17 Quòd omnis probus liber 213
4 De charitate 78	18 De vita contemplatiua 232
5 De iudice 95	19 De nobilitate 244
6 De creatione principis 98	20 De præmiis & pœnis 250
7 De fortitudine 108	21 De execratione 261
8 De decalogo 115	22 Quòd mundus sit incorruptibilis 273
9 De specialibus legibus 136	23 In Flaccum 295
10 De circumcissione 168	24 De legatione ad Caium 316
11 De monarchia lib. I. 169	25 Ioannis Christophorsoni versio 359.402.
12 De monarchia lib. II. 17	430.445
13 De sacerdotum honoribus 184	26 Ioannis Vœurœi versio 501
14 De victimis 18	

PHILONIS IUDÆI
DE VITA MOSIS,
HOC EST,
De Theologia & Prophetia.
Liber primus.
Sigisfrundo Gelio interprete.



MOSIS vt quidam censent legislatoris Iudæorū, vt alij sacrarū legum interpretis, vitā scribere est animus, viri modis omnibus maximi absolutissimiq; & eum lectoribus dignis notū facere, nam inclita fama legum, quas reliquit posteris, totum orbē habitabilem peruagata, extremos ei' terminos attigit. ipse verò quis fuerit, nō multis satis notū est: fortasse propter inuidiam, aut propter institutorū eius ab aliis ciuitatibus in plerisq; discrepātiā, scriptoribus Græcis non dignatis eum memoria: quorū maior pars facultate scribēdi abusi sunt tum in oratione soluta, tum in poëmatibus, versi ad comœdias & fabellas sybariticas notæ turpitudinis obscenitatisq;: cum debuissent naturæ donis vt ad prodēdas res gestas vitasq; bonorum virorū: vt nec honesta exempla vetera nouaq; traderentur obliuioni ac silētio cum præluere possint posteris, nec omis- sis melioribus argumētis auditu indigna anteponeerētur: præ- terea probris honestatis specie. verūm ego istorum inuidiam prætereo, malens de hoc viro dicere quæ e sacris libris didici, quos reliquit mirādum monumentum suæ sapientiæ, & à qui- busdam nostræ gētis senioribus, qui veteri lectioni semper at- texebāt aliquid: quò magis vita hominis est mihi cognita. fa- ciam autē initium vnde necessum est incipere. MOSES ge- nere fuit Hebræus, natus in Aegypto educatusq;: eo q; maio- res ipsius ob diuturnā famem quæ Babylonē ac propinquas re- giones tum premebat, alimenta quarēdo in Aegyptū cum vni- uersa familia migrauerāt, terram campestem, sulci profundi.

fertilémq; omnium quibus natura humana indiget, frumenti præcipuè. nam huius fluius ætate adulta. quãdo alios fertur decrefcere, perennes æquè ac torrentes, crefcens & diffufus arua inundat aquis ftagnantibus. atq; ita nullo pluuiarũ defiderio, genus omne frugũ fructũmq; quotãnis copiofè prouenit, ni manifesta numinis ira incidat, propter nimiam impietatẽ inhabitatium. Parentes habuit eius ætatis optimos quos nõ magis communis tribus quãm idem animus iunxerat, feptima progenies hic eft à primo, qui peregrinus ipfe, princeps fuit vniuerfi Iudæorũ generis. educatus eft regio more, per occasionem hanc: Rex cum animaduertiffet hanc gentem in dies magis ac magis crefcere, veritus ne inquilini fuperante numero cum indigenis de principatu contenderent, vires eorum nefariis artibus conatus eft accidere: iufsitq; vt ex recens editis alerentur fœminæ, propter fexum bello inutiles: mares tollerentur, ne oppidatim inualefcerent. quandoquidem viris armisq; florentes copiarũ sunt murus inexpugnabilis, eo tempore natus hic puer, vifus eft præ fe ferre haud vulgare indolem, adeo vt eius parentes edictum tyranni contenerent. fertur tribus menfibus domi lacte nutritũ nemine confcio. deinde cum non deeffent (vt fit fub regibus) qui scrutarentur etiã recondita captando gratiam nouis delationibus, timentes, ne dum vni confulunt, ipfũ necis eius fierent accessio. deploratum puerum, exponunt in ripa fluminis: atq; ita gementes difcedunt, miferantẽs; tum fuam neceffitatẽ qua expreffum fit infanticidium filij, tũ pueri necem iniquã & miferabile: deinde feipfos incufabant, qui calamitatẽ auxiffent. Debueramus recens natũ exponere, quãdo prius quãm nutricis intercedat officium, vulgus vix haberet pro homine. nos nimia cura per tres integros menses aluimus, nobis maiorẽ triftitiam parãtes, maiorem cruciatum puero, vt voluptatũ dolorũmq; per ætatẽ capaciosẽ perire fentiat. hac illi de futuro incerti, præfenti tantũ indulgẽtes luctui. interea puella fofor infantis expositi, affectu mota domestico, paulũ digreffa expectabat exitũ. nimirũ cuncta difpensante Dei prouidentia. Erat regi vnica dilecta filia, eã ferunt dudũ nuptã non potuiffe matrẽ fieri, quãuis liberorũ cupidã præfertim fexus potioris, vt efferet qui in fortunatã auiti regni fortẽ succederet, migraturi alioqui in familiã aliam nepotũ penuria. Quacura preffam, & ea die maximẽ anxiam cũ hætenus folita efferet domi fe cõtinerẽ, ac ne limen quidem trãfcendere, proripuiiffe fe cũ

fe cũ puellis familiaribus ad fluuiũ, vbi puer fuerat expositus. deinde lauante afpergentẽmq; fe inter opaca condenfãq; ftagnorum, confpiciatã iufiffet afferri puerũ: tum à capite ad calcem cõtẽmplatã, miratãmq; formã & habitudinem, plorãti cõtõluiffe, affectu iam ad maternam pietatem vergẽte, ac fi ex ipfã infans fui flet progenitus. cumq; didiciffet eũ eiffe natũ ex Hebræis parẽtibus tũc edicto regis territis, confultaffe de alendo puero. nec enim tutũ videbatur cõtẽftim eũ ferre in regiã. fic hefitãti foforẽ infantis fuperueniffe tanquã e fpecula, & cõtõiectantẽ de caufa, rogaffe num iuberet eum nutriri apud quãdam Hebrẽã mulierẽ nõ dudũ partu leuatã, annuẽte verò illa, infantẽ vt alienũ fuã matri cõtẽmendaffe: eãmq; libẽter pollicitã fuã operã in nutricãdo, tanquã mercedis gratia, Deo prouidente, vt prima educatio cõtẽtingeret infanti domi apud hos ipfos ex quibus procreatus fuerat. poft hæc nomẽ ei datũ fumptum ex ipfa re, qd efferet ex aqua fublatus. Nam Aegyptiorum lingua Mos aqua dicitur. vbi verò maioribus quãm pro ætate incremẽtis auctus, maturẽ ablaçtatus eft, mater eadẽ & nutrix eum reddidit ei à qua acceperat, elegãti fanẽ præditũ indole. illa videns eũ fupra ætatẽ proficere, ex afpectu renouata accenfãq; beneuolentia, facit filiũ fupposititiũ, quã iam antẽ muliebri arte finxerat fe grauidã, vt natiuus putaretur nõ afcitiuus. Tam facile fuccedit quicquid Deo placet quantũvis arduũ. Ita nactus educationẽ regiã, nequaquã infantium more delectabat affertationibus, iocis lufibusq; quãuis indulgẽter haberetur ab educatoribus: fed iam tũ modẽftiam grauitatẽmq; præferẽs malebat audire fpectarẽq; vt ilia. cõtẽftim enim accefferunt alij de præceptores, quidã vltro veniẽtes e præfecturis Aegypti proximis, alij magnis præmiis inuitati e Græcia: eos intra modicũ tẽpus ille fuperauit, natiua docilitate institutionẽ præcurrens, vt reminifcã videret nõ difcere, in rebus difficiliorib; de fuo cõtõminifcens aliquid: nã præclara ingenia multa nouãt circa fcientias. Et quẽadmodũ bonã habitudinis corpora mẽbris omnibus agilia fcucros padotribas faciunt exhibẽdo illis vel nihil negotij vel minimũ, itidẽq; agricolis generofã plãtẽ per fe proficiẽtes in bonas arbores: fic anima bene nata præceptis obuiã fe offerẽs, à feipfa magis qd à magiftris adiuuatur: arreptisq; rudimẽtis cuiufcũq; fcientiẽ, equus (iuxta prouerbiũ) fert in planitiem. Itaq; numeros & geometriã, vniuerfamq; muficã, rhythmicã, harmonicã, metricã, fiue cõtẽmplatiuã, fiue

per instrumenta vocésq; promentē se modis variis, accepit ab Aegyptiis doctoribus: & insuper occultā philosophiā descriptam literis (vt vocāt) hieroglyphicis, hoc est notis animalū, quæ ipsi venerātur etiā pro numinib⁹. reliquas liberales artes Græci docebant: ex propinquis autē regionib⁹ euocati Assyrij suas literas, Chaldæi sideralē scientiā, hęc & ab Aegyptiis didicit, mathematicā cū primis deditis: obseruānsq; quid vtriusq; cōueniat, in quo discrepēt, intactus à cōtentionibus veritatem quærebat: quippe qui nihil præter eā admittebat, lōgē aliter q̄ isti qui accepta semel quali acūq; dogmata obstinatē defendūt siue probata siue improba, morē caudicorū mercenariorum, ius & æquū negligentū. Egressus deinde pueritiā magis. curā intēdit, nō vt quidā frena laxās concupiscētis, quāuis nō deessent incitāmēta plurima, quæ se vbertim offerūt in regū domibus: sed sobrietate atq; tēperantia tāquā habenis quibusdā eas cohibens, ne ferrētur imperu nimio. atq; ita singulos affectus suapte natura impotētes & indomitos cicurabat: quantū poterat. Quod si alicubi decessisset ab officio vel offendisset nō nihil, seuerē à seipso pœnas exigebat: & in vniuersum dabat operam vt ad primos imperus animi resisteret, quātū cōrumacem equū obseruans, nimirū ne inuito auriga ratione cursum plus satis accelerātes confunderent perturbarentq; omnia. hęc sunt enim bonorū & malorū origines: bonorū, si ratio teneat imperium: cōtrariorū, si affectus dediscāt obedientiā. meritō igitur stupori erat omnib⁹ familiaribus tanquā nouum naturę miraculum, incertis qualis mens habitaret in eius corpore, humana an diuina an mixta ex vtroq; cum nihil vulgare haberet, augustiora cæteris omnia. Nā nec ventri quicquā dabat præter tributū naturæ necessarium, nec voluptatū sub ventre nascentium nisi liberorū causa meminerat: frugalitatē colebat vt nemo alius, in vniuersum abhorrens à deliciis. Animo enim viuere malebat quā corpore. philosophiæ præcepta quotidie factis representabat, mentē verbis exprimēs, facta dictis accommodans, vt cū sermone vita congrueret. In summa qualis erat vita, talis & oratio, cum nihil discreparet haud aliter quā in instrumento musico, cæteri mortales si vel leuis aura felicitatis aspires, inflantur & immanē spirāt, superbē illudentes obscurioribus, appellando piaculares, conturbatores, onera terræ aliiq; verborū contumeliis, tanquā sua felicitate probē cōstabilita munitaq; fortasse ne in crastinū quidem eodē statu māsuri-

ri. nih

ri. nihil enim fortuna mutabilius, susq; deq; versante rerū humanarū aleam, adeo vt vna sepe dies alium affligat, extollat aliū. hęc illi cum nunquā nō videāt ac intelligat, tamē amicos despiciūt, contēnunt leges sub quibus nati educatq; sunt, mores patrios quantūvis probatos mutat pro libito, & intēti presentibus obliuiscūtur veterū. At hic euectus in summū rerū fastigiū, nepos tātū regis habitus, spe omniū destinatus successor anti solij, nec aliud quā rex iunior appellatus, secut⁹ est maiorū suorū instituta gētilia, adoptiuorū parentū bona & si splēdida, tamē adulterina iudicās: diuerso naturalium parentū & si ad tēpus viliora, vera tamē & propria itaq; vtriusq; partis iudex incorruptissimus tū eius ex qua natus, tū eius in quā adoptatus fuerat, alteri beneuolentiā præstabat alteri gratitudinē: & retulisset abudē gratiā, ni animaduertisset in ea terra impiā regis fruitiā. nam externi generis (vt antē dixi) erāt Iudæi, quorum primi cōditores ob famē & inopiam à Babylonis prouinciis in Aegyptū migrauerant, & propemodum supplices tanquā ad asylum in regis fidē confugerant & indigenarū misericordiam. Hospitibus enim (quantū ego iudico) iura debētur eadē quæ supplicibus. erāt igitur supplices, inquilini, socij honore ciuib⁹ iam proximis: vicini minimū differētes ab indigenis. Hostales qui relictis pristinis sedibus in Aegyptū se cōtulerāt, vt eam securē incolerēt, tanquā alterā patriā, rex in seruitutem vindicabat, quasi belli iure captiuos, aut emptos de lapide, adigebatq; ad opera seruilia, homines nō solum ingenuos, verū etiam hospites, supplices, inquilinos, nihil veritus numen cui exosa sunt id genus iniuriæ. Ad hęc imperabat eis grauiora q̄ ferre possent, alios super alios labores cumulās. Si q̄s interim labori ob infirmitatē se subtraheret, capitalis nōxa iudicabat. Operibus præerat immittissimus quisq; crudelissimusq; quos exactores operarū appellabāt ab hoc officio. Operabātur autē partim lutū formādo in lateres, partim cōportādo paleas. Nā paleis cohærent lateres. Alij iussi sunt publica & priuata ædificia struere, fossāsq; fodere, dies noctesq; cōuehendo materiā sine successione, ne tātisp̄r quidē permisi quiescere, dum somno se resicerēt, ipsi & opificum & ministrorū præstantes operas, vt breui primū animi mox & corpora desicerēt. Itaq; alij post alios emoriebantur pestilentia, quos insepultos proiiciebant extra terminos, nec puluerē sientes corporibus iniicere, nec lacrymis cognatos aut amicos tā miserē mortuos profes-

A iiii qui

qui: adeò etiã affectibus animi, quos penè solos natura fecit liberos, iugũ intentabant homines impij, premètes eos necessitate grauisima. Hæc ille cõtinuè ferebat indignissimè, cum nec prohibere iniuriã posset, nec opprèssis succurrere: verbis tamen quantũ poterat, subleuabat: præfectos subinde admonès, vt moderètur laxarèntq; nimia in vrgèdo duritiam: operarios verò, vt præsentè statum ferrèt fortiter, sicut viros decet, nec animis deficerent vnà cū corporibus, vtq; sperarent mutationè in melius. omnia enim mūdana verti in cõtrarium, nubila in serenitatè, procellas in quietũ aèrem, tempestatè in tranquillitatem, res verò humanas eò magis quò instabiliores sunt. talibus incatationibus tanquã bonus medicus putabat se leuaturũ mala quãuis grauisima: quæ tamen ad tẽpus lenita mox exasperabatur denuò, & ex interuallo augèbatur nouis erummarũ accessionib⁹. erãt enim inter præfectos quidam effèrati rabie, nihil differentes à venenatis carniuorisque bestiis, humana specie beluæ. sub quã mores ferinos celabãt, ferro adamatèq; duriores. ex his vnum immanissimũ quia nihil remittès exacerbabatur etiã precibus, nisi celeriter iussa fierent pulsans miseros, verberãs, excrucians. interemit: fas esse ratus. & re vera fas erat eum occidere. qui viuèbat in perniciè hominũ. hoc auditum rex agrètulit: vt indignũ facinus, nò quòd aliquis occisus esset, aut occidisset, siue iure siue iniuria: sed quòd nepos ab eo dissentiret. nec eosdem quos ipse haberet pro sociis & hostib⁹, amãs quos ille oderat. infensus verò dilectis ab eo, & miserans quos rex inclementer exagitabat. hãc occasionè nacti purpurati, & suspectũ habètes iuuenem, què norant aliquãdo exacturũ pœnas præsentis crudelitatis quamprimũ potuerit, patulas aures impleuerũt plurimis calumniis, hincinde insufurrantes vt de amittendo principatu reddiderint sollicitũ, dicebãt enim: Te ipsum aggrèdietur, nihil mediocre sapit, semper molitur aliquid, ante tẽpus ad regnũ aspirat, aliis pollicetur, alios terreat, indènatos interficit: quò quisq; est tui amãtior, eò magis eũ persequit, quid cūctaris? an vt què conatur efficiat? proderit infidiatori hęc dilatio. Moses interea secessit in finitimã Arabiam, vbi tutius degere poterat, Deũ inuocans, vt alteros eripiat è grauisimis calamitatibus, alteros nihil nò per vim agètes puniat, atq; itã ipsi duplex gaudiũ præbeat, nec fuere vota irrita, Deo probãte mentè hominis fauentè bonis, malis infensam, vt paulò post declaratũ est manifesta eius sentètia poenãq; genti

genti sceleratè inflictã. ipse interim exercebat se in virtutis studio sub ratione magistra, parans se ad optima vitæ genera, ætium cõtemplatiuũq; simul euoluès philosophiæ dogmata, atq; etiã expeditè diiudicãs, recõdensq; in memoriã, vt post ea posset in suũ vsum depromere, verã laudem quærès nò inanam opinionè hominũ, quippe qui nihil nisi rectã rationè spectabat, fontem originèmq; virtutũ omnium. Alius certè à rege infesto elapsus: & tum primũ ingressus regionè exterã, nò dum assuetus indigenarũ moribus, incertus quibus offendantur vel gaudeãt, conatus fuisset quietus latere: aut si maluisset versari cū aliis, vtq; optimates sibi cõciliasset in spem auxiliij, si fortè ab aliquo ad deditiõnè deposceretur. at hic diuersam viam ingressus, sequebatur sanũ suum animũ, non finès se trãuersum abripi. & ideo nònunquã audentior quàm pro viribus, fidebat iustitiã, qua fretus vltro ferebat opem infirmioribus. Dicã vnũ eius facinus quod in hoc tẽpus incidit, paruũ in speciè, sed indicium magni animi. Arabes exercèt pecuariã pascuntq; greges promiscuè viri, mulieres, iuuenes virginèsq; nò plebeij solum, sed & nobiles. Septem puellæ vnus sacerdotis filiæ gregè ad quẽdam fontè adduxerãt, demissisq; per funè vris, per vices certatim hauriebat, fundebãntq; aquã in proximos alueos donec impleerètur. superuenerũt alij pastores, qui cõtèptu debilitate virginũ conati sunt eas submouere vnà cū suis gregib⁹, ad paratũ potũ agètes sua pecora, fruituri alienis laborib⁹: id Moses qui nò longè aberat cõspicatus cõfestim accurrit, clamitãt: Nò desistetis à iniuriis in solitudine, qua ad fraudè abuti minũ pudet vos circũferre ignaua brachia inertèsq; humeros, capillos, barbas, carnèsq; viriles video, viros nò video. puellæ iuueniliter tractãt què tractãda sunt, vos iuuenes estis puellis delicatiorès, nò abitis: nò ceditis his què priores venerũt, quæ ius aquæ habèt haustæ ipsarũ opera, quo vberior esset copia: ita ne paratã auferetis? Nò facietis per cælestem oculũ iustitiæ, qui videt quicquid fit etiã in locis desertissimis, nò aufertis impunè. is me præter opinionè misit in auxiliũ, nec enim deero iniuriã patiètib⁹, fretus illa magna manu, quã vos excæcati cupiditate nò cernitis, nec fas est vos cernerere. sentientis tamè eã ex occulto ferientè, nisi resipiscitis. His verbis terri, quæ videbãtur hominis afflati diuino furore, veritèq; ne vera caneret, paruerũt, admissisq; virginũ gregib⁹ ad alueos, pasci sunt earũ pecora prius bibere. Illæ domũ lætã reuersæ,

A v insper

insperatū casum patri denariauerunt, ita vt caperetur magno desiderio videndi eius hospitis, obiurgabat igitur earū ingratitude: Cur dimisit hominē? quā adduxistis, & si forte recusabat exorastis etiā? estisne mihi alicuius inhumanitatis cōscia: aut nō timetis ne iterū incidatis in violentos & iniustos alios? necesse est vt auxilio destituamini tā obliuioſa erga bene meritos. recurrere vnde venistis, donec erratū potest corrigi. ite properē, vocate nō tam ad hospitium, quā ad recipiendā gratiam. Debetur enim. Reuerſa ad fontē, in propinquo eum inueniunt, & patris verbis perſuaſum, domū deducūt. Qui primū ſpeciem, mox & mentē eius admiratus (nec enim opus habet felix ingenium lōga experientia) dat ei vxorē filiarū formoſiſſimā, hoc vno facto virtutē eius approbās, per ſeiſam amabilem, vt externa cōmēdatione nō egeat, modō dicitur innotescere. Post eas nuptias præfuit gregibus, ad principatū ſe preparās. Nam pastoralis ars ad regnū est præludium, hoc est ad regimē hominum gregis mīſueriſſimi: quē ad modum bellicolā ingenia præexercēt ſe in venationibus. in feris em̄ experiuntur futuri præfecti militiæ, brutis præbētibus materiam exercitiij tā belli quā pacis tēpore. nam præfectura māſueti pecoris habet quiddā ſimile cū regno in ſubditos. ideo reges cognominantur pastores populorū, non cōtumeliæ, ſed honoris gratia. Imō quantū ego intelligo, nō iuxta vulgare opinionē, ſed rei veritatē veſtigis (rideat qui voler) ſolus poteſt eſſe rex vnde quaq; perfectus, qui bene calleat artē pastoriā, & curādo minora animalia didicit, quomodo debeat præeſſe præſtātoribus. impoſſibile eſt enim vt magna prius quā parua perficiantur. Factus igitur omnium ætatis ſuæ paſtorū optimus, & utilitatis pecorū prouidiſſimus, dum nullū laborē fugitat, ſed vtrō & iniuſus alacriter eis proſpicit, prōptē bonāq; fide auxit gregū copiam, adeo vt iā inuidioſus eſſet apud pastores cæteros, nihil ſimile vidētes in ſuis gregibus, qui præclare ſecum agi putabāt ſi nihil derimēri acciperēt, mirātes illius numerū indices creſcere, nec tātū ſingulas oues pulchrē pingueſcere, ſed præter e gregiū corporum habitudinē fœcūditate quoque laudari, & paſcuis frui lōgē ſaluberrimis. Accidit quondam vt dū ſeſtatur loca herbida rigua letāq; paſcuis, in quodā nemore videret viſionē horribilē: rubus erat, frutex ſpinoſus & inualid⁹. is nemine ignē admouēte ſubitō incēſus eſt, correptūſq; totus à radice vſq; cacumē flāma in morē fontis ſcatēte, manebat

bat integer & illeſus, quaſi nō eſſet incēdij materia, ſed ipſe ab igne aleretur. ē medio promicabat forma quādā pulcherrima nulli viſibili ſimilis. diuinū ſimulacrū, luce fulgēs clariffima. vt ſuſpicari poſſet Dei eſſe imaginē. Vocemus eā angelū, quandoquidē futura præntiāuit tātō clari⁹, quātō magnificētior erat viſio. ſignificabat enim ardēs rubus oppreſſos iniuria, vrēs verò ignis oppreſſores. Quod autē nō exurebat materia, portēbat nō perituros qui affligebātur inuicorū violentia, ſed conatū eorū fore irritū, illos verò euafuros incolumes. Porro nūti⁹ diuinæ prouidētiæ faciebat ſpē tot horredorum periculorum fore latū & facilem exitū. ea cōiectura excutiat diligētius. Rubus (vt dixi) frutex debilis eſt & ſenticoſus, vt vel ſolo cōtactu vulneret. Nec abſumit ignis voraci natura, imō cōſeruat etia, qualis antea fuit permanēs, adeo nihil amittēſvtniteſceret etiā. Hæc omnia deſignabāt exhortationē quādam, tantū non inclamantē preſſis calamitate: Nolite ſuccumbere. Hæc veſtra infirmitas eſt potētia quæ punget vulnerabitq; plurimos. Qui delere cupiunt vos inuiti ſeruabūt, tot mala illæſi euadetis, & cū maximē vaſtari videbimini, tūc maximē enitebit veſtra gloria. Vos quoq; crudeles & igni voraci ſimiles ne nimium cōfidatis veſtris viribus, cogitate inuiſtiſſimas opes aliquādo deletas, & reſipiſcite. Ecce flamma ſuapte natura vrēs vt lignum vritur: lignū verò cremabile vrit euidenter ignis in modum. Hoc oſtēto mirifico poſtquam Deus Moſen de rebus futuris manifeſtē præmonuit, addit & oraculum, vt ſine cūctatione ad curam ſuæ gentis reuertatur, pollicēs ſe nō ſolum libertatis autorem, ſed etiam ducem nouæ coloniæ paulo poſt deducendæ, & promptum fauorem offerens ad omnia. Iam dudum, inquit, me miſeret oppreſſorum intolerandis iniuriis, quos nemo vel miſeratur vel ſubleuat. & video tum ſingulos tum vniuerſos vnanimiter ſupplices implorare ſperarēque meum auxilium. Sum autem exorabilis & propiti⁹ veniam perentibus ex animo. I regem accede nihil omnino ſollicitus. Qui tum regnabat cum præ metu fugeres, deſunctus eſt, in regnum ſucceſſit alius, cui nulla tecum ſimultas intercedit, Eū accedens vnā cum tuæ gentis ſenioribus, dic oraculo meo iuberi vniuerſam gentem, vt extra fines regni progreſſi trium dierum itinere, ſacra patrio ritu mihi faciant. Ille non ignarus tribules ſuos cæterosque omnes haudquaquam his dictis credituros, Quid ſi, inquit, percōtabuntur, quod ſit nōmē eius qui

qui misit me, nec dicere potero, nonne impostor videbor? Cui Deus: Primum dic eis, Ego sum qui sum: ut discant differentiam inter ens & non ens, & nullum nomen de me dici proprie, cui soli esse cōperit. Quod si ut sunt debiliores ingenio requirēt appellationem, indica eis, non tantum esse me Deum, sed etiam trium virorum à virtute denominatorum, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob: quorum alius doctrina, alius natura, alius meditatione quesita virtutis est regula. Quod si etiam tunc nolint credere, tribus prodigiis docti flectentur quæ antea nemo unquam vel vidit vel audiuit. erant autem hæc: virgam quam habebat, in terram proiicere iussus est. ea mox animata reptabat, versa in draconem serpentum principem. ille territus monstro, præ timore fugam parans reuocatur, & à Deo confirmatus, iubetur caudam eius prehendere, quo facto draco adhuc repens ad tactum constitit, extensusque in longum, mox denuo in baculum versus est, mirante vtraque mutatione homine. & vix discernente vtra esset horribilior, intantum erat ambiguus animo. Sequutum est cōfestim aliud prodigium. Alteram manum iussus est in sinum mittere, & paulo post eximere. eo facto manus niue candidior repete apparuit, rursumque condita in sinum ac prolata, pristina speciem colorumque nativum recepit. Hæc solus à solo discebat tanquam à magistro discipulus, habens secum instrumenta prodigiorum, manum & baculum, quibus quasi viatico instructus est. tertium nec circumferre secum nec prædiscere potuit, quod Aegypto seruabatur non minus horrendum stupendumque, id tale fuit. Sume, inquit, aquam fluminis & effunde in terram, eritque sanguis cruentissimus, cum colore mutatis & cæteris viribus. visum est autem hoc quoque; credibile non solum propter certam autoris fidem, verum etiam propter præterita manus virgæque miracula. nihilominus deprecabatur hanc functionem, causatus exilitatem vocis & linguæ tarditatem, negansque sibi adesse faciundiam, præsertim postquam Deum loquentem audierat, ratus enim mutam esse humanam eloquentiam cum veritate collatam, & verecundo ingenio præditus, subtrahebat se grauiori quam pro viribus, ut putabat, oneris: rogabatque ut alius eligeretur ad exequenda mandata magis idoneus. Deus pudore delectatus respondit, An nescis quis os homini dederit, & linguam indiderit, quis guttur cæteraque vocis rationalis instrumenta fecerit? ego sum: noli timere. meo nutu articulatè disseres omnia, faciundia mutata in melius, & usque proficiente. nec aliter absque impedimento fluente & cogitationes promē-

te,

te, quæ fontes manant lymphidissimi. quod si opus fuerit interprete, fratrem habebis sermonis ministrum ac vicarium, qui ad populum tua dicta perferat nuntius, tu vero illum Dei mandata docebis. His auditis, quia periculosum erat amplius contradicere, profectus vna cum vxore ac liberis iter faciebat in Aegyptum: inuentoque fratre qui venerat obuiam, adiunxit eum sibi comitem, communicatis oraculis. Is iam antea habebat præparatam diuinitus animam ad obsequium, ut incunctate assentiret sequereturque. Sic ingressi Aegyptum vnanimiter, primum senioribus gentis clam couocatis indicant oraculum, Dei miseratione instare libertatem & migrationem ad sedes meliores: idque ipsum Deum polliceri offerreque se ducem itineris. post hæc regem ipsum audet appellare, ut populum extra fines regni emittat ad sacrificium. Aiebant enim solitudine opus esse ad peragendos ritus patrios, diuersos ab aliorum ceremoniis, & ideo secessum requirentes, ne vel offendat alios, vel profanatur exterorum oculis parum fauentium spectaculo. At rex ab incunabulis inutritus maiorum suorum fastui, nec credens vllum Deum præter ista visibilia, contumaciter respondit: Quis est cui me obedire iubetis? non noui istum quem predicatis nouum dominum. non dimitto gentem prætextu celebritatis sacrorumque; cupientem iugum excutere. Deinde homo iracundus & inclemens ignominiam notat præfectos operum, qui finerent otio lasciuire populum, alioqui non desideraturum festa & sacrificia. Hæc enim non esse intentorum operi necessario, sed suauiter delicatèque viuendum. Ergo cum populus grauius quam antea premeretur, & Mosi sociis indignaretur ut impostoribus, eis clamque palamque impietate obiciens ac e mentita oracula, tandem propheta aggreditur exerere miracula quæ didicerat, quo spectatoribus incredulitatem eximeret, interfuit & rex cum cohorte purpuratorum. Itaque confluenta ad regiam multitudine, frater Mosi baculum, elatum prius ut esset omnibus conspicuus, in terram proicit, qui mox in draconem mutatur. Tum circulus spectatorum præ metu stuporeque solutus diffugit. Sophistæ vero magique quotquot aderant, quid vos terret, inquiunt. Nec nos sumus rudes talium artium. & nos talia patrare possumus. Deinde cum quisque suam virgam proiecisset, multi dracones circa primum illum voluebantur sinuosis orbibus. ille vero arrepta ceruice immmani hiatu non aliter quam obiectos pisces circumquaque petitos absorbuit: atque ita deglutitis in pristina virgæ naturam rediit, id tam magnificum spectaculum etiam iniquis animis omnem suspicionem exem-

mit,

mit, ne putarent hæc agi humanis vaftramētis aut artib⁹ exco-
gitatis ad ludibriū, sed diuina potētia, qua nihil nō facilē perfici-
tur. Attamē cū ne tā manifesta quidē efficacia posset eis expri-
mi vt victos se faterētur, sed nihilominus pertinaci audacia re-
sisterēt, addicti obstinatē inhumanitati impietatiq; tanquā lau-
datis virtutibus, nec miserantes oppressos iniquo seruitio, nec
diuina mādata exequi inducētes in animū, tū manifestis oracu-
lis declarata, tū ostētis subsequētis atq; prodigiis: opus fuit gra-
uiore cēsura, vt afflictionibus agminatim ingruētibus castiga-
rētur stolidi, qui dedignabantur erudiri bonis rationibus. De-
cē pœnæ regioni inflictæ sunt, vt qui in peccādo nihil sibi reli-
quū fecerāt ad summā malitiā, punirētur modis omnibus, feri-
rēturq; perfecto pœnarū numero. ne genera quidē pœnæ fuerūt
vulgaria. Nā elemēta mūdi, terra, aqua, aēr, ignis, cōspirarūt in
impios Deo vindice ad declarandā eius potentiā, ea quibus ad
creationē salutēq; rerum vsus est, vertētis quādo libet in im-
piorū perniciē. Hæ pœnæ trifariā distributæ sunt: tres pertinē-
tes ad crassiora elemēta, terrā & aquā ex quibus cōstāt corpora
cū suis qualitib⁹, fratri Mosis cōmissæ: totidē soli Mosis quas
infixit per ignē & aërem, vnde animarū origo præcipua vna
vtriq; cōmunis. ordine septima. tres reliquæ ac cōplendū dena-
rium Deo seruatae sunt ab aqua fuit initiū. hęc quoniā honorāt
Aegyptij præ cæteris, tanquā rerū omniū primā adhibuit deus
ad terrēdos castigādōsq; noxios. Quid igitur mox accidit? Mo-
sis fratre iussu dei percutiēte virga fluuiū, in sanguinē vertitur
quā lōgus est ad mare vsq; ab Athiopia. idē in stagnis, fossis, pu-
rcis, fontib⁹, & omnibus Aegypti aquis euenit, vt deficiēte aqua
potabili ripas nemo peteret, & nouas venas aperiētibus p̄ lim-
pido liquore sanguis emicaret tāquam è vulnere. pisciū quoq;
genera extincta sunt cūcta, vitali facultate versa in pestiferā, vt
foetore cōplerētur omnia, putrescētibus simul tot corporibus.
hominū quoq; siti enectorū magnus numerus aceruatim iace-
bat in triuiis, nō sufficiētibus domesticis ad sepulturæ officia.
nā per septē dies hoc malū durauit, donec Aegyptiis supplici-
ter Mosen inuocātibus, & illo deprecāte, Deus misertus est pe-
reuntiuū. is cū sit exorabilis, mutauit sanguinē in aquā dulcē,
redditis amnis fluētis salubrib. qualia prius fuerāt. sed nō mul-
tò post remissā multā scelerati ad eandē crudelitātē redierūt,
quasi omnino è terris migrasset iustitia, aut quasi elapsi ex vna
pœna non possent aliā incurere. itaq; more puerorū per ætatē
nond

nondum sapientium suo malo didicerunt non contēnere. nam
vindicta secuta euestigiō, vt illis cessantibus tardauerat, ita ad
iniquitatē properātes prauertit. rursus enim Mosis frater ius-
sus ad fossas & stagna paludēsq; virgā porrexit. vix manū extē-
derat, cum ranarū tanta vis prorepit, vt non tantū fora cōple-
ret ac loca subdiualia, verū etiam domos villasq;, & cuncta ædi-
ficia, tam sacra quā profana, tā priuata quā publica, haud
secus ac si hoc genus aquatiliū missum esset in diuersi elemēti
coloniam, natura mutante rerum vicissitudines. Nam terra est
aquæ cōtraria. Itaq; cū nec foras progredi possent homines
viis oppletis, nec intus manere refertis etiā intimis penetrali-
bus, & ad summas quoq; contignationes ranis obrepētibus, ad
extremam desperationē redacti, rursus ad eosdē, vt antē cōfu-
giunt, rege pollicitante permissurū se Hebræos abire impunē
ac liberē. Sic exorato Deo populi sui precibus, ranæ partim re-
ceperunt se in fluuiū, partim mortuæ cumulabātur in triuiis, etiā
è domibus eodē congestæ propter intolerabilē graueolentiam
exhalantē è cadaueribus bestiolarū, quæ viua quoq; molestæ
sunt sensibus. Postquā autē ab hac pœna respirarūt modicum,
sicut athleta collectis viribus, quo vehemētius virgerent, ad cō-
suetam reuersi malitiā, obliui sunt eorum quæ pertulerant. At
Deus aquis cessare iussis, terrestrem pœnā induxit eodem vsus
castigatore: qui vbi terrā virga percussit, tot scinipes ex ea pro-
fusi sunt, vt velut extensa nubes totam obtinēret Aegyptū, id
animal est molestissimum, quamuis minutum admodū. Nam
nō solam superficiem cutis lædit pruritu noxio, verum etiam
interiora per aures narēsque penetrat. inuolat & in oculos, nisi
quis caueat. sed qui cauere poterant tot dira examina? Quæret
fortasse aliquis, cur Deus tam vilibus animalibus ad vindictā
vti maluerit, quā vrsis, pardis, leonibus, cæterisq; feris carni-
uoris: aut si hæc non placebant, saltem familiaribus Aegypto
aspidibus, quarum morsus sine mora enecat. Is si nescit, discat,
Deum voluisse incolas castigare non tollere. Nā si eos omnino
delere voluisset, non opus erat animalium opera, sed diuinitus
immissa fame ac pestilētia. Præterea discat & illud in omni vi-
ta profuturum. Quid nam? Homines quando bella gerunt, au-
xilia sibi asciscere potentissima, quibus suam infirmitatē sup-
pleant. Deum verò omnipotentem, & nullius egentem opera, si
quando vult tanquam instrumentis quibusdam vti ad exigēda
supplicia, nō valida eligere, quorum robur curat minimē, sed
vilita

vilia paruaq; instruere inuictis virib⁹, atq; ita noxios plectere, quod nūc quoq; accidit. Quid em̄ cyniphe vilius: tamē tm̄ efficit, vt tota Aegyptus deficiēs exclamare cogeretur, hūc esse Dei digitū. manū em̄ ne à tota quidē terra quāta est sustineri posse, imō nec à mūdo vniuerso. Hęc sunt inflicta per fratris ministrū. Nūc videamus quas pœnas ipse Moses sūperit. & ex quib⁹ naturæ partibus. Aër ac cælū mūdi portiones purissimæ, aquis & terræ successerūt in Aegyptiorū castigatione, cuius administrator Moses electus fuit. Aër prior turbari cœpit. Nā Aegyptus penē sola inter regiones in meridiano tractu sita, vnā ex quatuor anni tēporibus ignorat hyemē: vel quia (vt fertur) nō lōgē abest à zona torrida, cuius occulto afflatu calescūt finitima: vel quia circa æstiuū solstitiū inūdās fluius nubes absorbit. Incipit em̄ crescere æstatis initio, & sub eius finē desinit: quo tēpore et siæ quoq; impingunt ex aduerso in Nili hostia, impediturq; aquarū exitus, mari tumescente per ventorū violentiā, & fluctibus, quasi pro muro se opponētibus, ita vt amnis fluēta retrogantur. Ita fit vt aquis sibi inuicē occurrentibus, tū his quæ supernē à fonte descēdunt, tū his quæ repellūtur ab hostiis, & dilatari nequeūtibus propter ripas eminentiores exaggeratāsq;, tādē necessariō supereffundatur. Est & alia causa cur hyems Aegypto sit superuacanea. Nā quod imbres alibi, hic restagnationes fluminis efficiūt, arua fœcūdātes ad prouētus frugū annuos. Natura autē nō solet ita in vanū operari, vt pluias terrā nō indigēti largiatur, simūlq; gaudet varietate sui artificij, contentū ē cōtrariis qualitibus tēperis. & ideo aliis supernē ē cœlo, aliis infernē ē fontibus ac fluuiis præbet aquarū cōmoda. In hoc statu regionis vernantis alienis mētib⁹, quæ circa brumā irroratur paruis rarīsq; pluuiis dūtaxat in locis maritimis, supra Mēphim autē regiā nullas omnino sentit. repētē aēr nouū sumpsit faciē, vt hybernis regionibus cōsuetæ tēpestates simul ingruerēt, imbres, grādines, procellę atq; turbines, collisiones nubiū, cōtinua fulgura & tonitrua prodigiosa specie. Grādo em̄ intermixta nec ipsa liquecebat, nec extinguebat fulmina, sed vtraq; vno eodēmq; deferebātur impetu. Nec solū inclementia cœli cōtristabat incolas, verū etiā rei nouitas. Credebāt em̄, nec falso, ab irato Deo mutari omnia, tēpestatibus insolitis abrupta segetēsq; vastantibus, pereuntibus simul non paucis animalibus, partim frigore absorptis, partim elisis grādine ruente more lapidū, nonnullis etiam iētis fulmine, ex quibus si quæ

superet

supererant, ambusta circūferebant vulnera ad terrorem videntium. Post finem autem huius cladis rege cum suis reuerso ad contumaciam, Moses iubente Deo virgam extēdit in aërem, Moxq; auster incubuit violentissimus, per totā diem noctēq; inualescens, malum vel per se valde noxium. Est enim aridus inuehēs dolorem capitis & grauedinē, languorisq; tediū, præsertim in Aegypto regione ad austrū opposita & exposita solibus, vt quāprimū his vētus mouetur astu exurat omnia. Tūc verō intulit etiā locustarū agmina in stirpiū perniciē, quæ indefinenter affluentes absumpserūt quicquid post tēpestates superfuerat, vt in amplissima regione nihil relinqueretur viride, ad has extrēmas calamitates redacti vix resipuerūt regi occlamantes: Quousq; non permittis his viris exitū: an nondum sentis Aegyptum perditā: ille, vt tum videbatur, assensit: relaxatq; clade ad Mosē deprecationē ventus à mari exortus locustas dispulit. Verū hoc quoq; malo defunctis, quia rex manebat vt ante difficilis, superuenit calamitas maior quā vlla hætenus, Sereno enim die repētē offusæ sunt tēbreæ, siue ob defectum solis maiore solito, siue continuis densisq; nubibus calum subtexētibus, & nimia constipatione interclusis radiis, vt dies nihil differret à nocturna caligine: qua per tridū continuata, videbatur vna perpetua nox longissima. tūc aiunt eos aut nō ausos ē cubili surgere: aut si necessitates naturales vrgerent, more cæcorum palpādo parietes, & si quid erat præ manibus, agrē potuisse progredi. Nā ignis quo vtimur quotidie, vel aëre turbato extinguebatur, vel vincebatur à crassissimis tēbris, ita vt saluis oculis summē necessarium vidēdi sensum ceu exoculati requirerēt: quo adēpro cæterorū nullus usus erat. Nam nec loqui, nec audire, nec cibis frui licebat, sed per silentium famæ cruciabat^{ur}, nullivacātes sensui, præsentī malo pragrauante, donec Moses miseratione motus Deū exorauit. Tum demum successit lux tēbris, & nocti dies serenissima. His plagis percussos ferunt à Mose, mixta fulminibus grandine, & locustis, & tēbris lumen nullum admittentibus. Vnam de communi sententia fratres ambo infixerunt in hunc modum. Deo iubente cinerem ē fornace hauserūt manibus, quem solus Moses iactauit in aërem. Moxq; puluis excitarus, & longē latēq; dispersus, hominibus brutisq; dira per totā cutem inuisit vlcera, carnibus simul intumescētib⁹ & fœdis pustulis scatētib⁹, ac si succensæ clam efferuescerēt. Quo cruciati,

B ciati,

vilia paruaq; instruere inuictis virib⁹, atq; ita noxios plectere, quod nūc quoq; accidit. Quid em̄ cyniphe vilis? tamē t̄m effecit, vt tota Aegyptus deficiēs exclamare cogeretur, hūc esse Dei digitū. manū em̄ ne à tota quidē terra quāta est sustineri posse, imō nec à mūdo vniuerso. Hęc sunt inflicta per fratris ministrū. Nūc videamus quas pœnas ipse Moses sūperit. & ex quib⁹ naturæ partibus. Aër ac cælū mūdi portiones purissimæ, aquis & terræ successerūt in Aegyptiorū castigatione, cuius administrator Moses electus fuit. Aër prior turbari cœpit. Nā Aegyptus penē sola inter regiones in meridiano tractu sita, vnā ex quatuor anni tēporibus ignorat hyemē: vel quia (vt fertur) nō lōgē abest à zona torrida, cuius occulto afflatu calescūt finitima: vel quia circa æstiuū solstitiū inūdās fluuius nubes absorbit. Incipit em̄ crescere æstatis initio, & sub eius finē desinit: quo tēpore ete siæ quoq; impingunt ex aduerso in Nili hostia, impediturq; aquarū exitus, mari tumescente per ventorū violentiā, & fluctibus, quasi pro muro se opponētibus, ita vt amnis fluēta retroagantur. Ita fit vt aquis sibi inuicē occurrentibus, tū his quæ supernē à fonte descēdunt, tū his quæ repelluntur ab hostiis, & dilatari nequeūtibus propter ripas eminētiores exaggeratāsq;, tādē necessariō supereffundatur. Est & alia causa cur hyems Aegypto sit supernacanea. Nā quod imbres alibi, hic restagnationes fluminis efficiūt, arua fœcūdātes ad prouētus frugū annuos. Natura autē nō solet ita in vanū operari, vt pluias terra nō indigēti largiatur, sūmūq; gaudet varietate sui artificij, contentū ē cōtrariis qualitatibus tēperās. & idco aliis supernē ē cœlo, aliis infernē ē fontibus ac fluuiis præbet aquarū cōmoda. In hoc statu regionis vernantis alienis mētib⁹, quæ circa brumā irroratur paruis rarīsq; pluuiis dūtaxat in locis maritimis, supra Mēphim autē regiā nullas omnino sentit, repēte aër nouū sumpsit faciē, vt hybernis regionibus cōsuetæ tēpestates simul ingruerēt, imbres, grādines, procelle atq; turbine, collisiones nubiū, cōtinua fulgura & tonitrua prodigiosa specie. Grādo em̄ intermixta nec ipsa liquecebat, nec extinguebat fulmina, sed vtraq; vno eodēmq; deferebātur impetu, Nec solūm inclementia cœli cōtristabat incolas, verū etiā rei nouitas. Credebāt em̄, nec falso, ab irato Deo mutari omnia, tēpestatibus insolis arbuta segetēsq; vastantibus, pereuntibus simul non paucis animalibus, partim frigore absumptis, partim elisis grādine ruente more lapidū, nonnullis etiam iētis fulmine, ex quibus si quæ

superē

supererant, ambusta circūferabant vulnera ad terrorem videntium. Post finem autem huius cladis rege cum suis reuerso ad contumaciam, Moses iubente Deo virgam extēdit in aërem, Moxq; auster incubuit violentissimus, per totā diem noctēq; inualescens, malum vel per se valde noxium. Est enim aridus inuehēs dolorem capitis & grauedinē, languorisq; tediū, præsertim in Aegypto regione ad austrū opposita & exposita solibus, vt quāprimūm his vētus mouetur astu exurat omnia. Tūc verò intulit etiā locustarū agmina in stirpiū perniciē, quæ indefinenter affluentes absumpserūt quicquid post tēpestates superfuerat, vt in amplissima regione nihil relinqueretur viride. ad has extremas calamitates redacti vires resipuerūt regi, clamantes: Quousq; non permittis his viris exitū? an nondum sentis Aegyptum perditā? ille, vt tum videbatur, assensit: relaxatq; clade ad Moses deprecationē ventus à mari exortus locustas dispulit. Verū hoc quoq; malo defunctis, quia rex manebat vt ante difficilis, superuenit calamitas maior quā vlla hastenus, Sereno enim die repēte offusa sunt tenebræ, siue ob defectum solis maiore solito, siue continuis densisq; nubibus calum subtexitibus, & nimia constipatione interclusis radiis, vt dies nihil differret à nocturna caligine: qua per tridū continuata, videbatur vna perpetua nox longissima. tūc aiunt eos aut nō ausos ē cubili surgere: aut si necessitates naturales vrgerent, more carcōrum palpādo parietes, & si quid erat præ manibus, agrē potuisse progredi. Nā ignis quo vtimur quotidie, vel aëre turbato extinguebatur, vel vincebatur à crassissimis tenebris, ita vt saluis oculis summē necessarium vidēdi sensum ceu exoculati requirerēt: quo adēpro ceterorū nullus usus erat. Nam nec loqui, nec audire, nec cibi frui licebat, sed per silentium famæ cruciabātur, nulli vacātes sensui, præsentim malo pragruante, donec Moses miseratione motus Deū exorauit. Tum demum successit lux tenebris, & nocti dies serenissima. His plagis percussos ferunt à Mose, mixta fulminibus grandine, & locustis, & tenebris lumen nullum admittentibus. Vnam de communi sententia fratres ambo infixerunt in hunc modum. Deo iubente cinerem ē fornace hausērūt manibus, quem solus Moses iactauit in aërem. Moxq; puluis excitatus, & longē latēq; dispersus, hominibus brutisq; dira per totā cutem inussit vlcera, carnibus simul intumescens & fœdis pustulis scatētibus, ac si succensæ clam efferuescerēt. Quo cruciatu,

B

ciatu,

ciatu, sicut par erat in exulceratione ac inflammatione, oppressi, non minus animo laborabāt quā corpore, miserē vexati doloribus. Videbatur enim vnum vlcus à vertice vsque ad imos pedes, his quæ membratim sparsa erant, continua serpigine in vnum coëuntibus: donec rursus legistore supplicante pro affectis morbus leuatus est. Cæterum hæc castigatio cōmissa est ambobus: propter puluerem fratri, penes quem erat cura pœnarum è terra prouentium, Mosi propter aërem mutatum ad affligendos incolas. nam hic erat minister calamitatum ex aëre calōq; nascentium. Superfunt tria genera inflicta ab ipso Deo, sine vilo humano ministerio, quæ singula indicabo quantum potero, primum per animal omnium audacissimū cynomyiam, cui veram appellationē imposuerūt periti nominum, vt erant sapientissimi, compositam è duobus impudentissimis animantibus, musca & cane, altera vincēte omnes volucres temeritate, altero omnes terrestres quzdrupedes. Accurrūt enim intrepidè, & si quis arceat, nō cedunt peruicacia, donec satientur carnibus & sanguine. At cynomyia particeps amberū audacia, mordax & insidiosum est animal. Nam è lōginquo cum stridore in teli morem magno impetu aduolat, infixaque cuti hæret pertinaciter. Tunc verò diris exagitata, multò molestiores erant: vltra natiuā sitim sanguinis armata: ad vltionē diuinitus contra homines impios. Post hanc pœnam successit alia, nemine tunc quoq; ministro irati numinis, videlicet interitus pecudum. nam armenta & greges ouium caprarumq;, præterea iumenta omnis generis, vna die tanquā ex cōposito gregatim moriebantur, portendentia, paulò post secuturā pestē hominū: quemadmodū aiunt publicas pestilētias solere primū in bruta seuire animalia. Tandē accessit extrema pœna decima superioribus omnibus atrocior, ipsis Aegyptiis morientibus, non tamen omnibus. nolebat enim Deus regionē desertam reddere, quam castigatā tantū voluit. itaq; parcens maximæ turbæ omnis ætatis virorū atq; mulierū, morti addixit soles primogenitos, exorsus à maximo natu regio filio, & in vilissimæ ancillæ pistrinariæ filiū desinēs. Nam circiter noctē mediam quotquot primi patris matrisq; appellationem iucundissimā attulerunt parentibus, & vicissim ab ipsis primi nominati sunt filij, sani valentēsq;, nullo præcedente morbo repente interierūt ad vnū, vt nulla familia sine domestico luctu tunc inuenta sit. Prima verò luce cum quisq; suos charissimos inopinata nece sublato videret,

videret, cū quibus superiore die suauiter vsq; vespērā conuixerat, vt in publico luctu grauissimo, cōploratione impleuerunt omnia. cum enim nemo esset exors eius calamitatis, vnus erat clamor omnium, vno luctu obtinēte totam regionem quacunque patebat: qui tantisper dum intra priuatos parietes se continebat, singulis aliena mala ignorātib; priuatus etiā tum videbatur. Vbi verò alij didicerūt ex aliis, geminabatur cōploratio, accedēte grauātēq; dolore publico, vt ne cōsolator quidem existeret. quis enim solaretur alterū, ipse cōsolatione indigens? ceterū vt in tali casu solet fieri, putātes hæc esse maiorū malorū initia, & solliciti de interitu superstitū, flentes cōuolabant in regiā, scissisq; suis vestibibus regi causam calamitatis imputabāt, dicentes nihil mali se passuros fuisse, si Moses impetrasset quæ petierat. Nūc habere se obstinata pernicitæ cōtentionisq; intempestiæ præmia. deinde pro se quisq; certatim hortabatur populū, vt properè tota regione decederēt, vel vnā diē horāve differre longū rari & periculosum insuper. ad hūc modū expulsi protrusiq; memores ingenuitatis pristinæ, ausi sunt, facinus quo iniurias acceptas rependerēt. multū enim præda nacti sarcinas partim suis humeris, partim iumentis, imposuerūt. nō præ auaritia (vt obrectatores dicerēt) aut alienarū fortunarū concupiscētia (quæ em esse poterat?) sed primū vt diuturni laboris necessariā mercedē reciperēt: deinde vt pro acceptis tempore quo seruiērāt iniuriis, si nō pro merito, aliquid tamē damni reponerent. Nec enim est par iactura libertatis & pecuniæ, cum nemo sanus non malit vitæ quā libertatis adire periculū. itaque vtrūq; factum iure tueri possunt, siue vt in pace mercedem receperunt, qua tam diu fraudari fuerant: siue vt bello victores victos bonis spoliauerunt. ab illis enim orta fuerat iniuria, qui hospites supplicēsque suos (vt ante dixi) quasi captiuos in seruitutem redegerant. Tandē vbi se obtulit occasio meliorum temporum, populus inermis illatam sibi vim vltus est, protegente ipsa iustitia. Tot plagis Aegyptus castigata est, quarum tamen nulla Hebræos attingit, quamuis cohabitantes in eisdem oppidis, vicis, domibus, terra, aqua, aëre, igne, præcipuis naturæ partibus conspirantibus, vt impossibile esset effugere. id quod maximè mirum fuit, ab eisdē rebus vno eodēmq; loco ac tempore, alios seruari, alios interimi. Fluius verus erat in sanguinem, at non Hebræis: his enim haurientibus fiebat potabilis. Rana: ex aquis in terram subrepentes fera, villas, domos im-

pleuerant, solos Hebræos deuitabant, ac si scirēt discernere qui puniēdi essent, qui nequaquā. Non scirpes, non cynomyiæ, non locustæ, quæ arboribus, satis, animalibus, hominibus vastitatē intulerant, ad hos aduolauerunt. non imbrium, grandinum, fulminum cōtinuata vis ad hos vsq; peruenit. exulcerationem molestissimam ne in somnis quidem senserūt. cū densissimæ tenebræ offunderentur aliis, ipsi in diurna puraq; luce degebant, cū interirent Aegyptiorū primogeniti, nemo Hebræus periit: & meritò, quando ne pecudum quidē pestis ad horum greges vlla venerunt cōtagia. Nec aliud videri poterant illo tempore quàm spectatores calamitatū alienarum, ex quibus vtilissimam doctrinam pietatis perciperent. nunquā enim tam manifestum bonorū & malorū iudiciū extitit, alteris exitium alteris salutē afferens. Erant autem viri demigrātes supra d c m. reliquæ turbæ senum, puerorū, mulierum iniri non poterat numerus. huc accedebat seruitiorū multitudo promiscua & quasi supposititia. hos Hebræi susceperāt ē sceminis Aegyptiis, cōtributos paterno generi, quidam etiam pietatis amore se adiunxerant, & erant qui tot continuis castigationibus profecerant in melius. Horū omnium princeps Moses electus est: quam potestatem accepit non vt alij fretus armis & machinis, aut equestribus, pedestribus naualibusq; copiis: sed virtutis ergō honoratus & charitatis qua vniuersos prosequeretur indefinenter, Deo quoq; fauētē honori viri optimi. Nam quia regnū Aegypti dereliquerat cū esset nepos regius, & offensus incolarum superbia violentiaq; adoptatores suos abdicauerat, simulq; spes illas abiecerat prae generosa magnanimitate & amore iustitiæ, visum est omnipotēti rerū gubernatori, frequentioris meliorisq; gentis regnū ei reponere, quæ vna omnium erat functura sacerdotio, & vota factura pro vniuerso humano genere, quibus & mala auerterentur, & impetrarentur prospera. Assumpto autem principatu non hoc egit, sicut nonnulli solent, vt augeret suam familiā, & filios quos duos habebat extolleret, socios ac mox successores habiturus: sed vbiq; incorruptē se gerēs in rebus minimis æquē ac maximis, superauit naturalē affectū erga liberos, malens rationis obtēperare iudicio. Vnicū enim habebat propositū necessariū, iuuare subditos, & dictis factisque vtilitati eorum consulere, nullā occasionem prætermittēdo in promouendis eorū negotiis. Solus hic omnium qui vnquā principatum gesserunt, non aurū, non argentū in thesauros cōdidit,

non

non tributa exigit, non palatia, non latifundia, non greges, non famulicia, non redditus, nō alias opes sibi parauit, quamuis posset habere omnium harū rerū copiam: sed existimās animæ pauperis iudiciū esse mirari materiales diuitias, has quidem vt cæcas contempserit, illas verò naturales perspicacēsq; honorauit & amauit si quis vnquā alius, in vestitu victūq; quotidiano nihil præ se ferens fastus tragici, sed simplicitatē frugalitatemq; exercens priuati hominis. Regem autem in his solis agebat quæ verè sunt regia: vt sunt cōtinentia, fortitudo, sobrietas, solertia, prudentia, scientia, industria, tolerantia, iustitia, voluptatis contemptus, ad virtutē exhortatio, obiurgationes castigationesq; peccantium legitimæ, & rectè facientium laudes atq; præmia. Itaq; quoniam auaritiæ renuntiauerat & diuitiis honoratis apud homines, perfectas maximasq; diuitias pro his ei Deus reddidit: hoc est, vt tantundē posset quantū terra & mare ac flumina elementaq; cætera, & quæ ex his sunt cōdita, fecit enim eū suæ potentia participē, totū mundū ei subdens tanquā hereditarium, quamobrē singula elementa obediebant vt domino, ad iussum eius suas vires mutantia, Nec mirū, quandoquidem iuxta proverbium, Amicorū omnia sunt cōmunia, amicus autē Dei propheta dicitur: vnde consequitur vt diuinæ possessionis vsum habeat, nam Deus nullius eget, cū possideat omnia. Bonus autem vir nihil propriè possidet, nec seipsum quidē, verū de thesauris Dei quantū potest accipit: & meritò, cū mundi ciuis sit: ideo nullam priuatim in orbe habet patriā: quippe qui hereditatē habet non vnā quampiā regionem, sed mundum vniuersum. Quid quod maiorem etiam cum omnipotente rerū patre cōditoreque societatem adeprus, cōmuni appellatione dignatus est? nominatur enim totius gentis Deus atq; rex, & caliginem vbi Deus erat intra se dicitur, hoc est in illā inuisibilē, incorporeā, specie formaq; carentē exemplarē essentiā, abstrusos à mortali natura contēplationes considerans. Seipsum quoq; suamq; vitā, quasi tabulā elegantissimē pictam proposuit spectandā, diuinū opus imitandūq; posteris. Felices q; has figuras suis animis imprimunt, aut certē student exprimere. Optandum est enim vt mēti cōtingat absoluta modis omnibus virtutis species: sin minus, saltē certū acquirēdæ huius desiderium. Ne illud quidē ignotum est, qd̄ claros viros imitatur obscuri & ignobiles, sua sponte sequēdo quocūq; viderint illos cōtendere. Itaq; siquādo princeps se totū dans voluptatibus, primus ad vitam delicatam de-

B iij Alectic

festit, vniuersa propemodum subditorum multitudo ad ventrem & ea quæ sub ventre sunt proclinat præter appetitum necessarium, nisi qui naturæ benignitate animam sortiti sunt non infidiatricem sed propitiam. quod si honestiorē se veriorēq; sectam ille prætulerit, intemperantes quoque mutantur ad continentiam, vel metu, vel reuerentia, vt habeantur æmulatores studiosam similitudinem: nec enim sic insaniant, vt se præstantioribus anteferant. Et fortasse quia legislator futurus erat, multò antè ipse lex animata rationalisq; factus est per Dei prouidentiam, quæ nescientem destinabat huic muneri. Ergo postquam de communi consensu accepit imperium non sine numine, decreuit coloniã in Phœnicē, Coelefyriã Palæstinãq; cūc cōmuni nomine Chananzam, deducere, cuius fines determinabatur ab Aegypto triū dierū itinere. duxit autem per viam minimè compendiariam: tum quia verebatur ne regionū earum incolæ metu amittendarū vñ cū libertate sedium armati occurrerent, ipsi verò ab hostibus reiecti ad hostes reuerti cogerentur, à nouis ad veteres, præter ludibrū passuri grauiora quàm antea: tum quia volebat per vastas solitudines ducēdo experiri horū obedientiam, instructorum non amplis cōmeatibus, sed paulatim deficientibus. Quamobrē de recta via decedēs inuenit obliquam tramitē: eam ingressus est, ratus ad rubrū mare ducere. Fertur illo tempore accidisse ingens naturæ miraculum, quale nunquam auditum fuerat post hominum memoriã. præcedebat populum nubes in magnæ columnæ speciē, solari splendore incens interdium, noctu verò flammeo, vt eius ductu absq; periculo erroris incederent. Crede tamen potest aliquē ē summi regis præfectis angelū, nube inuolutum eos duxisse, quem nefas sit aspici mortalibus oculis. At rex Aegyptius postquā animaduertit hos ferri per deuia sicut putabat, ingressos desertū à nullis tritū viatoribus, gaudebat eos aberrasse à recto itinere, videlicet ratus non inuenturos exitum: iamq; missionis poenitens, statuit eos persequi, aut metu retracturus in seruitutem, aut internecione deleturus gentem profugā. deinde assumpto omni equitatu, iaculatoribus, funditoribus, sagittariis, velitibus, & vniuersis leuis armaturæ militibus, sexcentisq; falcatis curribus, præfectisq; huic expeditioni purpuratis quo alacrius sequerentur cæteri sine detestatione militiæ, excurrit summa celeritate, properās vt fugientes improuisos opprimeret. Solēt enim insultus repētini terrere grauius, & securi facilius inter-

cipiuntur

cipiuntur quàm solliciti. id tunc quoq; sperans ille loquebatur, quasi ad primū clamorē victor euasurus. Et iam populus in litore castra posuerat: quibus prandiū paratibus primū exaudiebatur strepitus, vt propinquante tanta virorū equorūmq; multitudine certatim properantiū: mox progressi extra tabernacula circūspectabant arrectis auribus. paulò post cōspectus est in tumulis hostilis exercitus instructus ad præliū explicata acie. Hoc tam inexpectato casu perterriti, cū nec arma illis ad defensionem suppetere(non enim ad bellū, sed ad quærendas sedes exiuerant) nec ipsi fugam expedirent, à tergo mari claudente, à fronte imminētibus hostibus, ab utroq; latere obiacentibus vastis inuisq; solitudinibus, trepidabāt desperantes, vt sit, in tantis calamitatibus, incusabantq; principē occlamātes: Num derāt sepulcreta in Aegypto, vt nos hic adductos necatōs; sepelires in solitudine? nonne quævis seruitus est morte leuior? in casti plebeculā spe libertatis, vt adiret vitæ periculū, abusus es nostra simplicitate, quasi nescires Aegyptiorum maliciã & iracundiam. Non vides nullum patere nobis ē tot malis instantibus effugiū? Quid agimus? inermes armatis occurremus? at fugiemus. quomodo, cū simus cincti ceu cassibus infestissimis hostibus, locis inuis, & mari carente nauigiis? si tamen est nauigabile. His ille auditis ignoscebat, memor diuini oraculi: diuinitisq; mentis & sermonis officii, eodē tempore, altera deprecabatur Deū tacitus vt eos ē desperatis rebus eriperet: altero cōfirmabat solabatūque cumultuātes: Nolite animo concidere, aliud est humanum, aliud diuinum auxilium, cur tantū credibilibus sermonibus fidem accōmodatis? noster adiutor nullis opus habet apparatus. exitū inuenire in rebus dubiis est Deo propriū. solus ille plus quàm vniuersa creatura potest. His illos etiam tum sui compos hortabatur. paulò verò post iam afflatus familiari numine hæc cecinit: Exercitus iste instructissimus vt videris armis virisq;, nō terrebit vos postea. internecione totus delebitur submergetūq;, vt ne reliquæ quidē eius in terra maneant, idq; non post longum tempus, sed nocte proxima. Hoc ille tum responsum edidit: post solis autē occasum exortus est auster vehementissimus, qui mare tunc solitum cū æstu decedere, protrusit etiam vltius nudatis littoribus, sicut fit in torrentum eluuiē. nox quoque densis nubibus obscura nullis illustrabatur sideribus, quo magis caligo persequutoribus esset formidabilis. Tūc Moses iussus virga mare percutit, quo facto

B iij aquæ

aquæ scinduntur, & altera pars in altum tollitur stans more parietis solida, altera tunc freno imposito vi, occulta retrahitur: media scissura siccata patentem latamque viam præbente ad populi transitum. Moses gaudens cōspecto hoc tam prodigioso miraculo suis addebat animū, iubebatque castra mouere quā possēt celerrimē. inter cunctandū autē nouū prodigiū se obtulit. Nubes quæ hactenus viæ dux solita erat præcedere, tunc retrograda in extremo visa est agmine quasi ad eius custodiā, obiectu suo fugiētes à persequētibz dirimens, illis muniēs iter tutius, hos retardās & infringens impetū eorum celerē. quo portēto Aegyptij perterriti, tumultu atque trepidatione complebant omnia, turbatis præ metu ordinibus incurstantes in se inuicem, ac sero frustra; conantes fugere. Nam Hebræi summo mane per siccā viā traiciebant vnā cum vxoribus ac liberis. Hostes autē vndis marinis rursus in vnum coeuntibus mergebantur cum suis equis & curribus, æstum refluxum voluētibz etiā aquilonis flatibus, vt ne signifer quidē superstes relinqueretur, nuntiaturus acceptam cladē Aegyptiis. At Hebræi stupētes quōd prodigiosam insperatamque sine sanguine nacti essent victoriā, & vidētes hostem deletū momentō tēporis, duos choros, alterū virorum, alterum mulierū, statuerūt in litore, cecineruntque Deo hymnos gratulatorios, prætereunte carmen viris Mose, sorore verò huius mulieribus. nam hi choreas ductabāt. Relicto deinde mari aliquandiu faciebāt iter securū, erepti hostibus. sed cum per triiduum aquā non inuenirent, rursus præ siti mœsti ad querelas reuertebātur, quasi nullo accepto beneficio: semper enim præsens molestia solet auferre memoriā voluptatis præteritæ. Cōspectis deinde fontibus accurrūt læti decepti vana spē tanquā hausturi. Amari enim erant aquæ, quarū gustu offensū defecerunt & animis & corporibus, nō tam suā quā puerorū vicem dolentes, quos petentes potum non poterāt videre siccis oculis. nonnulli verò incōstantiores & parum certæ pietatis, etiā præterita incusabant, vt quæ non salutē afferrent, sed grauiorē perniciem, quōd multo satius esset hostili manu cadere, quā siti excruciarī insuper. illic enim esse citā mortē, vel potius ad immortalitatē transitū: hanc autē verā esse mortē, diurnā simul ac cruciabilem. cum sensus eius magis quā ipsa timeatur. In hac lamētatione populi rursus Moses supplex Deū precatur, vt gnarus imbecillitatis animalium, præsertim hominū, propter corporis necessitates, à cibo pendentium, & duro tantū ventri

seruicia

seruientium, det veniam desperantibus, & omnium ægestatem expleat, idque sine dilatione, quādo mortalium naturalis incuria celerem opē desideret. Ille facillē exoratus aperit supplicis animæ oculum, & ostendit lignum, quod sublatum iussit in fontes immitti: siue vis ea natia fuit, ignorata hactenus: siue tum primum ad præsentem vsum est indita. Quod vbi factum est, fontes dulcedinem acceperūt vt essent potabiles, ac si nunquā ante amari quicquā habuissent, adeo nullum relictum fuerat vestigium vitij pristini. Ad hunc modum extincta siti voluptas geminata contigit, quandoquidē quoties præter spem incidit, maiorem affert lætitiā. Impletis deinde hydriis discesserūt tanquam epulati in festiuissimo conuiuio, ebrietate non remulenta ebrij, sed illa sobria, quā meracā hauserant ex propinationibus sui principis pietati deditissimi: atque ita peruenerūt in stationem secundam, aquas habentem & arbores, cui nomē Aelīm erat, riguam duodecim fontibus, apud quos erāt septuaginta palmæ ramosæ ac virentissimæ, bonum omen genti afferentes, si quis obseruet oculis mētis perspicacibus. nam ea diuiditur in tribus duodecim, singulas fonti similes, vt quæ pietatis fluentis scateant, vnde indefinenter proficiscuntur præclara facinora. principes autem familiarū totius gentis fuere septuaginta, merito assimilati palmæ arborum præstantissimæ: quæ aspectu pulcherrima, fructum quoque fert optimum, & vitalem vim habet non in radicibus defossam vt cæteræ, sed in summo quasi cor sitam in ramorum medio, à quibus circumquaque stipatur ceu princeps à suis satellitibus. cuiusmodi natura est etiā mentis quæcumque sanctitatem degustauit, solet enim hæc sursum spectare & in sublimibus versari occupata contemplādis diuinis pulchritudinibus, nauicifaciēs terrenas, & hæc lusus repurans, illa seria. Non multum deinde fluxit temporis, cum deficiētibus cibariis fame tentabatur, quasi per vices premētibus eos necessitatibus. Graues enim domine sitis & fames suo quæque tēpore vrgebant, vt altera cessante, succederet altera: id verò adflētis erat molestissimū & intolerabile: qui postquam sibi videbantur euasisse sitis periculum, in famis insidias inciderāt. Nec solum præsens grauabat inopia, sed etiam in futurū com meatus desperatio, vidētes enim vastam solitudinem, frugum sterilem, despondebant animum. nihil apparebat præter rupes asperas, aut campos saluginosos saxolōsve tumulos, aut arenarum aceros altissimos. nusquā fluuius vel torrens vel perennis,

B v nis,

nis, nusquā fons, nulla sata, nullæ arbores, non mites, non siluestres, non volucre non terrestre animal, nisi venenosa reptilia perniciofa homini, serpētes & scorpionij. Adhæc subibat animū copia & vbertas regionis Aegyptiæ, quam conferentes cum egestate premente, tanto magis indignabantur, tales voces iactantes alij apud alios: Libertatis spe migrauimus, nunc ne viuere quidē possumus. Felices nostri ducis pollicitationibus, re ipsa sumus miserimi omnium mortaliū: Quis finis erit tam longi & inutilis itineris? tū nauigationes tū terrestres peregrinationes habent terminū aliquem propositū, vel portū frequentem commercijs, vel urbem aut regionē quampiā. soli nos vagamur per inuias solitudines destituti spe rerū omnium. progredimur em̄ per deserta parentissimo familia pelago, & indies maior offert se vastitas. postquam nos inflauit vanis sermonibus, & aures spe repleuit, nunc ventres fame vexat, nec alimenta expediens necessaria, prætextu deducendæ coloniæ tantam decepit multitudinem è locis cultis in inculta seductā: superest vt eam deducat ad inferos, quæ est via vitæ vltima: His opprobrijs petito nō tam molestū erat malè audire, quā ferre hominū inconstantia. experti enim plurima miracula præter solitū rerū ordinē, non debebant amplius suas coniecturas sequi vtrūque probabiles, sed potius amplecti fidem cuius toties experimēta viderāt. at tamen cum reputaret nullam calamitatem esse grauiorem inopia, facilè ignoscebat imperito vulgo & suapte natura mobili, tantū intento præsentibus, quæ tum præteritorū memoriā eximunt, tum in futurū spem adimūt. itaq; mœstis omnibus & nihil præter extremā calamitatē expectantibus, imminentem vt putabant capiti: Deus partim propria motus clemētia, partim in honorē ducis suo iussu electi, quo magis eius pietatē sanctitatemq; cōmendaret parè prosperis rebus & dubijs, miserię remediū exhibuit nouū & inauditū antea: vt tā manifestis signis sui fauoris præsentis reuerentiā eis induceret: ne si quando non omnia cederent ex sentētia, spem simul & patientiā abiicerēt. Quid igit accidit? Postridie diluculo multū roris circū castra decidit paulatim nimis in morē, dissimilis huic vulgari & peccō quotidiano, quippe qui nec aqua erat, nec grando, nec nix, nec glacies, quod genus nubes inuehūt hibernis tempestatibus: sed in milij specie minutus candidissimūq;, vt aceruatim extra tabernacula iaceret mirādo spectāculo. quo stupefacti scitabātur ex duce, quæ nā esset hæc nunquā ante visa pluuia, aut in quem

vsum

vsum demissa. tū ille diuinitus hoc oraculū edidit: Mortalibus data sunt arua campestria sulcis proscindēda: vt sementē agricolis reddāt cū scenore prouentus annui, quantū satis sit ad rerum victui necessariatū copiam. at Deo nō vna pars sed totus mūdus subditur, cuius portiones pro potestate vertit in vsus quoscunq; vult. nunc sic illi visum est vt alimētis aer non aqua subferuiat, quandoquidē terra quoq; solet producere pluuiā. Aegyptius fluius quotannis arua inundās & irrigans, quid aliud est quā terrestris pluuiā? Mirāda sanè res, etiāsi nihil accessisset noui præterea: accessit tamen quod magis mireris. afferebātur certatim vasa iumentis & humeris hominū, vt & in futurū comestus sufficeret: sed nō erat opus reponere, ex quo Deus decreuit recētia semper dona suggerere. Vrgēti necessitati abūdè satisfactū est, cūctis suauiter vescētibus: quicquid seruatū est in crastinū, totū perit, ita corruptū vt foeteret scaterētq; vermiculis: abiectis igitur his reliquijs inueniebāt cibos alios, cū rore matutino depluentes quotidie, tum quoq; septimo die honor eximius est habitus. quoniā enim nihil operis eo die permittitur: à paruis magnisq; cessatione indicta, ne feriæ violarentur propter vsum necessariū, duplū Deus pluebat pridie sabbati, iussu populo colligere quod duraret in biduū proximū; cibo tātisper incorrupto manente præter solitū. Successit & aliud miraculū haudquaquā prætereundum silentio. per continuos quadraginta annos, toto illo tam diuturno itinere, necessarius victus non defuit iuxta semel institutū ordinē temporum, non fecus quā si ex horreis dimēsum distribueretur singulis: simulq; discebāt obseruationem illius diei sacratissimæ ac desideratissimæ. Cū enim iandudū quæssissent quis esset mūdi natalis, quo hoc vniuersum absolutū est, rem à suis maioribus ignoratam tandem didicerunt, nō solū oraculo, verū etiam argumentō manifestissimo. Videbāt enim corrupti (vt dixi) quicquid superaret diebus cæteris, quod autē depluebat pridie sabbati, duplū prouenire, durarēq; in biduū. Vsum verò eius erat huiusmodi. prima luce collectū molebant aut terebant, dein elixo quasi placētis vescabantur suauissimè, absq; pistoris opera. Imò ne delicatioribus quidē cibus diu caruerūt, quales habent in regionib⁹ habitatis & felicibus, Deo proferēte suas opes in solitudine. vespertinis enim horis coruscicū nubes aduolabat à mari tota castra inuibrans, terræ tam propinqua, vt facilè præberet aucupiū, has capiēdo coquendōq; vt cuiq; libebat, fruebantur carnibus optimis,

mis, ne desiderarēt obsonia: In hac copia ciborū interuenit magna potus inopia: iamq; deplorata erat salus omniū cū Moses sumpta sacra illa virga per quā in Aegypto prodigia patrauerat, numine correptus rupē percutit. quæ seu vena opportuno ictu aperta, seu aquis tum primū eò corruatis per occultos cuniculos, erumpentibusq; præ impetu, more fontis tantū profudit, quantū & ad sitis remediū, & ad diurnā aquationē sufficit tot milibus: omnes enim hydrias impleuerūt, sicut prius ad fontes amaros in dulcē naturā versos Dei prouidentia. quod si quis huic narrationi nō credit, non nouit Deū, nec quærit noscere. alioqui certo certius sciret, miracula ista esse Dei ludicra, collata cū feris operibus: quale est creatio cæli cū fixis erraticisque sideribus, lucis, diei solisq; productio, itidēq; nocturni lunaris luminis, terrę fundatio in rerū mediterraneo, insularū & continentis immensa magnitudo, animalium stirpiumq; in tot species diuisa varietas: ad hæc maris estuaria, fluuiorū cursus tam perennium quàm torrentium, latices fontium perpetuō manentium, alibi frigidorū, calidorū alibi: præterea tot mutationes aëris, tempora discreta annuis horarū vicibus, aliaq; pulcherrimæ res innumeræ, quibus recēdendis vix tota hominis vita sufficiat, quæ nec ad vnus cuiuspiā mundi partis miracula singularim excutienda satis sit, etiam si cōtingeret longissima. Verū ista cū digna sint admiratione maxima, cōtemnuntur propter consuetudinē. quæ autē inusitata sunt, quāuis minora, miramur indulgētes nouis imaginationibus tandē post pererratas diu solitudines inuias apparuerūt quidā terræ habitabilis termini, ceu suburbana regioni eius quā sibi destinauerāt. habitabatur autē à Phœnicibus. hic sperantes vitā quietā tranquillāq; multū opinione sua falsi sunt. nā regionis eius rex populationē agrorū metuēs, excita oppidatim iuuetute, opposuit se vt arceret eos à trāsitu. q̄ si armis viā sibi aperire conarētur, aggredieretur integris viribus & recēti milite fessos itineribus & comeatuum inopia aquarūq; penuria, quibus illi necessitatibus laborabāt alternatim. At Moses re per exploratores cognita nō lōgē ab hoste castrametatus est, delectu iuniorū habito, imperatorē his lesū præficiēs vnū ē minoribus ducibus, ipse properauit ad quærendum maius auxiliū, purificatus enim solēnis lustrationibus ascēdit propinquū tumultū, suppliciter Deū inuocās vt Hebræis daret victoriā, quos liberasset à grauioribus periculis, depulsa non solū hominū violentia, verū etiam lue quæ corruptis elementis

mentis Aegyptios infestauerat, atq; etiam per totum iter fame aliās inuitabili, cū autē starēt, vtrinq; instructæ acies nouū accidit prodigiū in ipsius prophætæ manibus modò leuissimis, modò mirè grauibus. quæ quoties leuitatem recipiebāt, ad cælum sublata confirmabāt socios ad rem gerendā fortiter: quoties verò degrauabantur, præualebat hostilis acies, Deo significante, quod alterorū propria hæreditas sit terra mundi pars infima, alterorū æther sacratissimus, & quemadmodū in rerum vniuersitate cælum est terra potius, sic etiā populū suum bello superaturum aduersam aciem. Cū igitur aliquantisper manus bilancis in morem nunc sursum tollerētur nunc deorsum vergerent, certareturq; Marte dubio, tandem repente velut pinas habentes pro digitis sublata volitabāt per aërem manentes in sublimi, donec Hebræis certa victoria contigit interuentione deletis hostibus, & clade iusta domitis ab his quos iniustus armis lacellebāt. Tūc Moses altare dedicauit, q̄ ex re nominauit Dei refugiū, in quo vota p̄soluit mactatis victimis. Post præliū decreuit exploratores ad inspiciēdas sedes genti suæ destinatas mittere, anno secūdo postquam iter ingressi fuerāt: ne fortè more solito per ignorantia dissentirēt à ducis cōsilio: vtq; re auditu cognita, quid agendū esset in commune dispicerent, missi sunt è duodecim tribubus totidē principes electi ex optimaribus, vt omnium esset par autoritas: vtq; ex aquo tribus omnes de statu regionis cognoscerēt ex honoratiorib⁹, si modò illi renūtiare vera voluerint. Electos autē sic alloquitur: Certaminum ac periculorū quæ sustinuumus & sustinemus hodiēq; præmiū erit agrorū diuisio, quam spera ratam faxit Deus optimus maximus, vt gentem frequentissimā deducamus in coloniam, profuerit autē plurimū locorum, hominum, rerum conditionem pernoscere, sicut ignorare hæc est noxiū. ideo vos elegimus, vt vestris oculis atq; mentibus illa inspiceremus. eritis igitur tot milibus pro auribus & oculis, vt cognoscatis quæ nos scire oportet, nimirū tria hæc incolarum frequentiam ac potentiam, urbium sitū, munitæ sint an sine munitionibus: postremò quæ nā sit agri natura, num ferax & apra vinetis, arbutis atque legeribus, an cōtra sterilis; vt aduersus vires copiasq; incolarū instruamus nos legionibus quas illis tutò possimus opponere contra locorū autē difficultates machinis oppugnationis, naturam quoq; regionis scire necessum est, bona sit an non. alioqui pro possessione steriliū agrorū vltro subire pericula, summa stultitia

stultitia fuerit, arma autem nostra & machinæ atq; copiæ citæ sunt in sola erga Deū fiducia, hoc apparatu freri nulli cedem⁹ terroribus: hoc vincemus, etiā si fuerimus inferiores robore, habitudine, audacia, peritia, copiis: hoc instructi etiā in vasta solitudine nihil requisuimus corū quæ habentur in urbibus. tēpus quoq; nūc est explorationi aptissimū. vernum videlicet, quādo ad maturitatē tendunt segetes, & arborū fructus proferre se incipiūt, præstat tamen differre in æstatē reditū, & afferre aliquid fructū, quod si regionis eius vbertatis specimē. His auditis ad explorandū proficiscūtur deducēte vniuersa multitudine, sollicita ne cōprehensū luant suppliciū, & accipiatur geminū incommodum, virorū tributim selectorū interitus, cum ignoratione rerum hostiliū quarum petebatur noticia, habebāt autem secū duces peritos locorū, quos sequebantur in itinere. cūmq; appropinquassent finibus ascenso mōte altissimo contēplabantur regionem magna ex parte cāpestrem, feracē hordei, tritici, atque pabuli, montana quoq; vitibus & arbutis erant cōsita, vbiq; virentia, distinctaq; riuis ac fontibus ad aquādī copīā vt à radicibus vsq; cacumina tota latera mentiū opaca essent cōtinuis arboribus, præsertim iuga & valles mediæ videbāt etiā vrbes natura simul & arte munitas egregiē. amplius deinde inquiredo videbant incolarū immensum numerum, gigantibus similium proceritate ac robore. hæc vt diligētius perspicerēt, hēserūt ibi diutius, ne fallerentur primo intuitu, sed certiores menti nota imprimerēt. simulq; curauerūt vt decerptos arborū fructus iā seminatos suis tribulibus ostenderent, eos præcipuē qui non corrūpuntur faciliē. sed nihil magis quā vitis fructū mirabatur, pendebant enim prægrādes vix de palmitibus, spectaculū vix credibile. harū vnā ex ætam suspendit e vete medio, cuius extrema imposuerūt humeris duorū iuuenū, atq; ita deportabāt aliis post alios propter pōdus succedētibus. de cætero non cōsentiebant. In itinere conuenire eis non poterat quid renunciandū esset de cōmuni sententia, ne quid seditionis oriretur in populo. sed hoc fuit leuius. post reditū extitit maior discordia. alij de vrbū munimentis & ciuiū frequētia narrantes, attollētēsq; in maius omnia, verbis territabāt concionem, alij contrā eleuabāt quicquid viderant, hortando vt forti essent animo, & coloniā quærerent, cōsecuturi ad primū clamorem victoriam, nullam vrbem laturā tantæ multitudinis simul ingruentis impetum, nec parem futuram incumbenti oneri. Atque ita

vtriq;

vtriq; inuenerūt in plebe quos imbuerent suis affectibus, ignavia timidi, fortes verò spe atq; audacia. Verūm hi portio quinta fuerūt, timidis quincuplo superātibus cæteros: quo factum est vt paucorū fortitudo obscuraretur in tāto ignauiorū numero. duobus autoribus oprimi cōsiliij præualuerūt decem dissolutores eorū sententia, qui pertraxerunt in suas partes totā plebeiam multitudinem, omnes vno ore laudabant mōtana aequē atq; cāpestria: sed cōfestim reclamabatur à concione: Quid opus est nobis alienis fortunis asseruatis tāto præsidio, vt non possint adimi pristinis dominis? Vix tēperatum est à manibus quin duos diuersum sentiētes lapidibus obruerēt, malētes audire iucūda quā vtilia, & veris falsa pteferētes, quod agerrimē ferebat dux multitudinis, diris agitari eā suspiciās, quæ tā cōtumaciter aspernaretur oracula, nec lōgē vltionē abesse, sicut euentus docuit, nam illi decē exploratores timidi absumpti sunt pestilētia cū turba secuta ipsorū ignauiā, soli qui suaserant eundem intrepidē, seruari sunt, premiū referentes pietatis, & reuerēter accepti oraculi. Hæc causa fuit serius deductæ coloniæ. cū enim potuissent secūdo anno postq̄ ex Aegypto demigrarāt agros Syriæ diuidere, defleētentes à via cōpendiaria, vagabūtur per secessus lōginquos & deuios alios quærēdo post alios, frustra defatigātes animū cum corpore, vt meritas impietatis pœnas persoluerēt: quippe qui præter tempus iam elapsū per xxxviij. annos, ætatē hominis, susq; deq; oberrantes per inuia, vix quadragesimo anno peruenerūt ad eosdem quos antea terminos. In aditu regionis habitabat gēs cognata, quos sperabāt fore belli aduersus vicinos gerendi socios, adiutoresq; in paradisi nouis sedib⁹: aut si hoc grauarent, certē neutris se adiūcturos partibus, nam vtriusq; gētis primi cōditores, tū Hebræicæ, tū accolentis fines hostiles, vna matre vnōq; partu editi fuerant, quorū familiæ felici auctæ sobole in duas populosas gētes tum excreuerāt. harum altera in suis mansit sedibus: altera (vt antè diximus) in Aegyptū propter famem translata, post aliquot ætates retro vnde venerat, rediit. hæc cognationis nō oblita, quāuis dudū diuūcta sedibus, & tūc quoq; nihil de ritu maiorū agnosces in degenerib⁹ posteris, arbitrabatur decorū esse māfuctis ingeniis, si antiquæ necessitudini aliquid tribuerēt, in altera nullū supererat amicitia vestigium, quæ lōgē diuersis allueta morib⁹, rationibus, cōsiliis, studiis, auita renouabat odia, nā primus huius gētis autor ius primog

mogenitura: fratrivēdiderat, quod paulò post facti pœnitēs re-
petunt, atq; etiam necem intentādo extorquere voluit. hęc maio-
rum priuata similtates apud integras posterorum gētes in-
stauratae sunt eo tempore. Cæterum dux Hebræorum Moses
quāuis primo incurſu poterat eos opprimere, iniquū id ratus
propter ius antedictæ cognationis, maluit transitū per eorum
agros petere, pollicēdo se iter facturos sine incolarū iniuria,
intactis agris & pecoribus. ne potū quidem aquæ necessarium
sumptuos absq; pretio: in potestate incolarū fortē annonā, se
vsuros foro ex ipsorū arbitrio, at illi contēptis caduceatorib;
cōditiones fœderis offerētibus, armati obuiam profecti sunt,
bellum ostentātes eis, si auderent fines transcendere, imò vel
attingere. id respōsum agrē ferente populo, & iam ad arma cō-
citato, propheta è superiore loco vt exaudiri possēt: sic eos allo-
cutus est: Non est iniqua viri fortissimi vestra indignatio, qui
bonas cōditiones offerēdo repulsam passi estis à prauis & per-
uerſis hominibus. Illi quidē digni sunt vt inhumanitatis pœ-
nas dent, nos tamē decet mitius agere, & reuereri gentiles ne-
cessitudines. alioqui quod erit inter bonos malosq; discrimē,
si magis cogitabimus quid illi mereantur, quā quid nos de-
ceat? His dictis auertit aliò populū, cum videret omnes aditus
inſeſſos præſidiis ab his quib; nihil imminebat periculi, tan-
tūm præ inuidia viā cōpendiariam intercluſerant: quod erat
certissimū iudiciū maleuolētię moleſtē ferētium gentē liber-
tati redditā, quā in Aegypto graui seruitute premi antea libe-
ter audierant. necesse est enim vt qui alterius felicitate dolet,
eius calamitate gaudeat, quātumvis dissimulet. In tantū enim
res suas cū impiis consociauerāt, vt in summā malitiā, plapū,
inſeſſi essent bonis omnib; agrē ferrēt successus eorū, gaude-
rent calamitatib;. Id tum latere nō potuit, cohibitus est tamē
populus à suo principe. eadē opera gemino exēplo edito tū bo-
nitatis tum prudētia: prudēter enim fecit, quod discessum est
sine mutuis iniuriis: quod verò cognationis respectu vltionē
cohibuit, humanitatis fuit officium. horum oppidis præteriti
cū ad vltiora pergerent, rex quidā finitimus Chananes no-
mine vbi cognouit è ſpeculatoribus exercitū per loca nō lon-
gē disſita iter facere, putās eos sine ordine incedētes facile pos-
se opprimi, cū armata suorū iuuentute inuasit, & primò assul-
tu quosdā vt imparatos cōcēgit terga vertere: interceptisq; ali-
quot captiuis inſperato successū inflatus procedebat vltiora,
quai

quasi omnes in suam potestatem redacturus. at illi nihil territi
accepto incommodo, imò accensa audacia vt abolerēt ignomi-
niam, hortabātur se inuicem: Viri simus, geramus re alacriter
in primo regionis pmissa aditu. intrepide pugnemus pro mu-
nimento habentes audaciā. per initia sepe de euentu decernitur.
dum in limine sumus terrorem incutiamus incolis vt inopia
qua in locis desertis laborauimus, permutem⁹ agrorū fertiliū
& bene cultorū copiā. Sic animati vouerūt Deo primitias agro-
rū, eius regis oppida cū suis finibus. nec fuerūt vota irrita, ppi-
tio numine Hebrais robur addēte, ad extorquendā hosti victo-
riam. Itaq; pugnatū est egregiē, supplicatūq; post victoriā, præ-
da tota cōsecrata auctori tantę felicitatis. Oppida cū viris & au-
ro argentisq; Deo dicari placuit, vnde totū id regnū anathema
nontinatū est. Quemadmodum enim vnusquisq; vir pius cōse-
crat primitias fructuū cōportatorū ex agris suis: ad eundē mo-
dum gens vniuersa portionem magnæ regionis, in cuius pos-
sessionem migrabat, & eam quidem non exiguam, regnū inte-
gram quod primum bello quæsitū est, nouæ coloniæ primitias
Deo dicauit, nefas enim putabant vel agros diuidere, vel in vr-
bes immigrare, ante cōsecratas horū primitias. Paulò post fon-
tem copiosum inuenerūt, qui omnibus potū præbuit, is erat in
puteo, in eius prouincię finibus. ibi acſi merū nō aquam haufi-
ſent exhilarati, pijs choreas circa puteū ducēdo nouum carnē
canebant in laudē Dei datoris agrorū & auctoris coloniæ, quod
emenſi longas solitudines, terram promissam attigissent, & in
ipſo limine inuenissent aquæ copiā. meliore nota signādum
rati hunc puteū. fuerat enim excisus non plebeiorū sed regum
opera & diligentia: qui vt fertur magnum sumptum quærendo
aquam & apparādo puteum fecerant, sicut apparebat ex operis
regij magnificētia. His inopinatis successib; larus Moses pro-
grediebatur vltiora, iuuentute disposita in primo extremōq;
agmine: seniorū, mulierū, puerorūmq; turba incedebat media,
vtrinq; munita præſidio, siue frontem siue terga hostis lacesse-
ret. Post aliquot dies regionē Amorraorū attigit, missisq; le-
gatis ad regem eorum Seon, inuitabat ad easdem conditiones,
quas prius cognatis obtulerat. ille adeò cōtumeliosē respondit,
vt vix sibi tēperaret à manibus, occisurus nō legatos tutaretur
ius gentium: cōtractisq; mox copiis expeditionem suscepit vi-
ctoriam sibi pollicens. Congressus autem sensit sibi rem esse cū
inuitis militibus, qui iam ante exercitatis duratisq; tū corpo-
ribus

ribus tum animis, non semel virtutis specimen ediderant, quapropter egregiè tunc quoque vicerunt, à præda tamen abstinuerunt, ut sacrarèt Deo certaminū suorū primitias, cuius ope subsistebant magis quàm propriis consiliis aut viribus, illo addente animos ad rem gerendam, & causam suam defendendā fortiter, sicut tunc quoque apparuit. non erat enim opus iterato prælio, vna acie debellatū est, fufis, fugatis, internecione deletis hostilibus copiis. Vrbes etiam eodem tempore exhaustæ & repletæ sunt, vacuæ veteribus incolis, plenæ victoribus. similiter villæ prædiâque rustica modò deserta recipiebāt colonos meliores. Hoc bellum gentes omnes Asianas terruit, præsertim finitimas, quibus propius imminere videbatur periculū. Vnus autè è vicinis regibus Balaces nomine, habens in oriente magnum populosūque imperiū, nō ausus armis decernere, domi se cōtinuit: & timēs clades quas bellū afferre solet, ad auguria se vertit atque diuinationes, putās se diris execrationibus expugnaturum inuictam Hebræorum potentiam. Erat illo tempore vates magnæ celebritatis in Mesopotamia, peritus omnium diuinationis generū, sed maximè augurali scientia sibi autoritatē parauerat, cuius multa sæpe experimenta ediderat magna & vix credibilia. nā aliquādo imbres futuros prædicebat æstate præferuida, rursus aliis siccitatē æstusque brumali tempore: aliquando vbertatem annonæ, rursus aliās famem & penuriam: fluuiorū item defectus inundationesque, & procurationes pestilentiæ, aliâque innumera: quæ singula cū prælagire videretur, erat in ore omnium, inclita fama diuinitatis eius indies se spargente latius. Ad hūc rex misit amicos aliquot, rogās ut veniret, multa representās dona, plura pollicens, nec dissimulans cur accerteret hominē. ille non ingenuè cōstantēque, sed fucata ciuilitate, quasi propheta eximius, & nihil absque diuino nutu facere solitus, tergiuersabatur, negans sibi hoc permitti à numine. sic legati reuersi sunt infecto negotio. Rex alios mox honoratiores misit cū maiore vi pecuniæ, iussos etiā polliceri ampliora quàm antea munera. Vates inescatus & præsentis utilitate, & spe futuri cōmodi, simulque oratorū dignitatē reuerit, persuaderi sibi passus est, rursus fucate causatus de numine, itaque postridie parabat se itineri, narrans admonitū se in somnis visione manifesta ut incunctanter legatos sequeretur. Cæterū in via prodigiū ingēs ei se obtulit, omnino aduersum ominosūque; illius proposito. Iumentum enim quo vehebatur, primū repente cōstitit, deinde

deinde quasi ex aduerso violèter repulsum in tergū retro cedebat, nunc ad dextram, nunc ad leuā flectendo errandoque; trepidè more temulentorū, etiam verberibus contumax, ut penè fessorē excuteret, vexarū vicissim nō mediocriter. Erāt enim ex utroque; via latere sepes & maceriz. in has impingēte iumento dominus atterebat lacerabatque; crura & genua. videlicet obuio spectro iamdudum territabatur animal, cui soli erat illud cōspicuum: homini verò non itē, quo magis argueretur eius stupiditas. tūc enim brutum perspicacius erat quàm is qui se iactabat videre non mundū solum, verū etiam ipsum mundi rectorem cōditoremque. Tandem vix agnito resistēte angelo, nō quòd dignus esset eo spectaculo, sed ut indignitatē suam intelligeret, ad supplicationes deprecationesque; versus orabat veniā ignoratiæ, negans sibi fuisse peccandi animū. Cūque; debuisset reuerti euestigio, maluit rogare angelū, num redire domū iubeat. Ille intelligens & indignè ferēs simulationē (quid enim opus erat scitari in re tam aperta, quam ipse videbat, nec indigebat verbis fidem adstruētibus, nisi forte oculis minus creditur quàm auribus.) Vade, inquit, quò properas. Sed nihil efficies, me subiiciente verba præter tuam sententiā, & instrumenta vocis vertente quò fas ac pium est. nam ego ero tui sermonis rector, per tuam linguā inuitam fundens oracula. Interea Balaces ut audiuit vatem esse in proximo, prodiit obuia cum satellitio: deinde post solennem consalutationem mutuam, aliquantū quæstus est de tarditate, exoptulans quòd nō incūctanter se dedisset in viam: atque ita versi sunt ad epulas regio luxu paratas excipiēdis hospitibus, cæteraque; hospitalitatis officia pari splendore ornatissima. Postera die diluculo Balaces vatem duxit in tumultū sacratum cuidam genio, cuius statuam indigenæ venerabantur diuinis honoribus. inde prospectus erat in partē castrorū Hebræorum, quæ ostendebantur mago tanquā è specula. his visis dixit: Tu rex positis septem aris, in singulis vitulum cede & arietem: ego interim secedam, ut diuinitus discā. quid dicendum sit, progressus autē foras cōfestim afflatur numine, quod omnem eius artificialē diuinationē exterminauit ex anima. nec enim fas erat sanctū spiritū cohabitare cū magicis artibus. post hæc reuersus, & videns victimas ardere aris impositas, tanquā alienus interpretes sic cecinit. E Mesopotamia me acciuit Balaces, ut longum iter emēsus execraret Hebræos. sed quomodo execrabor quos Deus nō execratur: possum eos ex alto mōte despice-

re, & vota concipere, sed laedere non possum singularem ac extremum populum, qui non connumeratur cum cæteris gentibus, non tam locis separatus & sedibus, quam ritibus propriis, multum diuersis, nec cõtaminatis vlla externa ceremonia. Quis exactè nouit primam horum originem? corpora quidem ex humanis sunt nata seminibus, ex diuinis autem animæ, Deo cognata hætenus. Tollatur anima mea ex hac vita corporali, vt connumeretur cum iustorum animabus, quales sunt horum hominum. His auditis Balaces ingemuit. Conduxi te, inquit, vt hostes execrareris; nunc non pudet te illis fausta ominari: Quam me fefellit opinio, qui amicum putas opposui te hostibus. iam satis apparet quo sis animo, hoc est nimirum cur tam cunctatè venisti, benevolentiam qua istos prosequeris, & odiũ mei dissimulans, licet enim ex manifestis de incertis coniecturam facere. Tũ magus iam à spiritu relictus: Iniustam, inquit, sustineo caluniam, Nihil ex me ipso dicere soleo, interpretes tantum Dei sum, sicut & antea me protestatum ex legatis nouisti, Rex sperans posse vel vatem decipi, vel diuinam mutari sententiam, si locum ipse mutaret, illinc periit alium montem editiorẽ, vnde cõspiciebatur magna pars hostilis exercitus: extructisq; denuo septem aris aliis, & mactatis totidem quot antè victimis, misit vatem ad captanda meliora auspicia. Ille in secessu correptus numine, & extra se raptus vt suametipse verba non intelligeret, ore suo sententiam alienam pronuntiauit hoc vaticinio. Surge rex, & audi attentis auribus. Non est Deus quasi homo vt metiatur, nec quasi filius hominis vt muretur. Dixit & faciet, locutus est & rata erunt verba eius, quandoquidem ipsa verba sunt eius opera. ad bene precandum adductus sum ego, non ad execrationem. Non erit labor in Hebræis nec lassitudo. Deus eos manifestè ceu clipeo protegit. is etiam Aegyptiacas calamitates ab eis depulit, & tam multa milia tanquam vnum hominem eripuit. ideo populus Israëliticus nihil moratur auguria cæterarumq; diuinationis genera omnia, fræctus vno totius mundi præcipe. video populum insurgentem vt leonis catulum, superbum leonina ferocia. Satiabitur præda, & bibet occisorum à se sanguinem. ac ne rum quidem in cubile se cõferet, sed perungit victoriale carmen concinet. Tum Balaces præ dolore ob spem diuinatione frustratam exclamat: Desine homo & execrari & fausta ominari. præstat silere quam iniucunda dicere. Moxq; mutata sententia duxit vatem in locum alium, vnde ostendens ei partem copiarum Hebræicarum, hortabatur vt diras execra-

tiones

contra eas depromeret. Magus rege nihilo melior, quamuis contra incusationem obiectumq; præuaricationis crimine verè præfatus, se nihil de suo proloqui, tantum interpretem esse numinis quo incalescebat: cum debuisset domum reuerti, cupidè comitatus est, tum propter insignem arrogantiam, tum propter odio suppurratum animum, quippe qui malè volebat populo, cui tamen non sinebatur malè precari, cumq; venisset in montem celsiore prioribus, longo ascensu arduum, iubet instaurari eadem sacrificia, rursum aris septem positis, & superimpositis quatuordecim victimis, binis vt antea, vitulo ac ariete. ipse verò non abiit more solito ad captanda auguria, damnata hac diuinatione & quasi obliterata, vt nihil certi posset ex ea percipi: & alioquin etiam vix tandem senserat repugnare Dei voluntati regis propositum sed versus ad solitudinem, considerabat singulas tribus Hebræorum, & castrorum ordinem populosæ ciuitati similiore quam militari multitudini, moxq; afflat⁹ in hæc verba erupit: Hæc dicit homo verè videns: cui Deus in somnis manifestè visus est insopito animæ oculo. Quam pulchra tabernacula vestra Hebræi, tentoria vestra vt valles opacæ nemoribus, vt horti secundum flumen irrigui, vt cedrus prope aquas. Egredietur olim homo ex vobis, & imperitabit multis gentibus, cuius regnum indies crescens magis ac magis exaltabitur. populus hic ex quo Aegyptum reliquit per totum iter à Deo deductus est vno agmine. propterea deuorabit multas gentes hostiles, & pinguitudinem earum exsuget medullitus, configetq; sagittis aduersarios. Dormiet cubans vt leo vel leonis catullus securus, neminem ipse timens, & alios territans insuper. Infelix quisquis eum excitauerit. Qui tibi precatus fuerit, ipse quoq; faustus erit: execrabilis verò quisquis te diris deuouerit. Rex maiore quam antè indignatione percitus ait: Vt hostes meos deuoueres vocatus, iam tertio bene illis precatus es: fuge quātocyus: ne indignatione furens aliquid sæuus in te consulam. Quātum auri, quātum gloriæ tibi inuidisti homo insane ac perditæ. Redibis domum vacuis manibus, ipse plenus propriis, irrisus illususq; cum ista tua quæ tantopere iactas sciencia. Respondit ille: Quæ hætenus audisti, omnia sunt diuina oracula: quæ verò iam dicam, meæ coniectationes sunt. Tũ dextra prehensum seduxit à cæteris, & solus soli dedit consiliũ, quibus rationibus sibi cauere posset ab infesto exercitu, quo facto inuisit sibi ipse notam impietatis turpissimam. Dixerit enim aliquis, Cur priuatim das consiliũ oraculis cõtrarium, nisi putas in potētius

C iij

& effie

& efficacius. Age verò examinemus ista præclara consilia, quilibet artibus utatur ad interrumpendas perpetuas victorias fortissimi populi. Sciebat Hebræos per solum legum contemptum expugnabiles, tentatos malo impotenti libidinis: ideo voluptate inescatos conatus est ad grauissimum scelus impietatis pertrahere. Sunt, inquit, in tuo regno mulieres formosissime, nec alia re vir facilius capitur quam mulieris eximia specie. harum pulcherrimas si permiseris ob questum vulgare sua corpora, hoc hamo capietur inuictus hostium. sed præmonendæ sunt, ne statim faciant sui copiam rogantibus. nam hæc fucata tergiversatio magis incitabit & accedet cupidine, atque ita obrerto collo pertracti & suis metum concupiscentiis, nihil non vel patientur vel facient. Sic affectum amatorum ubi viderit captatrix femina superbe loquatur: Non est fas habere te mecum voluptatis consuetudinem, nisi abiurato ritu patrio, colas eadem mecum numina. nec ante credam te mutatum, quam videam non abhorreere à nostris sacris & libationibus, quæ in delubris peragimus. Tum ille miser captus his casibus, conditionem accipiet, & repulsa ratione monitrice imperata faciet addictus in seruitutem cupidini. Hoc fuit consilium: id quoniam videbatur non inani coniectura subnixum antiquata lege de stupris & adulteriis, data est feminis licentia concubitus cum viris quibuslibet, qua impunitate factum est ut iuuentutem ad se pertraheret, corrupta prius anima & huiusmodi prestigiis ad impietatem illecta: donec Phinees filius pontificis indignè ferens perire animas simul cum corporibus, & hæc voluptate illas impietate corrumpi, ausus est facinus viro bono honestoque conuenientissimum. Cospicatus enim quendam suæ gentis hominem post prophana sacra ad meretricem ingredi, non furtim, ut mos est verecundis scortatoribus, sed propalam erecta ceruice quasi ostentantem impudenter multitudini suam turpitudinem, nec minus sibi placentem quam in aliquo præclaro facinore, admodum exasperatus & ira iusta repletus, inuasit iacentem in complexu adamatæ meretricis, & utrumque peremit adacto mucrone per genitalia. eò quod operarentur genituræ nefariæ. Quo exemplo animati quotquot æmulabantur pietatem ac continentiam, Mose quoque iubente, imitari sunt autorem ultionis, & omnes simulachris initiatos sine cognationis amicitiaque respectu ad unum deleuerunt, atque ira gentem expiauerunt exacto inclementer à noxiis supplicio. reliqui satis approbauerunt suam pietatem, neminem fontem miserati, ne coniunctissimum quidem sanguinem

sanguine plus valente apud eos indignatione quam affectu neccelsitudinum. nec quisquam ex his homicidis pro impuro aut cæde polluto est habitus. imò visa est hæc res gesta nulli è superioribus cedere, quantum ad veram meritamque laudem fortitudinis attinet. Fertur vno die cæsa viginti quatuor milia, mortisque sublatum publicum piaculum, quo tota castra comminata fuerant, quibus expiatis, Moses dispiciebat de præmio decernendo filio pontificis, qui primus fortiter ultionem aggressus fuerat. id cogitanti mature oraculum redditur. Pacem à Deo dari Phineei, quod bonum mortalis nemo dare potest: dari & perpetuum sacerdotium, quod hæreditario iure ad posteros quoque ipsius pertinet. Ad hunc modum intestinis malis defuncti, quando etiam de transfugio proditioneque suspecti omnes ceciderant, Israelitarum arbitrabantur venisse opportunum tempus expeditionis contra Balacem, nihil non conatum ut læderet, nec frustratum suo consilio: quippe qui per vatem deuouere delereturque copias Hebræorum sperauerat: per mulieres verò impudicas ingentem plagam tum libidine corporibus, tum animabus impietate infixerat. non fuit tamen vniuersorum expeditio, ne finitimæ gentes excirentur ad arma communi periculo: simulque consultum videbatur manere ceteros in subsidiis, si forte res posceret noua submittere auxilia. milleni de singulis tribubus selecti sunt. Sic armatis duodecim milibus imperator datur Phinees, spectata iam fortitudinis vir: qui sacris ritè peractis ubi litatum vidit, milites huc in modum pro concione adhortatus est, Non de imperio nunc certamen instat, nec de inuadendis, occupandisque alienis possessionibus, quæ causa belli vel sola mouet alios vel præcipua, sed protueda pietate ac sanctimonia, quam nostris cognatis amicisque dum hostes eripiunt, parauerunt eis grauissimam perniciem. Absurdum igitur & periniquum fuerit si parcamus sceleratis hostibus, qui domesticis minus noxiis non pepercimus: si magistrum impietatis impunè abire sinamus, qui de discipulis pœnas sumptissimus, præsertim cum totius calamitatis culpa penes autores impietatis sit. His dictis animati iuuenes accesseruntque amplius, tanquam ad certam victoriam afferebant inuicta pectora: collatisque si quis tantum præualuerunt robore ac audacia, ut mactatis more pecudum hostibus ipsi omnes reuertentur incolumes, ne vno quidem è suis vel desiderato vel saucio, aliquis ignarus facti ex redeuntium specie coniectans dixisset eos reuerti à decursione militari, non ex acie referre victoriam. ad eò intacti erant haud secus

quàm post meditationem armorum ludicram. deictæ vrbes flammis ferroq; solo aquatæ sunt, vt nullum superesset habitationis vestigium, ac si nunquam ea terra habuisset incolas. captiuorum abductus est infinitus numerus. ex his in viros & mulieres internecone sauitum est: in alteros, quod ab his petiti fuerat iniustis armis & scelestis consiliis: in alteras, quia hæc suis prestigiis iuuentutem Hebræam seduxerant, cui lasciuia, impietatis, ac postremo necis causa fuerant: tenera ætas, pueri virginisque impetrarunt veniam. Præda ingens parta fuit, exhaustis non solum opibus regniis, sed etiam priuatis possessionibus: non minus enim ex agris auectum est quam ex oppidis. in castra conuenerunt totas, quæ fuerant hostiles diuitias. Moses laudato pro concione Phinee, comilitonumq; eo bello spectata fortitudine, pariq; continentia, qui maluerat prædam in commune proponere quam sibi usurpare, vt etiam in castris relictis forent eius participes, iussit victores, extra castra per aliquot dies tedere: pontifici autem mandauit, vt lustraret reuersos à recenti cæde hostium: quauis enim per leges liceat hostem occidere, tamen qui necant hominem, etiam si coactus & propulsans iniuriam, obnoxius videtur propter antiquam generis cognationem oriundi ab vno capite. hæc tum fuit lustrandi causa, vt ne species quidem sceleris in eos cõpeteret. Aliquanto post prædam diuisit, his qui militauerat, multo paucioribus præ cæteris, assignata parte dimidia, reliquaverò his qui in castris remanserant. æquum enim censebat hos quoq; victoriae fructum capere, qui si non corporibus, animis tamen decertauerat. nam qui manet in statione parati auxilio, tempore non alacritate cedunt potioribus. itaq; cum pauci accepissent plura propter nauatam operam, plures pauciora, vt qui intra munitiones se continuerant, visum est necessarium totius prædæ sacrare primitias, quinquagesimas subsidiarij, quinquecentimas propugnatores contulerunt. hæc pontifici datae sunt iussu prophetæ: altera portio celsit ædituis, quos Leuitas nominat. Tribuni, cæturiones, cæteri q; præfecti ordinum, virtutis ergo acceperunt sua præmia, ornamenta vasaq; aurea, quantum cuiq; in direptione obuenerit, ea pro sua militumq; salute sponte obtulerunt vt essent donaria: quæ Moses delectatus virorum pietate dicant tabernaculo Dei, monumentum gratitudinis. Laudanda sanè primitiarum distributio. Qui non militauerant, de suo dimidio propterea voluntatis, non operæ præmio, Leuitatis obrulerunt ex prophetæ præcepto: pontifici autem illi qui fortitud

fortitudine absolutissima etiam caput obiecerunt periculis, nimirum capiti sacratorum ceremoniis hominum. cæterum præfecti ordinum sacrarunt Deo suas primitias, summo totius vniuersitatis principi, Tatum hostium ferocium debellarunt Istaëlita priusquam Iordanem eius regionis fluium traicerent, qui hostes transennem tunc tractum incolebat felicem & frugiferum, campestem magna ex parte aptumq; vel frumento vel pabulo, hæc loca vbi videntur duæ tribus pecuarum, sexta pars totius exercitus, à Mose petebant hos agros sibi diuidi, vt tandem alicubi certas sedes acciperet esse regionem pascuis aptissimam, propter aquarum copiam & pabuli, sponte fundente alimenta pecoribus. Ille ratus eos prærogatiuam in agris diuidendis querere, aut immunitatem à bellis imminetibus, cum adhuc superesset cis Iordanem reges multi, occasionem expectantes tanquam ex insidiis, valde ira commotus respondit: Itane censeris æquum vos hic ociosos ante tempus considerere, immunitate fruirturos? Quid interim fiet amicis sociisque, & quæ sanctior necessitudo est cõiunctis natiuo consanguineitatis fœdere? anm placet eos desertos obiici opprimendos hostibus? Itane vos soli quasi res bene gesta præmiis potiemini, pugnas, labores, erunas, pericula relinquetis cæteris: Non est iustum vos frui pace comodisq; aliis quæ pacem sequuntur, vestros fratres atteri tot bellis ac certaminibus. & vt parti bene sit, vexati totum exercitum: illud magis decet, vt cum vniuersis copiis partes etiam in sorte agrorum veniant. omnes æquo iure degitis, vnum genus omnibus ab iisdem profectum conditoribus, vna familia, mores, ritus, leges, sacra eadem, & alia plurima, quæ vel singula fœdus amicitiarumq; conciliant. Quid est cur hætenus pares in summe necessariis muniis. in agrorum diuisione rationem vestri haberi postuletis extra ordinem, quasi cæteros habeatis pro seruis aut subditis. atqui debuerat vos aliorum exempla docere modestiam: nam prudentes nolunt suo malo discere: nunc ne domestica quidem clades vos admonent officij, quas spectastis in vestris patribus. explorauerunt illi regionem expetitam, sed quia de possessione desperauerunt. omnes perierunt duobus tantum exceptis. Illorum igitur libet imitari formidinem o vecordes, quasi hæc consilia non tendant ad vestram perniciem. dum ipsimet vobis animos adimitis & audaciam: quandoquidem properantes ad peccatum properatis ad supplicium. nam vindictam quantumvis tardam, si semel moueatur contra noxios, nemo potest effugere. Vbi debellatum fuerit

fuerit, sublati omnibus hostibus, socij verò virtutē suam approbauerint, sine crimine desertorum & detrectatorum militiæ aliòve quod officiat victoriæ, promptè vsque belli finem vñ animo & corpore: agri quoque vacui fuerint colonis pristinis, tum demum tribubus ex æquo sua contingent præmia. Hanc admonitionem illi tulerunt ita vt filios decuit, nempe profectam à paterno animo: sciebant enim eum haud superbe principatum gerere, sollicitum de toto populo, iuris & æqui obseruantissimum, scæuentem non ad subditorum cõtumeliam, sed ad emédationē eorū qui videbantur corrigibiles. Respõderunt igitur, Iusta est indignatio tua, si suspicaris nos à societate desciscere, & ante tempus agros petere: sed scire debes, nos nullis terreri laboribus qui cum virtute coniuncti sint. Iudicamus autem virtutem esse obedientiam, præsertim sub principe qualis tu es: nec deerimus futuris expeditionibus quantumlibet difficilibus, donec res nostræ ad optatum finem perueniant. sequamur cæteros vt antè armati trans Iordanem, sine vacatione cuiusquam qui sit armis ferendis idoneus. pueros & puellas cum matribus vxoribusque & pecorum gregibus pace tua relinquentes, exedificatis in hunc vsum oppidis & caulis pecori, ne pateant incursionibus hostium, si non includantur munitio- nibus. Tum propheta vultu & voce iam placidiore: Si ex animo inquit, pollicemini, habebitis agros quos extra sortem petitis. Relinquitte ita vt vultis vxores cum liberis & gregibus: ipsi armati cum sociorum exercitu traicite, mox à traiectu si opus fuerit explicaturi aciem, & armis de rei summa dimicaturi cum hostibus. quibus profligatis deletisq; internecione, quando iam pacato hostico agri diuidentur victoribus, vos quoque reuertimini ad domesticos fruituri vestris cõmodis, percepturique fructus ex agris quos ipsi elegistis. Hac promissione audita pleni alacritate ac gaudio domesticos cum pecoribus relinquerunt in locis tutioribus, quorum plerosque manu muniuerant. ipsi armis sumptis expeditionem susceperunt cum sociis, non recusaturi vel totum bellum, vel maximam eius partem propriis viribus conficere. nam qui deuincti sunt muneribus prõptissimè nauant operam, non conferendo sed referendo gratiam debitam. Hæc sunt que in regno eius gesta produntur: supersunt dicenda acta sacerdotis & legislatoris: has enim sibi facultates, vt maximè regno conueniētes, dudū parauerat.

PHILO

PHILONIS IVDÆI, De vita Mosis, liber II.



VPRIORE libro diximus de natiuitate ac educatione Mosis, deq; eruditione ac principatu non solum irreprehensibili, verū etiam laude omni dignissimo: tum quid in Aegypto & in itinere gesserit, vel ad rubrū mare vel in deserto, res quæ nulla eloquētia pro dignitate possunt exprimi, laborēsque nō minores successibus & agros attributos pari exercitus: in hoc libro attexētur quæ deinceps de actis eius dicenda sunt. est enim quorūdā haud improbāda sentētia, ita demū fore felices respu. si aut philosophētur reges, aut regnēt philosophi. At in hoc vno viro plures etiā dotes reperiuntur, cū tres alias habuerit præter regiā & philosophicā quarū aliā exeruit in ferēdis legibus, aliā in pōtificatus muniis, aliā in vaticiniis propheticis: quarū rerum necessariā narrationem nūc institui. cōpertum enim habeo hæc omnia in vnū hominē competere: siquidē hic factus diuina prouidētia rex & legislator & propheta & pontifex, in his functionibus ita se gessit, vt omnes alios à tergo reliquerit. Cur autē eidem hæc cūcta cōueniant, apertius disserendum est. Regis officium est iubere quæ oportet fieri, & vetare à quibus abstineri decet. cæterū iussio faciendorum, & interdictio cauendorū, propriè ad legē pertinet. Atq; ita cōsequitur, vt rex animata lex sit, lex verò sit rex iustissimus. quisquis autem est rex simul & legislator, debet nō solū humani, verū etiam diuini iuris peritus esse, nec enim sine diuina prouidentia regnum bene administratur & ex subditorū utilitate. Quamobrē talis vir pontificatu opus habuit, vt obeūdo perfecta sacra iuxta perfectā diuini cultus scientiā, mala deprecando auerteret, rerum verò bonarum copiā sibi subditisq; impetraret, annuente votis Deo propitio. Quomodo enim non faceret rata vota quæ est suapte natura placabilis, & germanos cultores sui numinis ornare solet priuilegiis? Sed quoniā innumera vel regi vel legislatori, vel pontifici humana diuināque sunt incognita, nimirū nato mortali etiā si alioqui felicissimo, necessariò prophetia quoque adiūgitur, vt quicquid ratio nō percipit, suppleatur diuinitus. quo enim mens non potest pertingere, eò proph

prophetia peruenit. Belle profectò quadrige potètiarum aptis-
simè comparatarum. cōnexæ enim & hærentes sibi inuicem, si-
mul agitantur, percipiētes ex se vtilitates mutuas more Gratiarum
virginum, quæ nunquam separātur coniunctæ naturæ le-
ge immobili. De quibus meritò dici potest quod vulgò de vir-
tutibus dicitur: eum qui vnā habet, omnes habere. Cæterū
ante omnia tractādum videtur de legislatoris habitudine. Nō
ignoro quòd in legislatore primo requirātur omnes virtutes
integræ, sed quæadmodū in familiis alij propius cognati sunt
quàm alij, quāuis in eadem cognatione: sic quibusdam rebus
certæ virtutes naturaliter cohærēt propius, reliquæ minus fa-
miliares habētur. facultati legislatoris quatuor hæc sunt con-
iūctissima, charitas erga proximos, iustitia, amor virtutū, & vi-
tiorum odium. quisquis enim ad leges ferēdas animū appulit,
ab his causis singulis permotus est: siquidē charitas docet sen-
tentias vtilēs proferre in mediū, iustitia honoratur vt æquabili-
tas, suum cuiq; tribuens. Virtutū amor approbat quicquid natu-
ra bonū est, & id omnibus dignis exhibet sine inuidia. Odiū au-
tem vitiorum exagitat contemptores virtutis, suspectos habēs
vt hostes humani generis publicos & perpetuos. Hęc vel singu-
la magnum est alicui contingere. mirandum verò si vniuersa
vnus possit consequi: quod in solo Mose licet cernere, eminenti-
bus in eo manifestis cunctarum modò dictarum virtutū in-
diciis, præsertim in eius legibus. Id verum esse sciunt qui legūt
sacra illius volumina, quæ non poterant nisi à tali viro cōscri-
bi, idq; ex Dei sententia, hæc leges posteris sunt traditæ vt res
pretiosissima, referēs imaginē animæ propheticæ, in dubiis
notis exprimētē has ipsas virtutes, quas dixi necessarias. Quòd
autem hic fuerit præstantissimus legislatorum qui vnquā ex-
titerūt vel apud Græcos vel apud barbaros, leges item optimæ
sint & verè diuinæ, in quibus nihil desiderari possit, hoc argu-
mento colligitur certissimo. Aliarum gētium iura, si quis cogi-
tatione percēseat, innumeris de causis antiquata inueniet bel-
lo, tyrannide, alijsq; improuisis casibus, vt solet fortuna ludere.
interdum etiam præ nimia felicitate lascinientes quidā colla
subdixerunt legibus, vt vulgus est in rebus secundis insolens,
comitante saturitatem superbia. Lex autem semper pugnat cū
superbia. sola nostra lex firma, immobilis, inconcussa, tanquam
obsignata nature signaculis, manet ex quo scripta est in hodie-
num vsq; & spes est māsūram per omnia secula immortalē,
donec

donec sol, luna, cælum, totūsq; mundus manebit. gēs enim hæc
multa experta fortunæ vicissitudines, tamē ne minimum qui-
dem mandatum passa est obsolescere. Tanta fuit semper diuini
iuris veneratio, quæ autem tuta sunt à famis, pestis, belli, tyran-
norū regūmq; iniuriis, à corporis morbis pariter & animi, atq;
etiam à diris calamitatibus alijs, an non sunt modis omnibus
amplectenda vt maioris quàm quod æstimari possit pretij: res
certē non caret miraculo, per tot secula mansisse leges easdem
incolumes. illud tamen magis etiā mireris, non solum Iudæos,
sed & aliarum gētium pene omnium homines, præsertim vir-
tutis rationem habentū, imbutos esse harum veneratione. hic
enim est honor earū eximius. id ita esse vel hinc liquet: In tota
Græcia totaq; barbaria nulla ciuitas habet leges cōmunes cum
quapiam alia: imò vix inuenias vllam eisdem semper vsam, in
tot mutationibus rerum & temporū. Athenienses Lacedæmonij. Inter barbaros Aegyptij
non vtuntur Scytharum legibus, nec Scythicæ gentes institutis
Aegyptiorū: & in vniuersum Europæi suas leges habēt, suas itē
Asiatici populi. ab oriente vsq; occidentē, omnes regiones, gen-
tes, ciuitates, abhorret ab externis ritibus: putātq; tato plus ho-
noris suis accedere, quāto magis alienos proculcauerint, at non
sic nostrum ius. omnes enim admonet officij, barbaros, Græcos,
cōrinentis æquē ac insularum incolas. occidentales ac orientales,
Europæos ac Asiaticos, totū orbē habitabilē vsq; ad extremos
terminos. Quis enim sacrū illum diem per singulas hebdoma-
das recurrentem nō honorat, remissionem laborū feriāsq; affe-
rentem patrifamilias cum domesticis, non ingenuis tantum, ve-
rū etiā mancipijs, & iumentis insuper. nā hic inducias laboris
affert omnibus mansuetis animantibus, creatis in ministeriū
hominū, & à natura addictis eorum seruitio: affert etiā arbori-
bus & stirpibus omnibus. nec ramū enim nec frondē nec foliū
demere fas est, ne fructū quidem vllū decerpere, immunitate
in vnum diem cōcessa his omnibus, velut publico præconio in-
terdictum esset hæc attingere. Quis ieiunium quod vocāt non
mirabundus adorat, præsertim quotannis recurrēs sacro mē-
se, iuxta disciplinā austeram & tetricam. Sūt enim qui sic ieiun-
nant, vt nec merū desit nec cupedia, dapiliter appetitis cibis &
poculis nō tantū ventrē expleturis verū etiam excitaturis sub-
uentraneas cōcupiscentias. sed vbi sic ieiunatur, vt nec cibū nec
porum attingere liceat, nequid corporearū affectionū purgare
menti

menti obstrepat, vt sit in saturitate festa celebratium: sibi intentis omnibus ad placandum patrem omnipotentem pia precatione id vnum agitur, vt concedat prateritorum peccatorum veniam, & in posterum nouis beneficiis suam gratiam augeat. Quod autem harum legum sanctitas non solis Iudæis verum etiam aliis omnibus gentibus sit admiranda & venerabilis, manifestè apparet tum ex his quæ modò diximus, tum ex his quæ dicentur in sequentibus sermonibus. Lex antiquitus scripta fuit lingua Chaldaica, mansitque longo tempore in ea, quoadiu legis ipsius pulchritudo non est intellecta externis hominibus, postquam autem ex quotidiano eius usu etiam ad alienos sensus quidam permanuit, simul gloriosa quoque fama ubique terrarum increbuit. nam honestis rebus ad tempus obesse potest inuidia, illæ tamen proferunt se tandem suapte felicitate ingenij. Extiterunt qui indignè ferrent has leges parti tantum humani generis innotuisse, nempe solis barbaris. Græcas gentes nullum earum gustum cepisse, dederuntque operam vt verterentur per idoneos interpretes. id opus quia magnum erat & reipublicæ utilissimum, non priuatis hominibus obuenerit, nec mediocribus istis principibus & regulis, sed regi omnium longè celebratissimo. Ptolemæus fuit is, Philadelphus cognomine, tertius ab Alexandro Aegypti rex, virtutibus regis supra omnes ætatis suæ superiorumque seculorum principes nobilis, cuius nunc quoque ex tanto temporum interuallo decus est inclitum, ob tot relicta per ciuitates regionesque monumeta magnificentia, vt in prouerbiū abierint sumptuosa opera ab illo Philadelphæa denominata. quandoquidem in vniuersum Ptolemæorum domus cæteris regis prenituit, inter Ptolemæos verò Philadelphus vnus enim hic plura laude digna gessit, quàm omnes reliqui eius familiae, quippe qui tantum inter eos preminuit, quantum caput in corpore. Talis princeps captus nostræ legis amore ac desiderio, in Græcā linguam è Chaldaica transferendam curauit, legatis in hoc missis ad Iudæorum pontificem, penes quem tunc erat in ea gente autoritas ac maiestas regia. Ei voluntatē suā aperuit, petens vt delectu habito ex præcipuis interpretes ad se mitteret. Qui gauisus vt decebat, ratusque haud sine diuina prouidentia rem tantam regi in mentē venisse, è suis Hebræis doctissimum quemque, præter patrias literas Græcis etiam eruditum, libenter misit. Hi comitate hospitali excepti, sermonibus civilibus & eruditis non minus hilaritatis regi exhibebant, quàm ipsi percipiebant ex epulis. nam ille singulorum sapientiā tentabat

proposi

propositis non vulgaribus quæstionibus quas ipsi aptè ac breuiter enodabant ex tempore, quod locus non esset prolixioribus disputationibus, ita vt res ageretur apophthegmatis, cumque placuissent, confestim aggressi sunt negotium per legationem experitum: reputantesque quàm seria res esset leges ex oraculis acceptas interpretari, vbi nefas sit quicquam vel demere vel apponere vel transponere, vel quocumque modo à præscripto discedere, dispiciebant de aliquo suburbano secessu purissimo. nam intra moenia nullus locus placebat, referta omnigenis animalibus, nec à morbis pura & cadaueribus, sed magis etiā suspecta propter impuros mores ciuium. Ante urbem Alexandrinam sita est Pharus insula, per oblongam & fasciam similem ceruicem accessibilis, quæ non alto mari sed stagnantibus undis aluitur, vt ne fluctus quidem, nimirum spatio medio debilitati, obstrepant. Hic locus postquam de communi sententia vilis est ad præsens negotium aptissimus propter secessum quietissimum, vbi animus solis legibus posset intèdere, cum sibi optauerunt ad diuersorium sumptisque in manus sacris voluminibus, tendebant eas ad cælum supplices, Deum inuocando vt cæptis faueat, exaudiuit ille vota, vt si non vniuersum genus humanum, ceterè maxima pars instrueretur ad bene viuendum præceptis optimis & sapientissimis. In eo secessu cum consedisent solitarij nemine interueniente arbitro præter naturæ partes, terram, aquam, aerem, cælum, de quibus primum prodituri erant mysteria (nam mundi opificium est legum exordium) tanquam numine correpti propheta-bant, non alia alijs, sed omnes ad verbum eadem, quasi copiam distante singulis inuisibiliter. Et quis nescit cuiusque lingue, præsertim Græcæ copiam, vt eadem sententia possit enuntari modis variis, nunc has nunc illas dictiones accommodando. Id negat factum in procedendis his legibus, sed reddita propria propriis nominibus, Græcis ad Chaldaicam exactè respondentibus, quo melius perciperetur rerum notitia, quemadmodum enim geometriæ dialecticæque doctrina non admittit sermonis veritatē, sed semper eisdem vitur vocibus: eodem modo & hi convenientia rebus inuenerunt nomina, quæ sola declaratura erant sensum apertissimè. id experientis quotidianis creditur siue Chaldaus Græcam linguam, siue Græcus Chaldaicam didicerit, in vtraque scriptura tum Chaldaica, tum eius interpretatione miratur germanitatē, imò rerum verborumque consonantiam adorat, non interpretes illos, sed initiatores & prophetas appellat, quibus datum est syncerissimas Mosis cogitationes assequi spiritu purissimo, quæ obrem hodièque solennis celebras renouatur

renouatur in Pharo insula, ad quam non tantum Iudæi sed & alij plurimi traiciunt, locum veneraturi in quo primum visa est hæc interpretatio, & pro tanto beneficio quasi recte actum Deo gratias, post vota autem & gratiarum actiones alij tentoriis fixis in litore, alij discumbentes in ipsa arena sub diuo epulantur cum amicis & domesticis, præferendo tunc litus palatii regis, in tantum expectandum videtur hoc diuinum ius priuatis & magistratibus, quamuis iandudum hæc gens utatur fortuna parum prospera, & solent res præclarae obscurari quodammodo aduersitatibus, quod si fortuna melior affulserit, videtur non mediocrem accelsionem allatura. puto enim plerumque relictis & ablegatis patriis legibus transituros ad hæc obseruationem: nam cum felicitate gentis leges exorta denuo, cæteras obscurabunt, sicut sol minora sidera, quæquidē vna legislatoris laus est, haudquamquam exigua, altera verò hæc amplior etiam, contenta in sacris voluminibus, quò iam reuertemur ad declarandam virtutem scriptoris, horum pars est historica, altera pars præcepta interdictaque; continet, de qua posterius dicemus, vbi prius quod primum est, diligenter tractauerimus. In historica tractatione de mundo condito agitur, deque maiorum genealogiis, hæc genealogiæ partim poenas impiorum, partim præmia iustorum continent. Cur autem hæc memorentur in legum exordio, præceptis interdictisque; dilatis tempus posterius, videtur non prætereundum silentio. Non enim sicut cæteri scriptores, antiquitates præcedas sibi proposuit, ut seruarentur ad posteritatis memoriam, aures auditorum delinituræ voluptate inutili: sed exorsus est à summo initio, videlicet mundi creatione, ut doceret nos duo quædam magnopere necessaria, primum patrem conditorumque mundi, & veruatis legislatorum. quo cognito sequitur ut qui vult viuere iuxta naturæ ordinem, miretur eam in creaturis imiteturque; pro viribus, ne quid à dictis facta discrepent, aut à vita oratio. Cæteri legislatores mox ab initio faciendæ vitæque; præscribunt, & poenas minantur contumacibus, quidam etiam sapientius ut ipsis visum est, non sic exorsu, ciuitatem condiderunt ante omnia, qualē putabant maximè quadraturam ad formam constituendam à se reipub. atque; ita ad leges ferendas versi sunt. At noster hic priorem illum modum censuit herilem ac tyrannicum, quod iussa citra doctrinam non tam ingenue conueniant quam mancipiis: alterum verò modum elegantem quidem, sed non omnino probabilem: proinde neutrum unitari placuit, nam & in præceptis monet hortaturque; magis quàm imper

imperat, adhibitis plerumque; præfatiuiculis & epilogis prout res postulat, docere malens quam cogere & exordiri à ciuitate manu facta humiliter existimauit, quam pro dignitate legum longè optimarum pulcherrimarumque; quarum diuinitatem non deceret in terra includi circumscribique; vllis pomœriis: ideo satius duxit mundi ceu magnæ ciuitatis creationem describere, ut suarum legum formulas è mudana reipub. desumeret, nam si libeat examinare præcepta singula, apparebit omnia conuenire ad amussim cum præscriptis naturæ, quapropter eos qui in summa prosperitatum affluentia, valetudinis, diuitiarum, gloria, cæterorumque; bonorum externorum, deflexerunt à virtutis regula, non coacti sed versuria propria, perniciose vitia complexi tanquam res egregias, ceu hostes non tam hominum quam cæli mundi; totius, poenis narrat afflictos non vulgaribus sed nouis inuitatisque; quibus diuina iustitia magnificè declarauit quanto malos prosequatur odio, nunc aqua, nunc igne sæuiens per interualla temporum, & alios diluuioperdens, alios incendio. Siquidem maria tumētia, fluminesque; aucti, torrentes simul & perennes, ciuitates cunctas in cæpestribus regionibus sitas inundarunt subuerteruntque; in editioribus autem locis habitatas imbres continuati, non interdum, non noctu intermissi, subruerunt funditus, deinde post aliquot crates rursus multiplicato numero hominum, quæ ne maiorum quidam supplicii admonita posteritas sapere didicerat, sed præmissa libidini licentia in deterius proferat, vltimicibus flammis hos deleri decretum est iusto Dei iudicio. Tunc, ut in sacra scriptura legitur, fulmina imbrium in morem de cælo ruentia cœciterauerunt homines impios unam cum eorum urbibus. Extant in hodiernum usque; monumenta cladis illius inerrabilis, ostendunturque; ruinae in Syria mixtae cineri, fumo, sulfuri, labentibus hæc interdum flammis tenuibus, sicut fit in reliquiis incendij. Interea poenas luentibus impiis, bonorum virtuti sua præmia non deerant. In totius regionis conflagratione ardentis unam cum incolis, vnicus inquilinus seruatus est diuina prouidentia, quod abhorret ab indigenarum iniquitatibus, cum alijs inquilini soleant vel suæ securitatis causa non aspernari mores, externos, timētes ne quem offendant probando iustitiam contraria, & tamē non erat is perfecte sapiens, ut eo nomine dignus haberetur tanto præmio, nihilominus profuit ei non consensisse cum vulgo in luxum ac delicias, fouente rerum copia quasvis concupiscētiis, non secus quam si sulfur igni adiceretur, aut fomenta id genus alia. Similiter in illo memorabili diluuiio, cum

penè vniuersi homines interierunt, sola Noë familia proditur euasisse incolumis. quia paterfamiliàs se purū à peccatis voluntariis seruauerat. Id quomodo factū nari ēt sacri libri, operatūrium fuerit indicasse, vel vt moribus profit, vel propter miraculi magnitudinē. Postquā enim iudicatus est dignus qui ereptus è clade publica fieret autor instaurati humani generis, iuxta mandatū diuinum acceptū ex oraculo, fabricauit opus ligneū maximū trecentorum cubitorū longitudine, quinquaginta latitudine, altū triginta cubitos, distinctū cellis continuatis, aliis imis, aliis in secunda, tertia, quartā; contignatione dispositis, paratōq; prius pabulo, ex vnaquaq; animantiū specie terrestriū ac volucriū introduxit marem & fœminā, ne deessent in futurū tempus femina. norat enim Dei clementia, etiam si species perirent, cōseruaturā genera, propter quandā sui similitudinem, & ne quid desideraretur ex diuinis operibus. sic factū est vt nullū animal derectaret obsequium, immanibus etiam bestiis mansuescentibus, & seruatorē suū tanguā pastorē vltro sequētib; quæ postquam se contulerunt intra vnum receptaculū, dici poterat totius terrarū orbis æmulum, nimirum cōriens tot animantium genera, quod in omnibus terris vel tunc inueniebantur vel inuenienda erant in posterū, vix vllō sermone cōprehensibilia, nec fefellit hominem opinio. remisit enim se dirū illud p̄digiū decretere in dies diluuto, cohibitis imbribus, & aquis quæ se nusquam non diffuderant, partim assumptis per solis efficaciam, partim reuerlis in voragines cauernasque terræ alias. nam velut ad vnū numinis omnipotentis edictū, reposcebat recipiebātq; suū vnaquæq; natura debitum, mare, fontes, flumina fluentis in sua loca recurrentibus. ita orbe sublunari purgato postquam noua terra emerfit, qualis olim recens creata fuerat, superstes prodiit è lignea mole cum vxore ac liberis & nurib; vniuersōq; grege tot animantiū quæ ad suorum generum semē cōseruationēmq; reliqua manserant. Hæc sunt bonorū virorū præmia virtuti debita quando non solum ipsi maximis periculis exempti fuerunt turbatis vbiq; elementis omnibus, verum etiam noui generis facti sunt p̄cipes, autorēsq; rediuiui post vniuersalem cladem seculi, velut scintillæ seruatæ ad reparationem generis inter omnes animantes præstantissimi, & imperium terrarum habituri, cunctarūmq; rerum terrestrium: quādoquidem id factum ad exemplar diuinæ potentia, visibilis & creata imago est natura illius sempiternæ atque inuisibilis.

PHIL

PHILONIS IVD AEI, De vita Mosis, liber III.



DVAS IĀ partes vitæ Mosis descripsimus, quæ ad regnū & leges perlatas attinet, superest tertia, in qua dicitur de sacerdotio. In hac functione præcipuè spectari solet pietas, eximia dos viri de quo sermonē institui mus: cuius ille natua femina excepta in indolem felicissimam, philosophiæ studiis & dogmatū eius cōtemplatione diligēter excoluit: nec prius destitit, quàm maturos virtutis fructus perceptos dictis æquè ac factis ostenderet. itaq; id assecutus est, vt inter amicos Dei censeretur, totus correptus rerum amore caelestium: & sicut ipse omnipotentis regis insignis cultor extitit, sic ab ipso honoratus præ cæteris. est autē honor sapienti cōueniēs, colere illū qui verè est, quæ professio habetur sacerdotij, scire quomodo Deus colendus sit: is honor incōparabilis cōtigit ei ex oraculis, vnde ceremonias & omnes ritus religiosè didicit. Primū sicut anima, sic & corpus purificandum erat ab omni cōtagio rerū mortaliū, cibo, potu, & consuetudine cū mulieribus. Verū hoc affectu iam dudū non tangebatur, penè IĀ inde postquā cœpit afflari diuino spiritu, vt semper esset paratus accipiēdis oraculis. nā per quadraginta dies cōtinuos à cibo & potu abstinuit, nimirū alimētis recreatus melioribus, celitus aspirātibus, & primò menti, mox corpori etiā vtilitatē per animā afferentibus, vt & viribus & habitudine proficeret, adeò vt intuētes eū vix oculis suis crederēt. cum em̄ ascēdisset sacrū montē in eo tractu cellissimū, Deo iubēte quod alioqui nemini licuit impunè facere, fertur ibi durasse tot dieb; quot dixi, quāuis nihil secū tulerat quo naturali desiderio satisfaceret: attamē exacto ibi tãto tēpore reuersus ad suos præstolātes ad monis radicē, visus est pulchrior quàm cū ascenderet: adeò vt stupētes miraculo ne obtueri quidē possent eius faciē splendore solari fulgidā. Dum autē in monte moraretur, discēbat cū cæta mysteria sacerdotij, & ante omnia de tēpliuatorūmq; sacramentorum apparatu. Id tēplum iam nunc extruendum fuisset in loco nobilissimo purissimōq; ex materia pretiosi marmoris, ad dicto muro in circuitu & adificiis in vsum sacerdotū, inditōq;

D ij nomi

nomine Hieropoli, si promissam regionē accepissent. Quoniā autē adhuc in deserto errabāt, nullam certā sedem habētibus cōueniebat templū ambulatoriū, vt tam in itinere quā in castris sacra facerent, & nihil ex ceremoniis ommitterēt, haud aliter quā hi qui degunt in ciuitatibus. Placuit igitur tabernaculum erigi, cuius apparatū ex oraculis in monte Moses didicerat, futuri ædificij cōtemplatus ideas incorporeas, ad quarū exēplar intelligibile oportebat designari sensibiles imagines. Decebat enim sacrū apparatū fieri ex veri pontificis arbitrio, vt præsto esset copia rerū aptarū ministeriis sacerdotalib⁹. Sic igitur forma exēplaris impressa est in mentē prophetæ, designata latenter absq; vlla materia figuris inuisibilibus. Opus autē ipsum ad eā formā factū est, artifice ad iā designatā speciē accōmodante cōuenientes materias. id fuit huiusmodi. Quadrageinta octo tabulæ ē selectis cedris excisæ, opertæ sunt aureis lamina, Singulis erant geminæ bases agēteæ, & aureum capitellum superimpositū. Eas tabulas sic disposuit artifex, vt vicinæ continuarentur per latera singula, referētes vnus parietis speciē. In extremo per trāuersā latitudinem octo reliquæ sunt positæ, sex occupantes interuallū medium, duæ verò dextrum & sinistrum angulos. In aditu erant aliæ quatuor, cetera similes, sed simplices bases habebāt pro geminis: post quas extremæ stabant quinque, hoc solo differētes quod basibus sustinebantur ahencis. ita omnibus supputatis quotquot erāt in hoc tabernaculo, absq; illis duabus quæ latebāt in angulis, reliquæ conspicuæ cōficiēbant quinquaginta quinque; numerū perfectissimum crescentē ab vnitāte vsq; denariū. Quod si quis velit illas quinque in vestibulo sitas, & ad atriū pertinentes seiungere, supererit numerus quinquagenarius sanctissimus, vim habēs trianguli rectāgularis (is est omniū rerū creationis principiū) absoluētibus plenitudinē octo tabulis. Siquidem quadraginta cōstant ex vicenis per latera dispositis, quibus accedunt, sex in medio, absq; illis latentibus in angulis; item aduersè quatuor, quibus velum oppanditur. Causam autem cur illas quinque; ceteris quinquaginta nūc annumerem nunc detraham, indicare non pigebit. Quinariū est sensum numerus. Sensus autem in homine aliquando ad externa est pronior, aliquando ad mentem reflectitur, cui à natura minister est additus: ideo his quinque tabulis locus attributus est in confinio. Nam interna earum spectāt adyta tabernaculi, quæ significāt tres intelligibiles

les: externa verò sunt obuersa ad atrium, quo significantur res sensibiles. ideo basibus distinguuntur diuersis ab aliis. sunt enim ahencæ. Quoniam autem in nobis mēs est caput sensuū, sensus verò est velut basis & extremitas, mens auro, sensus æri comparatur, mensuræ autem tabularū hæc prodūtur: decem cubitorū longitudo, latitudo vnus & dimidij, vt tabernaculū æquabile videatur omnibus sui partibus. Pulcherrimis etiā picturatisq; aulæis totū circumdatū fuit, distinctis hyacintho, cocco, bysso, purpura. Decem enim legimus in sacris literis cōtexta ex iam dictis speciebus, singula vigintiocto cubitorū longitudo, quatuor latitudine, vt & perfectissimū haberēt denariū, & quaternionē essentiā denarij, & vigintiocto numerū perfectū, æquale suis partibus, & quadragenariū vitalem, maximè, intra quem aiunt absolui in naturæ officina hominem. Cæterū hi vigintiocto cubiti sic distribuuntur. Decem ad tectū, tanta enim est latitudo tabernaculi, reliqui noueni ad protegenda vtraq; latera, vacante à solo vno cubito, ne humi traheretur textū sacratū pulcherrimum. Cæterū ē quadraginta cubitis qui cōficiuntur ex decem aulæorū latitudine, triginta occupant totam quanta est longitudinem tabernaculi, nouē postremū parietem: quod superest ad vestibulum extenditur, vt sit pro totius septi vinculo. At in vestibulo velum est. Sunt autem & aulæa vela, non solum quia velant tectum & parietes, verū etiam quia ex eisdem contexta sunt speciebus, hyacintho, cocco, bysso, purpura, quæ fuit & veli materia, Fuit & aliud velum inter quatuor tabulas, quo intercludebatur adytum. Exterius verò fuit oppansum quinque; aliis, ne quis profanus posset sacra introspicere. Ad hanc texturam electa est materia omnibus cæteris visa præstātor, elementis mundi par numero, habēs etiā cū eis quandā similitudinē, videlicet cū terra, aqua, igne, & aëre. Nam byssus ē terra, purpura ex aqua prouenit, aërem hyacinthus refert colore, nigricantem naturaliter: sicut coccus igni est similis, & vterq; rubeat. Nam necesse erat, vt qui templū manufactū patri omnipotenti condere instituerant, sumerent aliquid essentiis simile, ex quibus mundus est conditus. sic igitur tabernaculū ad templi modum fuit adornatum. Ei circumdatum fuit atrium centum cubitorum longitudo, quinquaginta latitudine, in circuitu habens columnas distantes quinque cubitis, in vniuersum sexaginta quadragenas ab vtroq; latere, octonas item vtrinque per atriij latitudinem. Harum quoque materia fuit intus cedrina tecta la-

minis argenteis, bases omnium æreæ, ipsarum altitudo quinque cubitalis. Hoc enim decorum iudicauit opifex, dimidio contractiorem esse altitudinē atrij, vt tabernaculum duplo altius esset in conspectu. Nam tenues telæ per longum latumque pēdebant prætentæ intercolumnis, lintra minibus similes, ne quis impurus penetraret intra illud spatium. De cætero situs fuit huiusmodi. Medium stabat tabernaculum, longum triginta cubitos latum decem, quantum occupabāt tabulæ. Distabat æquali spatio à tribus septi partibus, videlicet à lateribus, & à tergo. id spatium erat viginti cubitorum. Quod verò circa vestibulum erat reliquum, quo capacius esset sacrificiorum, amplius patebat per integros quinquaginta cubitos. Sic enim explebatur atrium centenarium, ad spatium postremum viginti cubitorum accedente longitudine ipsius tabernaculi, quandoquidem triginta viginti cubitis appositi quinquaginta faciunt, totidem aliis patentibus in primo aditu. nam vestibulum velut confinium erat gemini quinquagenarij, tam orientalis qua dabatur introitus, quam occidentalis, in quo tabernaculi longitudo continebatur & septi postrema pars. Erat & aliud vestibulum pulchrum magnamque in aditu ipsius atrij, quatuor columnis ornatum, & suo velo picturato prætensum, simili velo tabernaculi, & ex eadem contexto materia. Tunc & sacra vasa fabricata fuerunt, arca, candelabrum, mensa, altaria duo, in quo suffitus ex odoramentis fieret, & in quo adolerentur victimæ. hoc situm fuit in atrio, ex aduerso vestibuli tabernaculi, tantum inde semotum, quantum spatij satis esset ministris sacrorum ad obeunda quotidiana sacrificia. Arca verò intra vela posita est in adyto, intus & foris munita crassis laminis aureis, operculo superimposito, quod in sacris literis dicitur propitiatorium. eius operculi proditur longitudo latitudoque, altitudo non item, vt simile sit superficiei geometricæ: cuius interpretatio si ad naturam applicetur, intelligi potest propitia Dei potestas. sin ad mores referatur, significabit mentem sibi ipsi propitiam, quæ concepto amore modestiæ purgare se sciat, compescatque brutam elatam & inflatam arrogantiam. hæc arca vas est destinatum legibus. in hanc enim præcepta receduntur accepta distante ipso cælesti numine. nam operculum arce quod vocatur propitiatorium, basis est duarum imaginum volucrum, quæ sermone vernaculo nominantur cherubim, hoc est multa scientia. per has quidam aiunt significari vtriusque orbis hemisphærii, quod opponantur subterraneis quæ supra

terras

terras eminent. nam totum cælum est volucre. ipse per has figuras intelligo duas antiquissimas supremasque eius. Qui est potestas, altera conditricem, reatricem alteram, quarum illa Deus nominatur, per quam totum mundum ornauit & condidit: regia verò dominus, per quam creaturas regit pro imperio, & iure optimo certissimoque temperat. solus enim ille qui verè est & conditor rerum indubitate creditur, quibus cum nullæ essent dedit essentiam: & rex suapte natura, quando in creaturas nullis magis quam creatori debetur imperium. cæterum in confinio quatuor & quinque tabularum, quod proprie dici potest templi vestibulum, velo exteriore interiorisque inclusum, ex prædictis tria vasa fuerunt posita: medium altare odoramentorum, per quod significatur debita pro terrenis aquaticisque rebus gratiarum actio. nam hæc elementa mediam mundi regionem obrinent. ac candelabrum austrum versus, subindicans motum siderum luminarium. nam sol lunæque cum cæteris longe à septentrionalibus partibus deflectentes, magis obuersentur australibus. hinc factum est vt terni rami producti sint ex medij candelabri vtroque latere, ad numerum septenarium. in summitatibus eminebant septem lucernæ figuræ planetarum, vt vocant physici. sol enim tanquam lucerna inter illos sex medius lucet, quartus à summo pariter ac infimo, temperans musicum illud & verè diuinum organum. Versus septentriones autem mensa, & in hac panes cum sale: quoniam septentrionales venti vegetant maximè, & quia è cælo terraque alimenta proueniunt, altero plente, altera semen pluuiis rigatum ad maturam frugem perducere. & erant in proximo figuræ cæli terræque, sicut ostendimus, cæli candelabrum, rerum verò terrestrium vnde vapores prodeunt, illud quod ex re appellatur thymiaterium. nam alterum altare subdiuiale solet scriptura vocare thysiastrum à victimis, quasi *θηρτικὸν θυσιῶν*, qua voce subindicatur non absumi victimas, voluntate inquam offerentium, non membra pecoris quæ ignis deuorat. nam si quis prauus & iniustus offerat, eius non litant victimæ, sacrificia profana sunt, vota ominosa, perniciem afferentia. non obolent enim peccata, sed in memoriã reuocant. quod si pius iustusque offerat, ratum manet sacrificium, etiam si carnes absumptæ fuerint, imò etiam si nulla mactetur hostia. nullum enim potest esse verius sacrificium, quam animæ Deo charæ pietas. huius enim gratitudo immortalis fit, relata in Dei tabulas, in sempiternum cum sole

D iij luna

luna mundūq; duratura. Post hæc sacrā vestem adornavit artifex in vsum futuri pontificis, pulcherrimā & mirificis texturis multiplicem. hæc cōstabat è tunica & epomide, sicut scriptura nominat. tunica fuit simplicior, tota hyacinthina præter imā fimbriam, distinctā dependentibus floribus malisq; puniceis aureis & tintinabilis. at epomis opus speciosissimū arte summa confectū erat ex prædictis generibus, hyacintho, cocco, bysso, purpura, auro quoq; intertextū. nam bractæ cōcisæ in capillamēta tenuissima intertextebātur omnibus staminibus. in summis humeris inserti erāt duo smaragdi preciosissimi, inscripti fenis vtrinq; phylarchorū nominibus, in vniuersum duodecim, in pectore quoq; aliæ gēmx spectabātur fulgentes variis coloribus, similes signaculis, ternę quadruplici ordine. hæ fuerūt insertæ rationali quod vocāt: id erat quadrangulū duplicatū, probasi destinatū ferēdis duabus virtutibus, reuelationi veritatēq; pendebat autē aureis catenulis ex epomide, astrictū ad eam ne laxum flueret. adhæc lamina aurea quasi corona insculpta erat quatuor literis nominis illius, q̄ solis aures linguamq; sapiētia purgatis fas est audire nominarēq; in sacris, præterea nemini, id theologi aiūt esse tetragrammaton, fortasse q̄ significet primos numeros, vnū, duo, tria, quatuor. quaternioni em̄ insunt omnia, punctū, linea, superficies, soliditas, mēsuræ vniuersorū & musicæ symphonix potissimè, diatessaron ratione super tertia, diapente sesquialtera, diapasōn dupla, disdiapasōn quadrupla. **Quin** & alias ineffabiles virtutes habet quaternari⁹, quarū plerasq; diligēter perscrutati sumus in tractu de numeris. eam laminā mitra sustinebat ne caput attingeret. superimposita erat & cidaris, quo insigni reges oriētis malunt vti quā diademate. Hic fuit amictus pōtificis: quid autē sibi velit & integer & partes eius, ne id quidē videtur prætereundū silentio. Totus enim rotius mūdi quædā imago fuit, partes verò singularū partiū. incipiamus à talari tunica. hæc tota est hyacinthina, ad exprimendam figurā aëris. natura enim aer nigricat, & quodāmodo talaris est, à lunari orbe protēsus vsq; terræ terminos. Vnde etiā tunica à pectore vsq; pedes per totum corpus diffunditur. circa talos habet flores, mala punica & tintinabula. Flores terrā significāt, in qua florēt & germinat omnia. Mala punica aquā, *ῥοιαι*, dictæ à fluēdo iuxta Græcam etymologiam, tintinabula verò horum elementorū concentū & congruentiam. Nam nec terra sine aqua nec aqua sine terra generationi sufficit, sed amborum

coitus

coitus & temperatio. Huic interpretamentō locus ipse attestatur. Sicut enim in imā talaris tucicæ fimbria mala punica flores & tintinabula sunt, sic horum significata infimā mūdi regionem fortita sunt, aqua terrāq; & sic consonādo cum vniuersitatis harmonia, vires suas exerūt stans temporum curriculis. itaq; triū elementorū ex quibus & in quibus sunt omnia mortalia corruptibilisq; genera, aëris, aquæ, terræ, figura est stola ista cū suis appendicibus. nā sicut hæc vna, ita tria dicta elementa vnius idæe sunt, quandoquidē sub luna sita sunt, & mutationes recipiūt. & sicut ab hac, pendēt flores ac mala punica, sic ab aëre quodāmodo suspendūtur aqua terrāq;, quādoquidē continentur ab eo. at epomida cæli figurā esse certis cōiecturis colligitur, primū è duobus smaragdis rotūdis humeralibus, quos quidā existimāt typos solis lunæq;, alterius diurni, alterius nocturni sideris. sed propius ad veritatē accedit, per hos designari duo hemisphæria. sunt enim sicut hæc gēmx ambo inter se paria, neutro crescēte decrescētēve secus quā in luna videtur. attestatur & color: smaragdo em̄ aspectus totius cæli est similis. vnde factū est vt gēma vtraq; sculperetur sex nominibus: quia vtrūq; hemisphærium, diuiso signifero circulo, sex signa cōpletur. præterea in pectore xij. gēmx discolorēs, ternæ distributæ in quatuor ordines. quid aliud subindicāt quā ipsam signiferum circulū: nā & hic in quarto partes è ternis signis cōstantes diuiditur, atq; ita horas anni cōficit, ver, æstatē, autumnū, h yemem, mutationes quatuor, quarū singulas tria signa determinant, sole illustratæ hæc omnia iuxta certam, immotam verēq; diuinam rationem numeri. Quapropter hæc gēmx dicto rationali sunt insertæ. constat enim sua ratio mutationibus anni ordinariis: & quod mireris, tempestiuus variationibus declaratur harum rerū sempiternitas nec abhorret ab hac significatione varietas colorum in gemmis, ita vt nullus ex his sit alteri similis. Nam & circuli signa situm quodq; colorem efficiunt in terris, aquis & aere horūmq; accidentibus, atq; etiā in animalium stirpiūmq; generibus omnibus. Quod autē rationale duplicatur, causam habet hæc. Duplex est ratio, altera in mundo, altera in natura hominis. In mundo illa incorporearū exemplariūmq; idearum ratio, itēmq; rerum visibilium, quæ sunt idearū imagines, & mundum hunc sensibilem cōficiunt. In homine autem ratio est intrinseca & platiua, quæ aliter dicitur oratio, illa ceu fons, hæc ceu riuus inde præmanās. illius sedes est mens, huius

D v lingu

lingua & os, instrumētāq; vocis cætera. Voluit autem rationale illud quadrangulum esse artifex, pulchrè subindicās, oportere rationem tum naturæ tum hominis incōcussam esse ac solidam: quapropter ei duas supra dictas virtutes attribuit, reuelationem atq; veritatē. nā & naturæ ratio vera est reuelatoriāq; omniū, & ea quæ in sapiēte est imago illius alterius, debet esse verissima, & nihil cælare præ invidia, quod quidem cognitu sit vtile. Quin & vniuscuiusq; nostrū tum oratio tū ratio his duabus ornanda est propriis virtutibus, declaratione oratio, veritate interna ratio. decet enim mentem nullū mendaciū admittere, orationem autem expedite veritatem proferre, declarareq;. Nulla tamen est sermonis vtilitas, si ab hoc discrepēt opera. Et hoc est cur rationale pendet ab epomide & humeris, ne laxum fluat, quod à dictis seiungi facta iniquū sit. Nam per humerum significatur operatio. Hæc sunt quæ sub sacerdotali veste latent ænigmata. Cidarīs autē pro diademate imponitur capiti, quia quantisper sacerdos honore suo fungitur & ministerio, non solum priuatis hominibus est eminentior, verūm etiā cunctis regibus. Huic præfigitur aurea lamina insignita quatuor literis, per quas Entis nomē aiunt indicari, quandoquidē nihil potest absq; inuocatione Dei subsistere. nā huius bonitate fanēte, integritate sua fruuntur omnia. In hunc modū ornatus pontifex ad sacra mittitur, vt quoties ritu patrio vota facturus est pro populo, totū mundū secum introducat sub figuris quas gestat, aërem in stola, aquam in malis punicis, terrā in floribus, ignē in cocco, cælū in epomide duobusq; smaragdīs referentibus totidem hemisphæria sculptura senorum signorū, itē in rationali pectus ornante quatuor ternarū gemmarū ordinibus, quod rationis cuncta dispensantis representat speciem. Necessarium enim erat, vt sacerdos supplicaturus patri omnipotenti, aduocaturū adhiberet perfectissimū eius filium, ad impetrandameratorum veniam, & vberem in posterum gratiam. Fieri tamen potest, vt sic quoq; doceatur Dei cultor. si non cōditore mundi, saltem mundo ipso conari se dignū facere, cuius induitur imagine: videlicet gestaminibus illum figurantibus admonitus, vt quodam modo ex homine in naturam mundi transeat, & si fas est dicere (fas est autē cūm verum sit) paruus mundus fiat. Cæterū extra vestibulum in primo aditu labrū erat aheneum, non ex rudi materia, vt ferè fit, fabrefactū ab opifice, sed ex vasis iam antè expolitis in vsum tamen aliū, quæ mulieres mira animi

animi alacritate certatim benignēq; contulerant, ne viris hac parte viderētur cedere, æmulatione lōgè honestissima, qua dabant operam ne illis inferiores iudicarentur in pietatis sanctitatisq; studio. Specula enim ad quæ formam curare solitæ fuerant, sponte nemine iubente Deo dicauerant, ceu primitias conjugalis pudicitia pulchritudinēq; animæ decentissimas. Hæc ad se delata opifex in vnā massam cōfudit, ratus nihil inde apertius posse confieri, quàm labrum ex quo se lustrarēt sacerdotes templū ingressuri ad obeunda sua ministeria præsertim pedes manūsque lauando, in signū vitæ inculpatæ, victūsque puri parati bonis rationibus, non per illam asperam inuiāmque viam vitiorum, sed per regiam stratam munitāmque virtutibus, & directissimam. Quasi diceret, Meminerit quisquis hinc se asperget, huius vasis materiam fuisse specula, vt ipse quoque tanquā in speculo contempletur mentem propriam: & si quid in ea viderit turpitudinis, aut brutorum affectuum, aut voluptatis præternaturæ leges efferuescentis, aut contrā mœstitiæ plus æquo se deficientis, aut merus declinantis à recto itinere, aut concupiscentiæ nitentis in veritum, id maturè curare studeat, & germanæ syceræque pulchritudinē rationem habeat. Nam quæ in corpore laudatur, sita tum in membris bene dimensis pro sua cuiusque portione, tum in colore decenti & habitudine, breui momento durat. At altera illa mēti propria, quæ cōstat opinionum virtutumque concentu, nō languescit vllō tempore, sed iuuenescit indies, colore veritatis tincta decētissimo, dictis cum factis cōsentientibus, & à neutris discrepāte consilio. Postquam autem propheta exemplar sacri tabernaculi didicit, idq; homines ingeniosos & ad præscripta exequēda idoneos perdocuit, quomodo singula oporteat affabrè fieri: reliquum erat vt sacerdotes optaret, docerētque quo ritu quibusve hostis res diuina faciēda sit. Itaq; fratri ex omnibus optimatibus selecto pontificatus honorem tribuit eximium: filios illius cōstituit sacerdotes, nō cognationis priuilegio, sed pietatis sanctitatisq; quas in his viris animaduertat. Eius rei manifesta fides est, quod neutri filio dignitatem hanc contulit, vtrunq; electurus, si propinquitatis rationē habuisset. Hos instruit de cōmuni totius gentis sentētia, iubēte oraculo, more nouo & memorabili. Ante omnia fōtanis aquis limpidissimis & vitæ utilissimis eos abluit: deinde sacris vestib' induit, fratrem talari & epomide, ceu thorace referēte mūdi imaginē: fratris filios tunicis linteis & zonis ac subligari

subligaribus: illis ut expediret perageret sacra ministeria, astrictis tunicarum sinibus: his, ne quid quod pudor cæleri postulat, oculos circumstantium offenderet, præsertim dum ascendunt ad altere aut descendunt, omniâq; properè ac celeriter faciunt. Nisi enim tam accuratè præscriptus fuisset totus vestitus sacerdotalis propter incertos casus futuri temporis, quos præcaueri oportuit, non potuisset fieri in tanta celeritate ministerij, quin nudarentur aliquando, sacerdotibus decorum inter sacra seruire non valentibus. Ut verò instruxit eos sacratis vestibus, sumpsit unguentum suaueolentissimū, confectum arte unguetaria: quo primū subdialia vasa, altare labrumq; perunxit aspersa septies: deinde tabernaculum & sacra vasa singula, arcam, candelabrum, thymiaterium, mensam, calices, phialas, ceteraq; sacrificijs deseruientia. Postremo adductū pontificem inunxit profuso largiter in caput eius sacro unguine. His ritè peractis iubet adduci vitulū & duos arietes. Vitulū ut offerret in remissionem peccatorum, subindicans cuius nato, etiam bono, vel ob hoc ipsum, quod natus sit, cognatum esse peccatum: propterea placandū esse Deū precibus & victimis, ne iratus sæuiat. Arietū autem alterum qui adoleretur solidus auctori rerum omnium, cuius benignitate pro se quisque fruitur elementis omnibus, terra ad alimentum & domicilium, aqua in potum, lauacra nauigationemq;, aëre ad respirationem effectusq; sensuum (nam horum instrumentū aër est) & ad horas annuas: igne quotidiano quidem ad cibos coquendos & calefactionē, cælesti verò ad lucem & res visibiles. alterum autem arietem mactauit ad absolutam eorū qui sacrabantur purificationem, quem aptè consecrationis cognominauit, quod per hoc sacrificiū initiarentur sacerdotes Dei maximi optimi. eius sanguinis partem circum altare profudit, partem excepit phiala, eoque tinxit tria mēbra initiatorum, auriculam extremā, manum extremā, pedem extremum, hæc omnia dextera, significās virum perfectū debere parum esse sermone, opere, tota vita, deniq;, sermonē enim auditus iudicat: manus significat opera, pes totius vite transitū. quoniā autē hæc singula extrema sunt & dextera, intelligēdū est in his singulis requiri profectū, & cupiditatē extremæ felicitatis & ultimæ, ad quam ceu ad scopū omnes vitæ actiones referēde sunt. Primum igitur vnus victimæ quæ consecrationis appellatur, sanguine sincero has partes sacerdotū inunxit. deinde sumpsit ex eo quod circum altare profusum fuerat vel ex unguento vel è victimis

victimis omnibus, eoque permixto sacerdotes asperfit, volēs eos non solū externæ subdualisq; sanctitatis fieri participes, verū etiā internæ, quandoquidē sacra facturi erāt in adytis, in quibus omnia peruncta sacro unguento fuerāt. Deinde aliis quoque cæcis victimis, tum pro sacerdotibus ipsis, tum pro senatu ac gente vniuersa, Moyses fratrem introduxit in tabernaculum. erat is dies octauus à consecratione, huius festi ultim⁹: superiores enim vii. fratri filiisq; eius initiandis dati fuerāt. Tum verò in loco sacro ut bonus præceptor docilē discipulū ritus pontificios edocuit post hæc ambo egressi protēsis ad cælū manibus, vota pro gente fecerunt, qualia proficisci par erat à mente sanctissima. quibus nondū peractis accidit insigne prodigiū. nā ex adytis, siue ætheris pars purissimi, siue aër naturaliter in ignē mutatus, emicuit, ut repente flamma prorūpens rectā ferretur in altare, & quicquid superimpositū fuerat absumeret, opinor in argumentū manifestissimū præsentis diuinæ providentiæ. Decuit enim eximiū donū conferri sacrariis, non qualia sunt materiæ tractabiles hominibus, sed ignis essentiæ purissime, ne iste qui in nostro vsu est altare attingeret, quo iam innumeræ sordes cōtactæ fuerāt. Admouetur enim non solū brutis animalibus, dū coquuntur ad satietatem ventris miseri, verū etiam ad necandos ex insidiis homines, non tres quatuorve, sed interdum magnum numerū. Nā & classes integræ cum sociis naualibus incensæ sunt telis ignitis, & vrbes eadē arte petitæ conflagrarunt subfederuntq; in cineres, ut ne vestigium quidem habitationis superfuerit. Hanc opinor ob causam ignis iste qui in vulgari vsu est tanquā cōtaminatus ablegat⁹ fuit ab altari sanctissimo, & pro eo demissus cælestis ex æthere, ut esset discriminē inter sancta profanāq;, & inter humana diuināq;. Cōueniebat em̄ sacrificijs attribui naturā ignis incorruptiorē quàm hæc quæ seruit quotidianis vsibus. Cū autem necesse esset per singulos dies, præsertim festos iterari sacrificia multiplicariq; propter multas variāsque causas tum priuatas tum publicas, utpote in gente non minus religiosa quàm populosa opus fuit etiā ædituorum multitudine ad sacra ministeria. Horū quoq; mira & inusitata fuit electio. Vnam è duodecim tribubus præstantissimā delegit addito religioni præmio. Id ita gestum est. Cū Moyses ascendisset montem proximū, ibiq; aliquot diebus colloqueretur cum Deo sine arbitris, quidam incōstantes tanquam orbati principe, absentiam eius verterūt in impietatis occasionem: oblitique

oblitiq; Dei veri, cœperunt æmulari signa Aegyptia, facto iuueno aureo ad imitationē animalis eius regionis sacratissimi: cui profana sacra faciebant, & choreas agebant in cōditas, hymnos cōcinendo lamentis similes, & expleti mero cōgeminarunt temulentia, vino pariter furentes ac infania, pernōctando in comestationibus, oblectandōq; se factis pessimis, ignari ultionis imminētis quam prouocabāt sua malitia, & excacati suis affectibus. Vbi verò clamores castrenses vt in turba cebritatēq; longē latēq; audiebatur, adeo vt ad montis cacumen peruenirēt, percussus aures Moses habebat vt amator Dei simul & hominū, nec discedere sustinens à diuino colloquio quo priuatim honoratus fuerat, nec despicere plebē miserē tumultuātem per principis absentiam. sentiebat enim tumultū, vocibus cōfusis & inarticulatis indicatibus perturbationes animi, praesertim sagaci prudētīq; homini, facillē intelligētī hāc esse debacchationem publicam per vinolentiam non abstinētium ab iniuriis. itaq; diu huc illūq; incertus distrahebatur. sed oraculum dubitationem exemit his verbis: I descēde celeriter, populus ad impietatem prolapsus est, iuuenū manu factum adorās pro numine & victimas ei sacrificās oblitus omnīū quæ hactenus vel vidit vel audiuit, & totius pietatis atq; religionis acceptē à maioribus. ille stupefactus cum nō posset nō credere oraculo, tūquā sequester & arbiter, nō statim resiliit, sed prius deprecabatur pro populo suppliciter orans peccati veniā: deinde placato rege omnipotente reuertebatur mixta gaudio mœstitia. Gaudebat enim Deū non repulisse suā supplicationem, cōtristatus autem fuerat. q̄ iniquissimē ferret patrias leges derelictas à populo. Vbi verò castra introgressus vidit repentē mutatos, ritus & signa recepta pro veritate, nō omnes tamē infectos eius mali cōtagio, sed superelē quosdam sanos quibus talia displiceāt, volēs discernere incorruptos ab insanabilib⁹, & videre num qui reuertātur ad pœnitentiam, per praconem populum monuit edicto, cuius indicio tum pios tū impios manifestē cognosceret. Verba edicti fuerūt hęc: Si quis est domini, veniat ad me: breuia sanē, sed magnam vim cōtinentia perinde ac si diceret: Si quis nihil manufactum, nihil creatum habet pro Deo, sed vnum rerum dominum, ad me veniat. Itaque alij qui Aegyptiacum typhum prætulerant, edictum contempserūt. Alij fortasse metu pœnæ nō ausi sunt propius accedere, siue Mosen timentes, siue seditionē populi. Solet enim vulgus

facere

facere in dissentientes à sua dementia. Sola ex omnibus Leuitica tribus audito pracone tanquam ex composito accurrat properē, pedum celeritate indicans alacritatem animi, & quanto affectu pietatem coleret. Quos vbi vidit Moses certatim ad se concurrere: Statim apparebit, inquit, num eadem animis insit alacritas, quæ corporib⁹. Sumite gladios, cadite mille supplicia meritos, qui vero Deo relicto falsos sibi fecerunt, indito corruptilibus creatisq; essētis incorruptibilis illius increatūq; nomine: nō cognatis nō amicis parcite, amicitia ac cognationem estimādo sanctitate proborum hominum. Vix ea dixerat, cum illi exasperati & insensū sceleri iam inde à principio ruentes in eadem interemerunt ad tria milia virorum coniunctissimē iūtea. Quorum cadauera medio foro iacentia plebs videns indoluit, simūlq; metuēs vlticem iram adhuc feruidam, statim, respuit. Tum Moses publicē laudata horum fortitudine, honorem eis decreuit perpetuum, conuenientem facinori præclarissimo. Decebat enim, vt qui in honorem Dei vltro arma sumpserant, & impios momento debellauerant, præmium acciperent ipsius cultum ac ceremonias. Quoniam autem non vnus ordo est sacratorum hominum, sed alij tractant preces, victimas, sacrificāq; cætera, & vsq; adyta procedunt, aliis nihil horum permittitur, tantum noctu interdūque curant templum & custodiunt eius sacram suppellectilē, quos nonnulli vocāt adituos: quæ sæpe aliās multarum calamitatū causa fuit de primatu cōtentio, hic quoq; inualuit, adituus in sacerdotes conspirantibus, & illorum dignitatem sibi vsurpare conantibus: id quod facillē successurum sperabant, cum ipsi in tantum superarēt eos numero, & ne viderētur priuatæ seruire cupiditati, antiquissimā è XII. tribubus in partes suas pertraxerūt, quā multi familiares sequebantur, vt habentem prærogatiuam generis. Sensit Moses hanc cōspirationem cōtra se rēdere, quia fratri pontificē oraculi iussu designauerat. id factū non caruit calūnia, quā prætextu oraculi pl⁹ valuisset domestica gratia quā utilitas publica: quod, vt erat, visum est indignissimum, non solum in dubiū reuocari fidem approbatam tot caelestib⁹ prodigiis, verū & de religione ambigi, quæ fucatis etiam hominibus solet veritatis cōfessionem exprimere. Veritas enim à Deo non seiūgitur. proinde superuacaneum ratus eos proluxa oratione beneficiorū acceptorum commonefacere, quos iam aduersariorum criminationibus præoccupatos animaduertat: Deum exorauit vt euidenti

signo

signo declararet, synceram incorruptamque; fuisse electionem pontificis: ille iussit eum xj. virgas, pares tribuum numero, inscribere nominibus philarcorum vndecim, duodecimamque; pontificis fratris sui nomine, deinde inferre adytis. fecit iussa vates intentus in exitum. postera die monitus oraculo, in praesentia totius populi, deprorsit virgas, ceteras nil mutatas, eam autem quam nomine pontificis inscripserat, ostento nouo conspicuam. nam haec mirifice tota quanta erat, frondes fructusque; protulit: erat autem nux diuersa natura ab aliis fructibus. nam in plerisque; vt vna, oliua, malis, aliud est semen, aliud in quo vescimur, quae discernuntur locis etiam. externa pars vesca est, semen intus includitur. in nuce semine ipsum estur, & vtrumque; in vnam speciem confusum vno loco intimo clauditur, munito duplici tegmine, crasso primum putamine, dein ligneo cortice, vt apte per hanc figuram perfecta virtus possit intelligi: sicut enim in nuce idem est finis & principium, in quantum semen initium, in quantum fructus finis, sic & in virtutibus. Vna quaeque; & finis est & principium, principium quia non aliunde quam ex seipsa oritur: finis quia vitam dedit ad eam naturaliter. praeter hanc causam affertur alia manifestior: Nucis extremum putamen est amarum, ligneus cortex interior est austerus & solidus: quo fit vt fructus non sit in promptu clausus vtroque; munimine, hac figura docetur anima exercens se in virtutis stadio, esse opus laboribus. Labor autem durus & difficilis: vnde felicitas prouenit: quapropter perdurandum est. Nam qui fugit laborem, fugit felicitatem: diuerso qui fortiter patienterque; difficultates tolerat, ad beatitudinem properat. Nam fieri non potest, vt homo delicatus & effeminatus animo, corpore quoque; labefactato quotidianis voluptatibus, virtuti domicilium praebat. Cui nisi contingat pro dignitate tractatio, primum deauntiat se migraturam ad illum summum rectarum rationum principem: mox si nihil proficit, confert se quod trahitur suo prope desiderio. Imo si verum fatendum est, sacer ille virtutum chorus, prudentiae, temperantiae, fortitudinis, iustitiaeque; vltro sibi quaerit quos exerceat, praesertim eos qui tetricam duramque; vitam complectuntur, coniunctam cum patientia continentiamque; simplicitate frugalitatemque; contentam: quibus artibus pars nostri praecipua, scilicet ratio, sanitatem tuetur bonamque; habitudinem, superatis molestis obicibus corporeis: quales sunt, temulentiae, cupidiarum ligurationes, libidines, & id genus cupiditates insatiabiles, tantum solertiae detrahentes quantum addunt carnibus.

fertur

fertur etiam è vernis arboribus prima florere amygdalus prouentum arboreorum fructuum praenuntias, & postrema omnium amittere folia, astatem ferens diutissimè saluo virore frondium, vtroque; modo figuram sacerdotalis tribus referens, subindicansque; hanc primam & vltimam vigere in humano genere, duraturam donec visum fuerit Deo nostrum genus reuocare ad vernam renascentiam, sublata infidiosa cupiditate, fonte malorum omnium. Quoniam igitur diximus, oportere absoluto principi adesse quatuor res, regnum, legum ferendarum facultatem, sacerdotium, prophetiamque; vt tanquam legislator veret ac iubeat, tanquam sacerdos non solum humana, sed & diuina administret negotia, tanquam propheta quicquid intellectu non percipit discat ex oraculis: iamque; de tribus primis disseruimus, & ostendimus Moysen fuisse optimum regem, legislatorem, pontificem: nunc postremam aggredior, declaraturus eum fuisse & prophetam probatissimum. Nec ignoro pondus oraculorum habere quicquid scriptum est in eius voluminibus, recensebo tamen magis propria, vbi prius distinxero, quaedam oracula ex persona Dei proferri per diuinum interpretem, quaedam esse responsa scitanti reddita, quaedam pronuntiarum ex persona Moysi afflati numine. Quae primi generis sunt, tota praese ferunt virtutes Dei, clementiam & beneficentiam, per quas omnes homines ad honestatem instruit, praecipue vero cultores suos quibus ad felicitatem viam aperit. Secundum genus mixtum est è verbis rogantis prophetae & respondentis numinis. Tertium legislatoris est proprium, donati a Deo vi praesagiedi praedicendique futura. Primi generis seponuntur nunc, cum sint maiora quam vt satis laudari queant ab homine, quorum laudi vix tota natura sufficiat, & alioquin efferuntur per interpretem. differunt autem inter se prophetia & interpretatio. De secundo mox conabor dicere, subiuncturus & tertium, in quo apparet vatis diuinitas, propter quam proprie propheta nuncupatur. incipiemus autem promissa representare hoc modo. In quatuor locis leges feruntur per rogationem responsionemque; mixte ex verbis afflati prophetae Deum consulentis, & responso ipsius patris caelestis. Primum quando non solum Moysen omnium sanctissimum & amatissimum Dei, verum etiam quemvis medio criterium exasperare potuit quidam è dissimili genere natus hybrida, patre Aegyptio, matre Iudaea, qui fastidito ritu materno declinavit ad impietatem Aegyptiacam, contemptor caelestis numinis. Soli enim propemodum ex omnibus gentibus Aegy-

E

pij

prij caelo terram opposuerunt æmulam, hanc diuinis colentes honoribus, illud nulla veneratione dignitati eximia, quasi regni extremitas præferenda esset regia. Nam in mundo cælum est regia sacratissima, terra verò extremitas regni, per se ipsam quidem non contemnenda, sed tamen haud conferenda cum æthere, à quo tantum à tergo relinquitur, quantum tenebræ à lumine, nox à die, corruptio ab incorruptibilitate, mortalis à numine. nam quia non compluitur eorum regio sicut alia, solita quotannis inundari à resagnate flumine, opinione sua Nilum consecrant Aegyptij, vt cæli æmulum, & regionem suam magnopere prædicant. proinde ille promiscui generis homo, dux rixatur cum quodam ex sacerdotali doctōq; genere, impotēter iratus, & agitated impietate Aegyptiaca, à terra in cælū extendit cōtumaciam, execrabili scelestā pollutāq; tum anima tum lingua vocēq; ausus miserimus eum execrari, quem ne honoris quidē gratia fas est nominari ab omnibus, sed à solis optimis & purificatis hominibus. Quapropter miratus amentiam perditā & immanem audaciam, quāuis efferuescēte generosa indignatione cuperet manu sua scelestū cōficere, tamē veritus est ne is ad hūc modū leuiore quā pro merito defungeretur supplicio, parem enim tāræ impietati pœnam homo inuenire non potuisset. cū enim cōtempitor Dei nec parētes veneretur nec patriam, nec benemeritos, hic nō contentus neglexisse religionem, & vsq; ad execrationem prorumpēs. nihil sibi ad summam impietate fecit reliquū. nam maledictū præ execratione crimen est leuius. Verūm linguæ morbus & effrene os cū ministrant nefariæ demētiæ, proculdubio prodigiosum aliquod scelus perpetrāt. o homo, execratur Deū aliquis? quē igitur alium Deum ad execrationē inuocat? nōne hūc ipsum cōtra ipsam? apage istas profanas cogitationes & sacrilegas. purgetur anima misera tali voce cōtaminata, in quā auditu sensu caeco impedit. fieri ne potuit, vt lingua ad tam impiam vocē prolata nō sit tacta paralyti, ac ne aures quidē audituri obruratae sint, nisi fortē vltioni prospectū est & iustitiæ, quod ad exēpla vitæ pertineat non cælari quicquid insigniter præeminet & in beneficis & in maleficiis, vt alteri præmiū contingat alteri supplicium. ideo propheta iussit hunc vinctū seruari in carcere: ipse Deum supplex orauit daret veniam oculis auribusq; nō sponte pollutis visu auditūq; nefario: simulq; rogauit quid oportuit pati inuentorem sceleris nefandi & inauditi ad eam diem. Ille iussit eum

eum lapidari, ideo sicut opinor saxi plectendum pronuntians quod animam haberet duram & saxeam, vtq; manibus totius gentis vltionis audax sumeretur supplicium. Nec enim poterant aliter quā eminus ferire tot milia. post exactas pœnas à nefario capite. noua lex scripta est & tūc primūm relata in tabulas, vt ferē nouis morbis quærūtur noua remedia, verba legis sunt hæc. Quisquis execratus fuerit Deum, peccato obnoxius esto. Quisquis autem nominauerit nomen domini, capitalis esto. o dictum bene vir sapientissimē. solus merā hausisti sapientiam. nominare grauius credidisti quā execrari. Nō enim extenuares crimen grauisimum, tractans id clementius. Itaq; videtur nunc Deum non illum primum & ingenitum mundi conditorem dicere, sed eos qui oppidatim colebantur. Nam hi quoque sic vocantur falso nomine, cū sint pictorum fictorūque opera suas artes ostendantium, signorum enim statuarūque huiusmodi plenus fuit totus orbis habitabilis: à quibus abstinere oportet maledictionem, ne quis Mosis discipulus asuescat vllō modo appellationem Dei contemnere. semper enim amabilis est ac plausibilis. Quod si quis non dico blasphemauerit hominum deorumque dominum, sed ausus fuerit vel nomē eius intempestiue promere, noxam luat capite. Quandoquidē ne moralium quidem parentū nomina proferunt ij quibus cordi est pietas, sed omisis propriis honoris gratia, vtūtur naturalibus, patrem appellantes matrēq; atq; ita profitentur accepta immensa beneficia simulq; suā gratitudinē. Quomodo igitur merentur veniā qui temere abutūtur sanctissimo Dei nomine tantū ad explendum sermonem non aliter quā profanis vocibus? Post honorem autē creatori habitū propheta diem sacratū septimū venerat⁹ est, cuius eximiā pulchritudinē cernebat acutioribus oculis, expressam cælo mundōq; vniuerso, ipsa natura præferente eius simulacrum. inueniebat enim ante omnia matre carere hunc numerum, expertē fœminini generis, è solo patre satum absq; semine, & absque partu genitum. animaduertit præterea septimanā semper virginem, nec è matre natam, nec matrem ipsam, nec è corruptione oriundam, nec ipsam corruptibilem: deniq; intellexit hanc esse mundi natalem, cælo terrāq; festā & omnibus terrestribus, exhilarantem cuncta cœcinnissimo septenario. Hæc ob rem ille maximus Moses æquū censuit vt omnes ascripti eius ciuitati, ius naturæ sequentes, celebrarent hunc diem otio festisq; hilaritatibus, intermissis laboribus

ribus & opificij quæstuariis negotiisq; victum parantibus, ablegata etiam tantisper ceu per inducias solitudine anxia, vt vacarent non ludicris (sicut quidã) ridendisq; spectaculis mimorum saltatorumq;, quæ infanũ vulgus amat perditè, & per præcipuos sensus visum auditũq; captiuat animã suopte ingenio liberam ac dominã: sed soli philosophiã, nõ isti cuius compendium profitentur captatores sophista, venales tãquam in foro proponendo sermones opinionèsq;, qui philosophiã cõtra philosophiam (ò terra, ò sol) abutuntur perpetuò, nec pudet: sed verã inquam philosophiã quæ constat ex his tribus, consiliis dictis factisq;, in vnã speciem coaptatis, vt quæ sita fruantur felicitate. Hoc præcepto posthabito quidem recēti etiam tũ oraculi de sacro sabbato, proditi memoria, quod Deus ipse visibili voce oculis magis quàm aurib⁹ ingesserat, per media castra lignatũ exiui, nõ ignarus omnes in tentoriis quiescere, moxq; in verito deprehensus est. Quidam enim per otium extra portã progressi, vt in loco puro quietoq; vacarēt precibus: viso nefario spectaculo, intentũ fasci componendo lignatorem occisuri erāt præ ira, nisi cõmotos ab impetu reuocasset hæc reputatio, ani maduersionem in huiusmodi peccata nõ esse priuati iuris, sed pertinere ad magistrat⁹ publicos ipsosq; principes, ne indicta causa indēnatusq; periret, alioquin reus manifestarij criminis, religione quoq; diei verante cõdem vel iustissimã, ideo maluerunt cõprehensum hominem adducere ad principem & sacerdotum consistorium, cõfluente ad rem cognoscendam vniuerso populo. mos enim erat certis tēporibus, præcipue sabbatis, vt antè dixi, operam dare studio sapiētia, principe doctoris vice fungente, præmõstrantēq; officia, subditis autem in honestate proficientibus, & mores vitãq; corrigentibus. Quæ consuetudo à maioribus per manus accepta hodiēq; durat apud Iudæos, tēpore illo dicato eruditioni cõtemplationiq; rerum naturalium, nã destinata oppidatim sacris precationibus loca, quæ profeuchas vulgus nominat, quid aliud sunt quàm scholæ, in quibus prudētia, fortitudo, tēperantia, iustitia, pietas, sanctitas omnisq; virtus discitur, quæcũq; ad humana diuinãque negotia requiritur. Caterũ eo die nõ ultra vincula sauitũ est in hominem impium. At Moses de plectendo quem norat cõmeruisse mortem dubius, & genus supplicij dignum ignorãs, inuisibili animo ad inuisibile tribunal se cõtulit, vbi iam ante cognitã causam decretum fuerat ab omniscio iudice: qui pronuntia

nuntiauit morte multandũ obruendũq; lapidibus, quando quidem & huius mens sicut prioris in surdum lapidem obdurerat, prolapsi ad impietate extremam, complexã penè omnia violati sabbati crimina. quamobrem? quia non solum sordidæ fabrilisq; sed ceteræ quoq; artes & occupationes tũc sunt prohibita, præsertim quæ ad parandũ victũ attinēt, aut per ignem fiunt, aut per instrumenta non sine igne confecta. ideo sæpe interdicitur ne quis ignē accendat sabbato, vt cessante causa principali & antiquissima cessent effectus eius etiam. Sunt autem ligna ignis materia, vt lignator & qui accendit ignē in eadem culpa hæreant: atq; ita gemimetur noxa, tum quia fit opus dum lex iubet quiescere, tum quia fomites ignis cõportantur, vnde præberetur opificiis occasio. Hæc duo responsa continent pœnas fontibus inflctas ex arbitrio cœlestis numinis cõsulti super talibus negotiis. Sunt & alia duo, ad diuersam speciẽ pertinētia, alterum de successione hæreditaria, alterũ de sacrificio nõ tempestiue vt videbatur oblato: de hoc prius dicetur. Moses primũ anni mensem facit eum qui in vernum æquinoctiũ incidit, non sicut quidam qui præcedentibus id honoris tribuunt, nõ obseruato naturæ beneficio. tunc enim maturescunt segetes ad victũ necessarias: arborum verò fœtus pubescunt recens editi, secũdis mensis inferendi. sine tritico hordeo ceterisq; similibus frugibus non viuunt: sine vino & oleo fructibusq; arboreis quædam gentes ætatem produunt in annos plurimos. Eius mensis die quattadecima, sub ipsum tempus quo luna suum orbem solet cõplere lumine, celebratur migrationis publica festiuitas quã Chaldaicè Pascha nominat: quo tempore nõ vt aliàs plebeij homines victimas adducunt ad altare mactandas à sacerdotibus, sed iubente lege tota gens sacrificat, dum pro se quisq; mactat hestiam suis manibus. Tunc vniuerso populo cõcelebrante lætas epulas, dum quisq; se gerit pro sacerdote, nonnulli occupati lachrymis, gemitibus luctũque domestico propter desideratos nuper defunctos necessarios, premebãtur gemina tristitia, noua super veterẽ accedēte, quòd orbatũ suis affectibus cogerētur etiam carere voluptate honorēq; totius gētis publico, quia nec abluui nec aspergi lustralibus aquis fas erat illo tempore, prius quàm veniret luctui præfinitus lege terminus. Hi post festum mœsti accesserunt principem, narraueruntq; suum infortuniũ: habere se funestas domos recēti cognatorum obitu, occupatos luctu necessario, nõ potuisse frui sacris paschalibus. addiderũt

preces, ne post haberentur cæteris, néve pœnas darēt calamitatis domesticæ, dignæ potius misericordia, alioqui se posse invidere defunctis qui potiore conditione fato cesserint, se viuos mori & sentire suam perniciem. His auditis animaduertit & postulationem non absurdam, & excusationem sacrificij prætermisisti idonei, & casum ipsum dignū miseratione. Ambigebat tamen incertus consilij, & tanquā in bilance nutans nunc in hanc partem nunc in illam procliuor, cū hinc suū pondus obtineret misericordia cū iustitia, illinc præcellere videretur lex de paschali sacrificio, primi mēsis quartamdecimā diem ei præstituentis: itaq; inter assensum & renurū pendens ad supplicationē se vertit, vt ipse Deus oraculo decerneret. Qui exaudito vate nō in præsens tantū respōdit, sed quod pro lege foret postea, quoties aliquid simile accideret. Cōprehensi sunt ea lege illi quoq; si quis eius gentis aliis de causis non potuerūt ad sacrū id occurrere. Fuit autem hæc oraculi sententia. Luctus in cognatorum obitu dolor necessarius non imputatur pro peccato. Attamē ad certum tempus à templo arceantur lugentes, quo nō patet aditus nisi immunibus ab omni inquinamento tum fortuito tum voluntario, post terminum luctus pro se quisq; sacrificet, ne viui habeātur pro mortuis, cū igitur sint posteriores, postero mēse die quartadecima sacrificent ritu quo priores, & eodē modo absumant hostiam, idem ius esto his qui non ob luctū sed longinquæ peregrinationis ergō cum cæteris suæ gentis hominibus non sacrificauerunt, nam ne eorum quidem qui aut in longinquis terris habitant, aut longius peregrinantur, vllum est peccatum, cur priuari debeant honore cōmuni cū cæteris, præsertim cū vna regio gentem tam populosam nō capiat, missis in multa loca coloniis. Hactenus de his qui ob aliquem casum à celebrando cū cæteris paschate prohibiti, vel serius officium necessarium faciunt, nunc transeo ad postremā legem de successione hæreditaria, è percontatione responsionēq; mixtā similiter: Erat quidam nomine Salpaath, vir probus, è tribu nō obscura natus: is quinque deterioris sexus liberos genuit, nullā verò prolem masculam, puellæ post obitū patris veritæ ne paterno agello exciderent, quia maribus agri diuisi fuerāt, reuerenter adierunt principem, nō tam de possessione sollicitæ, quā nomen dignitatēq; sui patris conseruare cupientes. hæ sic locutæ sunt: Pater noster obiit, non seditione absumptus vt multi alij, sed fato raptus cū priuatam vitam ageret procul negotiis,

nullā

nulla ipsius culpa factum est quod caruit mascula sobole: adsumus igitur pupillæ vt videtur, re vera tamen te loco parētis habituræ, nam legitimus princeps nō minus quā pater curat subditos, ille miratus prudentiā virginū, & pietatē erga parētem, suspendit sententiā respectu legis quæ solis viris agros diuidit, præmiū laborum militariū, nā mulieribus cum natura immunitatem ab his tribuat, non admittit eas ad præmia. Ergo hanc quoque causam vt ambiguam ad Deum retulit, quæ sciebat solum veracibus incorruptisq; iudiciis etiam in paruis cōtrouersis ostendere suam veritatem & iustitiā. Tum ille rerum conditor, mundi pater, terræ, cælo, mari, aëri, rebūsq; in his contentis imperans, princeps deorum & hominū, non est dedignatus respondere puellis patre orbatis. Respōdens autem plus quā iudicij officio functus est ille clemētissimus cūcta repleus sua beneficentia. Laudauit enim virgines, ô domine, te verò quis satis laudauerit? quo ore? qua lingua? quibus vocis instrumentis? qua mente aut anima? stellæ si in vnum chorum conuenirent, possentne tuas laudes pro merito canere? totū cælum si in vocem abeat, poterit ne vel partem tuarum virtutum edifferere? Aequū postulant, inquit, filiæ Salpaath. Hæc laus quanta sit Deo testante, quis non videt? Adeste nunc vos arrogātes, quos inflat felicitas, qui ceruicē supra naturam attollitis, & adducitis supercilia, qui mulierum viduitatē ridetis miseram, & pupillarū orbitatem miseriorem etiā existimatis, videte quod hi vestra opinione infelices & humiles, non postremo loco habentur apud Deum, cuius imperij vilissimæ partes sunt regna ista passim per orbem dispersa: quandoquidē totus terræ ambitus est diuini operis extremitas, cōsiterate inquam hæc, & doctrinam necessariam accipite. At Moses laudata postulatione virginū, ne has quidem inhonoratas reliquit, nec tamen æquauit viris bellatoribus: sed his agros debita ob virtutem præmia reddidit, puellis verò gratiam non præmium, quod etiam verbis declarauit manifestissimè, donū hanc rem appellans non retributionem: quorum alterum est debitum, alterū gratificatio. Cæterum vbi virginibus pupillis satisfactū est ex oraculo, addidit princeps generalem legem de hæreditatibus, primū filios hæredes paternorum bonorum instituens, deinde filias si deint filij: quas vult hæreditatem habere, vt ornamentum externum, non vt possessionē propriam. Aliud est enim quod vt propriū attribuitur, aliud quod tantum ad ornamentum absque iure

E iiii pro

proprietatis conceditur. Post filias tertio loco fratres ad hereditatem vocat, quarto patruos, subindicans etiã patres fieri posse hæredes filiorum. Stultum enim foret credere, patruo concedi hæreditatem fratris filij vt patris cognato, ipsi verò patri eam auferri. Verùm quia lex naturæ iubet filios parētibus hæredes succedere, non parētes filiis, hoc vt ominosum & piis votis contrarium tacuit: ne pater matérque viderentur lucrati ex immanis filiorum mortibus & luctu inconsolabili: obliquè tamen ipsos vocauit ad ius quod permittit patruis, vt & decorum seruarietur, & bona manerent in familia. post patruos quintus locus est cognatorum, vt quisque est sanguine proximus. His non temerè dictis de hæreditatis iure promiscuo, nunc subiungam oracula per ipsum prophetam numine correptum edita, sicut iam antè sum pollicitus: Cœpit autem tunc primùm inspirari cœlitus, cum tota gens spem melioris fortunæ concepit, de cõmuni consensu multis milibus ex Aegypto in Syriam in nouas colonias demigrantibus. Viri enim pariter ac mulieres per inuias vastasq; solitudines peruenerant ad mare quod rubrum dicitur. ibi hærebant inopes consilij, cum nec naues præstò essent ad traiectum, nec tutum videretur reuerti per eandem viam. in hoc rerum statu maior malis vis incubuit. nã rex Aegypti cum haud contemnendis copiis equestribus pedestribusque persequebatur, vt animaduerneret in retractos è profectiõne, quam prodigiis manifestis territus permiserat. Sed satis apparuit nihil esse in sceleratis hominibus constantiæ, velat in bilance leui momento in diuersum proclinantibus. Sic intercepti inter mare & hostes de salute desperauerant, alij necem miserabilem expectantes vt finem malorum, alij censentes fatuus elemento naturæ se committere, & in mare se proicere, quàm perferre hostium insulcationes atq; ludibria. iamq; grauati sarcinis stabant in littore, vt quàm primùm viderent hostem accurre, desiliens mergeretur facilius: ac ne mortem quidem expedire poterant. At propheta videns vniuersum populum præ metu interclusum nõ aliter quàm pisces cinctos retibus, extra se raptus repletusq; numine hoc oraculum edidit. Non sine causa trepidatis instante tanto periculo, à fronte mari vasti clausi carente nauigiis que fugam possent adiuuare, à tergo verò proximi hostibus denso agmine vrgentibus. Quò te vertas? quò desleetas? ex improviso infestant nos omnia, terra, mare, homines, elementa naturæ. Estote tamè bono animo, no-

lite

lite deficere, estote imperterriti, expectate diuinitus inuictum auxilium, quod iam iam vltro aderit, protecturum vos inuisibiliter. Experti estis & antea sæpe opẽ eius præsentaneam, quam nunc quoque venire video, laqueos iniecturam aduersariorum ceruicibus. Hæc eos in mare protudit, illi more plumbi ad fundum feruntur præcipites. Vobis videntur adhuc viuere, ego mortuos video: quod spectaculum vobis quoque contingeret hodie. Hæc ille cecinit præter spem omnium: moxque euentus fidem adstruxit oraculo. Deus enim potentia sua prædictionem ratam habuit, vix credibili & fabulis simili prodigio. Mare dirruptum est, aquæ secesserunt, constiteruntq; in abrupto vtrinq; latere quasi muri firmissimi. in medio rectam viam aperuit diuina magnificentia, diuidentem vndas ad præbendum iter ceu congelatas, tota gente securè mare traiciente pedibus, tanquã per siccam semitam, aut pauimentum constrarum silice. induerant enim sabulum, concretum è suis minutiis. huc accessit imperus hostium se inuehentium & in suam ruentium perniciem: nubis extremum agmen protegentis subsidium, emicante inde ignea numinis effigie: maris paulò antè scissi refluxus, viz siccate repentina inundatio, hostium internecio, & à parietibus illis qui ex aquis constiterat oppressio, fluctibus in viam tanquam in vallem confluentibus: & insuper cladis ostentatio fluitantibus cadaueribus quæ totam maris superficiem texerant: postremò tēpestas procellosa quæ in littus aduersum eiecit enectorum cumulos, quo magis seruati salutem suam agnoscerent, non solùm euadendo pericula, verùm etiam spectando inimicos deletos ope diuina sine humanis viribus. quamobrẽ propheta mentis hymnis celebrauit autorem tanti beneficij. distributa enim tota gente in duos choros, alterum virorum, alterum mulierum, ipse viris carmen præiuit, sororem dedit præcentricem fœminis, vt hymnos in parentem conditorémq; alternis canerent veribus, non discrepante à moribus carmine, dum certatim canunt suis vicibus, & carmen miscetur è sonis acutis atq; grauibus. nam virorum voces graues sunt, acutæ mulierum, vnde temperamentũ fit commensurata suauitéq; coaptata melodia. Vt autem tot milia hymnum eundem ore vno concinrent, in causa fuerunt illa prodigiosa miracula, de quibus paulò antè mentionem fecimus. propter quæ propheta gaudens vnà cum gaudente populo, & lætitiã intra se nõ continens, exorsus est cãticum: id populus audiens, in duos choros

E v secessit

secessit, & canentem imitatus est. Hoc fuit prophetiæ Moſis principium & quali præcæm. Secundum eius oraculum fuit de cibo re cùm primis neceſſaria: quem terra negante utpote ſterili, cælum depluit: idque non ſemel, ſed per annos quadraginta, quotidie ſub aurorâ decidente ex æthere cum rore quadam milij ſimilitudine. Quo cibo viſo Moſes iuſſit colligere ſic diuinitus præmonitos. Credendum eſt & fidendum Deo, cuius experti ſumus tot ſpe maiora beneficia. nemo hunc cibum reponat recondat: nemo quicquam ex eo relinquat in craſtinum. His auditis quidam nondû in pietate confirmati, rati fortaſſe hanc adhortationem principis magis quàm oraculum, in craſtinum partem ſeruauerunt. ea putrefacta primum tota caſtra foetore compleuit, deinde amplius corrupta, protulit vermiculos: quod ubi vidit Moſes non immeritò in cõtumaces excaudit. Qui enim non irasci poterat, animaduertens poſt tot prodigia iuxta humanam rationem vix credibilia, tam facile perperrata diuinitus, eſſe qui non modò dubitè de diuina prouidentia, verùm etiam nullam prorsus fiduciam in ea collocet. Cæterùm pater omnipotens duobus euidentiffimis argumentis commendauit prophetæ varicinium: altero conſeſtim per corruptionem foetoremq; reliquiarum & mutationem in vermes animal viliffimum: altero verò paulò poſt. Semper enim quicquid ſupererat poſt collecta populariter, radiis ſolaribus liquefactum diſſoluebatur abſumebaturq;. Nec ita multò poſt prodit aliud oraculum de ſacroſancto ſabbato. cùm enim is dies haberet à natura priuilegium, non ſolum ex quo mundi natalis factus eſt, verùm etiam ante creatum mundum ſenſibilem, neſciebant hoc homines, fortaſſe propter multas clades acceptas diluuiis & incendiis interrupta memoria per manus à maioribus tradi ſolita. eam rem iam obſcoratâ ille declarauit oraculo, mox euidenti prodigio comprobata in hunc modum. præcedentibus diebus depluerat minus alimentorum, deinde duplum vna die: & quod prioribus ſupererat liqueſcebat in humorem inutilem: tunc verò incorruptum permanebat. His nuntiatiffimulque conſpectis Moſes ſtupefactus, non tam coniecturis quàm diuino monitu edoctus eſt de ſabbato, quamuis etiam coniecturæ tales cognationem quandam habent cum prophetia. mens enim nunquam tam bene cõiiceret, niſi deduceretur ad veritatem diuino ſpiritu. id miraculum eo fuit euidentius, quòd præter duplicatâ cibi menſuram, & eius incorruptionem

inſolitam,

inſolitam, vtrunq; hoc incidebat in diem ſextum ab eo quo primum pluere cœperat, videlicet in proximũ à mox ſecuturo ſeprimò. ex qua ſupputatione deprehenditur, ſeruatum eſſe in mundi creatione & in cæleſti demenſo eundem ordinem. nam & hoc & illa incepit à primo eſt ſex profectis diebus. eſt autem vtrunque opus alteri ſimile. Sicut enim mundus eſt nihilo creatus & abſolutus eſt: ſic elementis præſenti neceſſitati ſeruientibus, aër in terræ vicem ſuccedens alimẽta nullo labore quaſita copioſe ſuggeſſit hominibus non valentibus parare ſibi victum in ſolitudine. tunc tertium oraculum vates protulit mirificum, quando prædixit cæleſtis cibi pluuiam ceſſaturâ die ſeptimo, ac ne micam quidem caſuram eo tẽpore: nec aliter euenit. cùm enim poſtridie quàm præmoniti fuerant, quidam eſt mobili vulgo ad colligendum extra caſtra prodiſſent, reuerſi ſunt vacui, damnates ſuam incredulitatem, prophetam autem prædicantes veracem, diuinum, & ſolum futuri præſcium. Hæc ſunt quæ de cæleſti comiteatũ præmonuit ipſe Dei ſpiritu monitus. Quæ autem prodidit poſtea, ad præcepta magis pertinere videtur quàm ad oracula, & in his vnum de maximo delicto gẽtis in religione patria, ſicut antè diximus, quando fabrefacto iuueno ad exemplar typhi Aegyptiaci, choreas agitant, exſtructisq; aris maclabatur victimas, oblitum veri numinis & pietatis acceptæ à maioribus, & non mediocribus incrementis auctæ uſque ad illa tempora. Id verò Moſes tulit indigniſſimè: primum repente cæcatum eſſe totum populum, qui paulò antè perſpicacior ſapientiõrque fuerat omnibus aliis gentibus: deinde vaniſſimam fabulam potuiſſe tantam lucẽ veritatis extinguere, quæ nec ſolis nec vniuerſorum ſiderum obſcurari poteſt deliquo. Contra eſt enim proprio ſplẽdore intelligibili & incorporeo, ad quem collatus iſte ſenſibilis, perinde ſuperatur ac nox cum die cõpoſita. Has ob cauſas propheta iam multum ſui diſſimilis curſu prorupit in medium, & vultu menteq; numẽ præferens exclamat: Quis eſt ab errore liber? quis à profanis ſacris abſtinuit? accedat ad me quiſquis talis eſt. Cùmq; vna tribus ſe adiunxiſſet nõ minus animo quàm corpore, iam ante animata in impiorum ſceleftorumq; perniciem, ſed ducem imperatorẽq; requirens, qui legitime tempus modumq; vltionis præſcriberet: horum promptam fidelẽq; operam libenter accipiẽs: agite, inquit, arripite gladios, & diſcurrentes per caſtra pro ſe quiſq; occidite nõ ſolum alienos, verũ etiam familiaritate cognationeq; proximõs

nullo

nullo respectu affectuum: existimatque hoc facinus sanctissimum quo vindicatur pietas & religio, Deo fauente harum propugnatoribus. Hac exhortatione factum est ut primo impetu cæsa sint virorum tria milia, qui autores impietatis præcipui fuerant: atque ita non solum depulsa est suspicio communicatæ culpæ ab innoxiiis, verum etiã rei fortiter gestæ retulerunt merita præmia, aucti honore sacerdotij qui religionis iniuriam vlti fuerant. Est & aliud eius oraculum coniunctum cum maiore prodigio, cuius supra mentionem feci de pontificatu prophetæ differens: id quoque prolatum ex afflatu numinis, sine dilatione euentus consecutus est. Templi ministrorum duo sunt ordines, sacerdotum potior, ædituorum inferior. erant illo tempore tres sacerdotes ædituorum multa milia. Hi freti suorum multitudine paucitatem sacerdotum contemnebant peccato non simplici, dum & maioribus adimunt honorem debitum, & minores ultra modum extollunt, sicut fit insurgentibus contra suos præfectos subditis turbatoque ordine publico. Deinde cœtus faciendo clamabant in prophetam, quod propter domesticam necessitudinem fratri eiusque filiis donasset sacerdotium confecto oraculo, ut videretur id ex autoritate Dei facere. Quamobrem exasperatus alioqui vir ingenij mitissimi, non tulit tam insignem iniuriam simul & malitiam, petiitque à Deo ut auerteretur illorum sacrificia: non quod periculum esset ne iussimus iudex sacra impiorum acciperet, sed quia hic est peculiaris affectus Deo chari animi, aduersari propalàm nefariis conatibus. Nec dum iusta indignatio furorque deferbuerat, cum numine afflatus insuper hoc edidit vaticinium. Graue malum est incredulitas, sed solis perniciosum incredulitas. Hi factis non dictis castigandi sunt. Pœna docebit eos ne mentiri, quando scire nolunt quod sciunt. Mors decernet de hac controversia. Si naturali morte decedent, fictum est meum oraculum. Quod si nouo inusitatoque lethi genere absumentur, testata erit mea veracitas. Video terram vasto specu dehiscere, absorberi numerosas cognationes unã cum suis tabernaculis, viuos homines ad inferos descendere. Vix hæc effatus erat cum terra concussa rumpitur eo potissimum loco ubi tendebant impij: momentoque temporis vniuersos operit. rursus enim hiatus coiuuit, velut suo defunctus officio. Nec ita multo post seditiosi ducem quinquaginta qui præcipui tumultus autores fuerant, repente de cælo tacti unã conflagrauerunt, ne minimo quidem mem-

bro

bro relicto quod sepulchris posset inferri. Atque ita horrendis pœnis cumulatis aliis super alias magnopere illustrata est propheta pietas, Deo testimonium præbente veritati oraculorum. Vbi operapretium est considerare quomodo cælum terraque pœnas exegerunt ab impiis hominibus, ceu diuisis muniis inter primarias mundi partes, vnde cætera sumpserunt originem. Nimirum quia scelesti malitiam suam radicatam in terra, in tantam altitudinem extulerunt extenduntque, ut cælum attingeret, ideo terra simul & æther in eos sauiit. Altera diducens se ut absorberet inutilia pondera, alter exurens eos fulminibus, imbris in morem densis & crebro micantibus. Finis autem & absorptorum & exustorum idem fuit. Nam vtrique disparuerunt alteri operi solo restituto in pristinam planiciem, alteri absumpti fulmineis ignibus. Postremo migraturus ad superiores, & exuta mortalitate ad immortalitatem transferendus, vocante patre ut eum è duplici corporis animaque natura transformeret in simplicem, iam tum prope totus versus in animum & quidem illustratissimum, repletus diuino spiritu, non solum in vniuersum gentem suam præmonuit, verum etiam singulis tribus suos casus futuros aperuit: quorum pars iam euenit, reliquum adhuc expectatur, ea fide representandum olim, quam experti sumus in præteritis oraculorum euentibus. Postulabat enim rei dignitas, ut quorum tam diuersa fuit origo, præsertim materno genere, hi secuturi diuersa studia consiliaque, haberent etiam sua fata præsignata oraculis. Miranda sunt hæc, sed magis etiam mirari conuenit finem sacrorum quæ reliquit voluminum, quæ sunt ceu caput iuris totius, iam enim assumendus, & in ipsis stans carceribus vnde ad celestem metam erat euolaturus, tunc quoque afflatus diuinitus, viuens adhuc prophetavit de seipso tanquam mortuo, ante obitum narrans se mortuum sepultumque inspectante nemine, videlicet manibus non mortalium, sed virtutum immortalium, ne maiorum quidem monumentis: illarum quippe cui monumentum corrigit eximium haud cuiquam notum homini. Luxit vniuersa gens lachrymis defluens per mensem integrum, accedentibus ad publicum luctum priuatis affectibus, quandoquidem erat inenarrabilis eius prouidentia beneuolentiaque erga vniuersos ac singulos. Huiusmodi fuit vita obitusque Moïsi, regis legislatoris, vatis & pontificis sicut sacris literis proditur.

PHIL

PHILONIS IUDAEI, De charitate.

Nunc germana gemellâq; foror pietatis charitas consideranda est, adamata legislatori nostro, quantum vix vlli alteri. Cum enim sciret hanc esse publicâ viam ad sanctitatem tendendam, omnibus suis subditis societate benignitatemq; comendauit, suam vitam imitandam proponens, tanquâ pictam in tabula. Quicquid igitur à prima aetate usq; extremam senectutem priuatim publicèq; gessit ad utilitatem suorum hominû, supra dictum est in commentariis, quos de vita Moysis inscripsimus: adiiciemus tamen vnum alterumve factum eius memorabile, iam propinqui vitae termino. Erunt enim indicia honestatis illius bonitatisq; perpetuâ, quam sanctissimæ animæ Deus ipse impresserat. Nam cum mortalis huius vitæ finis instaret, oraculo aperto de hoc præmonitus, nullum vel regem vel priuatum imitatus est, quorum vnicum votum habetur ac studium, hæredes liberôs relinquere: sed quâuis parer esset duorû filiorum, neutrum successorem sibi optauit, victor affectuum erga cognatos ac domesticos. & poterat si filios suspicabatur parum idoneos, certè fratris filios extollere iam virtute meritos sacerdotium. sed fortasse aut nō placebat eos à diuinis rebus distrahi: aut potius cogitabat, impossibile esse eundem hominem rectè curare simul regnû & sacerdotiû, quandoquidem alterum religionis, alterû subditorum curam profiteretur: aut fortasse non putauit rem tam magnâ pertinere ad suum iudicium: maluîtq; iudicandam Deo committere, qui pro sua potètia perspicit etiâ intima pectorum. Hæc vera esse vel hinc colligitur. Erat ei amicus & familiaris penè à puero Iesus nomine, nō vulgaribus conciliatus artib⁹, sed amore integro cælestiq;, ex quo omnes virtutes proueniunt, is etiâ conuictor cõtubernalisq; propheta fuit, nisi si quando ille secessum quaesivit propter diuina colloquia. idè administrationis reip. parriceps. & tantum non principis vicarius, multa pro potestate solitus erat gerere. Attamè quamuis sciret hunc esse diu spectatè probitatis hominè, dictis factisq; honestatè eius expert⁹. & quæ maximè requirebatur, beneuolentiâ erga populum, ne sic quidem ausus est ei principatû committere, ne fortè opinione falleretur

seretur, nō satis fidens humano iudicio. itaq; ne sibiipsi quidem credens, supplex inuocauit Deû qui solus inuisibilem animâ intrespicit & mētiū arcana penetrat, vt ex optimatibus eligeret vnum aliquè idoneum principè qui paternâ curâ subditorû gereret: sublatiisq; ad cælû puris & virginæ (vt ita loquar) castitatis manibus, sic precatus est: Dispiciat dominus Deus spiritû & vniuersæ carnis de homine qui plebem hæc curet pacatq; sine crimine, ne corrûpatur sicut grex dispersus carens magistri cura & diligētia. Quis nō miretur has preces dicatq;: Here quid ais? Itane tibi fratîq; desunt germani filij, successores à natura dati: aut his aut illis principatû relinquito. Quod si neutros existimas idoneos, & potior est tibi reipubl. quàm necessitudinis domesticæ ratio, habes certè amicû irreprehensibilem ac probatæ virtutis vel tuo iudicio sapientissimo. Quin igitur hunc, si probitas nō genus spectatur, eligis? Verum respondebit: cum in omnibus rebus non esse præcipitandum iudiciû, tum in his potissimû, quæ rectè aut secus administratæ, plurimis felicitatem aut calamitatem afferunt. Nihil autem principatu maius, cui belli pacisq; arbitrium comittitur à ciuibus. Quemadmodum enim ad prosperam nauigationem opus est bono peritòq; gubernatore, sic etiam sapiente principe ad tuendam tranquillitatem bene constitutæ reipubl. Ceterum de sapientia, quæ non me tantum, sed & toto mundo est antiquior, non est fas quemquam iudicare, nisi Deum, aut aliquè sincerû purum germanumq; amatorem ipsius sapientiæ. Et iam ante exèplo meo didici, ne aliis quidem vtcunq; idoneis in speciem principatum decernere. Nam reipubl. curam inuitus suscepi, nō humanis suffragiis princeps designatus, sed manifestis oraculis diuina voce iubente, quantumlibet deprecare molem rerû vetus, donec iterum atq; iterum iubèri parere metu coactus sum. An non igitur absurdum fuerit, nunc non per eadem incedere vestigia: & cum ipse noluerim principatum nisi ex Dei sententia sumere, nunc arbitrato meo successorem eligere, ne hominum quidâ expectatis suffragiis? præsertim cum agatur de regimine gentis nō vulgaris, sed primû populosissimæ omnium quotquot vsquâ sunt, deinde professæ rem maximâ, cultû eius. Qui est patris conditorisq; rerum omnium, quicquid enim aliis cõringit ex optimæ cuiusq; philosophiæ studio, id Iudæis ex legibus ac morib⁹, videlicet summi Dei notitia, repudiato errore deorû ex creaturis cõsecratorû, nullus enim creatus verè deus est

est, quantumvis habeatur pro Deo, cum aeternitate, sine qua non est numerus, careat. Hoc unum evidens argumentum est eximia erga suam gentem charitatis atque fidei: alteri autem prior non inferior. Postquam enim optimus eius discipulus imitatorque, Iesus propter mores amabiles princeps a Deo confirmatus fuit, Moyses haudquaquam tristis ob fratrem filiosque praeteritos, sed plenus inenarrabili gaudio, quod prospectum esset generi de rectore modis omnibus incomparabili (id enim indubitatum erat de eo qui Deo placuerat) apprehensa eius dextra produxit eum ad concionem, nihil de imminente obitu suo sollicitus: sed ad familiarum sibi hilaritatem accedente recenti leticia, alacriter affatus est populum his verbis: Mihi iam instat tempus discedendi ex hac vita corporea: succedet autem in meam curam hic electus a Deo, simulque protulit oraculum, cui mox creditum est. Tum ad Iesum versus, hortatur ut rem gerat strenue: utque bene consulat reipublicae ac constanter in bene consultis perseveret. Quamvis autem non erat operum hac adhortatione, tamen non potuit se continere, quin amicum admoneret officij, & tum quoque profferret affectum charitatis erga populum, cui tam diu praesuerat. Nec omnino fuit supervacua monitio, ne fortasse ille gravaretur subire tantum oneris: utque exemplum atque regula proderetur ceteris, communicandi bona consilia cum suis successoribus, & instruendi eos praecipuis optimis. Potest enim boni viri hortatus confirmare labantem animum, & excitare ne terreatur rerum temporumque difficultatibus. Itaque admonitis & subditis & successore principe, coepit Deum hymnum canere, extremam ei reddens gratiam actionem, quod a natiuitate usque senectute miris & continuis se prosequutus sit beneficiis: vocatisque in adiutorium elementis totius mundi praecipuis, terra caeloque, quorum alterum mortalium domus est, alterum immortalium, carmen cecinit aptissimum auribus angelorum & hominum: horum ut tanquam a magistro similiter gratias agere discerent: illorum, ut adessent tanquam spectatores ostentantis musicam animae in corpore mortali certantis cum caelestibus harmoniis siderum, ipsum Deum conditorem autoremque habentibus. Sic ille vates iam incertus quodammodo choris aethereis hymnum & gratiarum actionem temperavit admixtis charitatis erga suam gentem affectibus, dum arguit peccata vetera, & in praesens praecipuis eam instruit. in futurum quoque spem bonam proponit, non frustraturam pios conatus. Absoluta deinde melodia, est sanctitate charitatemque

contexta

contexta, coepit paulatim a mortali vita in immortalē mutari, sentireque separationem rerum ex quibus concretus fuerat, corpore in resta morem discedente nudantemque animam, hac vero auidē migrante ad destinatum sibi a natura regionem. Deinde ubi visus est satis paratus ad exitum, non prius gentem suam misit in coloniam, quam singulas eius tribus, numero duodecim honoraret faustis imprecationibus, nominatim citatas phylarchorum suorum vocabulis: quas quidem preces ratas fore credendum est: quandoquidem & ipse ab amico Dei profusa sunt, & Deus amare humanum genus nunquam desinit, tum hi pro quibus vota facta sunt, bono genere, & a laudatis maioribus oriundi censentur in ordine eximio sub imperatore illo patre conditorumque rerum omnium. Precatus est autem eis vera bona, non tam huic mortali vitae profutura, quam animae olim cum exsoluta fuerit corporeis vinculis. Solus enim Moyses, ut apparet, habita magis ratione cognationis caelestis quam istius vulgaris, totam gentem suam heredem omnium bonorum quorum natura humana capax est, instituit de suo dans, quae ipse habebat: quae non habebat a Deo impetrans: cuius gratiarum perennes fontes sciebat patere, non tamen omnibus, sed solis supplicibus. sunt autem supplices qui honestate amant, quibus siue tibus fas est haurire a sacris fontibus sapientiae. Hac sunt argumenta naturae charitatis, quae de legislatore nostro produntur sacris voluminibus: dicemus & quae mandauit posteris, si non omnia (id enim difficile fuerit) certe praecipua, quae maxime voluntatem eius exprimunt. aequitate enim ac mansuetudine non intra solam hominum societatem statuit, sed benigne impartiens extendit etiam ad brutas naturas animalium, ne arbores quidem excludens, praesertim mites ac frugiferas. legis autem huc pertinentes libet recensere, incipiendo ab hominibus. Vetat igitur fratri scenerari, fratrem nominans non solum ex eisdem natum parentibus, verum etiam quemcumque ciuem tribulemve, iniquum ducem colligere scenus a pecuniis, tanquam foeturam a pecoribus. non vult tamen ut ideo tergiuersemur segniores ad beneficentiam, sed largis manibus mentemque; donec nemus gratis indigentibus, cogitantes etiam gratiam esse genus sceneris, vltro ad nos redituri feliciore accipietis tempore. Quod si quis nolit donare saltem mutuetur alacriter, nihil praeter capitale summam recepturus, sic enim nec pauperes rediguntur ad extremam inopiam, coacti plura quam acceperunt reddere: nec creditoribus quicquam decedet de rebus pretiosissimis, bonitate,

F magna

magnanimitate, existimatione optima. nam ne cū vna quidem virtute vniuersæ Persicæ gazæ conferendæ sunt. illæ ex animæ opes abduuntur in terræ sinitibus, hæc autē in principali parte animæ. Virtutem enim sibi vsurpat cælū portio mundi purissima, ipsæq; Deus conditor rerū omniū. Cōtemplari libet istos sordidos & ne obolares quidē minutias spernētes vsurarios, in magnis diuitiis inopes, quos bene numatos reges diceres, cū ne in somnis quidē vnquā diuitias, præter suas cacas, viderint. hi miserissimi omniū, quasi pecunia careant, cibos mutuātur vt recipiāt cū scēnore: isti quomodo egeno stipē offerēt, cū in prouētū felici famem inuehāt, reditus sibi parantes ex miserorū hominum ventribus, sic appēdendo frumentū ne prægrauer. Necessē igitur habuit ē sua rep. hoc genus quæstus eiicerere. sunt enim seruilis & illiberalis animæ talia studia, degenerātis in ferinā immanitatē. Illud quoq; præceptū ad charitatis officia refertur, mercedem eadem die reddi pauperi: non ob id solū quia æquū est post exhibitam operam repræsentari pecuniam absque dilatione, sed etiam quia (vt quidam docent) opifex aut baiulus, qui sibi victum parat quotidie, toto corpore laborans more iumentī, spem omnem in mercede collocat: quam si mox referat, & in præsens gaudet, & in crastinū redit ad opus alacrior: quod si nō referat, dolebit, atq; insuper lassus præ tristitia, solito labori nō sufficiet. Præterea vetat ne creditor intret debitoris domum vt violētē aurum aut pignus capiat: sed iubet eum ante ianuam expectare dum vltro proferantur. Debitorem autem vult non tergiuersari: quandoquidē decet vt alter non abutatur suis opibus ad insolentiā: alter verò pignus exhibeat per quod moneatur debitum reddere. Iam præceptū de messoribus cui non probetur: vetat enim colligi spicas prolapsas ē manipulis, vetat & totam segetē demeti, vt ægelli pars à falce relinquatur intacta: simul diuitibus consulens, vt assuescant sua cōmunicare liberalliter, non omnia congerēdo in penaria: simul pauperibus affereas solatium. Quoniam enim carēt propriis possessionibus, permittit eis ire in agros tribulium, & reliquias tanquam suas demittere. Similiter vindemiæ tēpore præcipit ne colligātur decedentes acini, ne fiat racematio: idem mandat & oliuato-ribus, tanquam pater amantissimus, qui videns non omnes pariter fortunatos filios, sed alios locupletes alios inopes, hos miseratus vocat in fratrum possessiones vt alienis vtātur pro suis, non impudenter, sed quantum necessitas postulat, atq; ita fiant

non

non fructuum tantum, verū & agrorū quodāmodo participes. Sunt autem quidam in tantū sordidi, pecuniis dediti, auaritia perditī, & vndecunq; lucra captantes, vt vindemiam oliuatiō-nemque iterēt, & hordei triticūq; spicilegium faciant, detegentes suā seruilē ac illiberalē pusillanimitatem, simulq; impietatem erga largitorē tot rerū ad agriculturā necessariorum & ad prouentus fructuū, vt sunt mutationes temporū, pluuiæ, tem-peries aëris, incrementa satorū, rores magni & cōtinui, aurę vi-tales, conseruationes ab iniuriis temporū, ne æstus frigusve adu-rat, ne verna vel autumnali tēpestare lædātur segetes foētūsve arborei. hæc opera naturæ illi cū videāt, eiusq; largissimas gra-tias, tamen audent sibi vsurpare eius beneficia: & quasi sint ipsi autores rerum omnium, inhumanitatem cōiungunt cum impietate maxima. Hi quoniam sponte virtutem non comple-ctuntur, inuitos admonet castigatque sacris legibus, quas vir probus vltro sequatur, malus verò contemnere non audeat. Eadem leges iubent decimas frumenti, vini, olei, pecorum, lan-arum decidi sacerdotibus primitiarū nomine: de cæteris quo-que fructibus arborum pro quantitate fundorum plenos canis-tros eis comportari, cantando carmen obiter in laudem cæle-stis numinis, cuius formula extat in sacris voluminibus. Ad hæc boum, ouium, caprarūque primogenita, non annumeranda propriis gregibus: sed horum quoq; sacrandas primitias: vt inuitati ad religionem moderandūmq; Iucris studiū, pietate chari-tatēq; ornentur duabus virtutibus principalibus. Est & alia lex: Si videris iumentum alicuius familiaris aut amici aut viique noti hominis, errans in solitudine, reduc ad eum. Quod si lōgē absiteius dominus, adserua cum tuis, donec ille veniēs suū reci-piat, quod non deposuit, sed quod inuentum vltro reddis pro-pter naturalem societate hominū. Quid lex de anno septimo, quo cessat agricultura, & pauperibus licet ē diuitum agris fru-ctus sponte natos ceu naturæ donum securè tollere, an non ple-na humanitatis est? Sexennio, inquit, fruātur coloni suis posses-sionibus & laboribus: septimus annus sit eorum qui carēt præ-diis ac pecuniis, quo etiam terræ conceditur immunitas. absur-dum enim esset aliorū labores prodesse aliis: nunc possessioni-bus quodāmodo vacuis & intactis ab agricolarum opera, tota gratia soli Deo debetur, omnibus egentibus exposita. Quid itē illa de anno quinquagesimo, nōne quāvis aliā charitatis speciē superat: ita profecto, id quod nemo negauerit, qui has leges nō

F ij degu

degustavit modo, sed lautius in eis epulatus est, expletus delictis suavisimis, fiunt enim tunc eadē quæ anno septimo, & accedunt alia maiora, scilicet in pristinas possessiones restituitio; ex quibus aliquis propter temporū difficultates exciderat, non permittit enim possessionē alienorū bonorū, cōcludens aditum auaritiæ, ut cohibeat inuidiatricem fontēq; omnium malorum concupiscentiam: nec censet æquū ut coloni suis agris priuētur in perpetuū, & paupertatis pœnas dent, miserandi potius quàm puniēdi. Sunt & aliæ leges particulares plurimæ, docētes amorem tribulū, de quibus quoniā in superioribus libris feci mentionem, satis puto hæc nūc retulisse ceu cæterarū specimē. Postquam autē suis bene prospexit, etiā aduenas dignatus est multis priuilegiis: qui deserta cognatione patriāq; & maiorū institutis ac ceremoniis delubrīsq; demigrarūt in optimā coloniā, translati à fabulis ad veritatē & cultū vnus veri numinis, hos aduenas diligēter commēdat suis gentilibus, non solū amicos iam cognatosq; verum etiam ut vnus fortunæ participes tum animo, cum corpore, & aduersitatū equē ac prosperitatū socios, ceu membra vnus corporis, conciliatē cunctos mutua beneuolentia. proinde non est quod dicam de cibo, potu, vestitu alijsq; ad victū necessariis, quæ lex indigenas iubet præbere aduenis: hæc enim vltro contingunt apud eos qui aduenas non minus quàm seipsum dirigunt. Quin & ad inquilinos exrendit naturalia charitatis officia: iubēs ut qui ad tempus demigrant aliō honorem omnem habeant his à quibus excipiuntur hospitaliter atq; comiter: quod si nihil præter hospitium accipiant, honorem quoq; mediocrem ab eis exigit. nam hoc ipsum, habere in aliena ciuitate receptaculū, & non arceri ab eius aditu, gratiā existimat nō aspernandā his qui domi habitare in patria nequeūt. Et ut videas extremā æquitatis lineam, vult aboleri memoriā iniuriarum illatarū à veteribus hospitibus: ut magis nomē ad charitatem faciēs valeat quàm respectus malæ tractationis. proinde disertē interdicit: Non prosequeris Aegyptiū odio. atqui nullam iniuriā Aegyptij ab hac gente abstinerāt, nouas semper crudelitatis species addentes prioribus: attamen; quoniam ab initio nō exclusērūt eā à suis ciuitatibus, nec arcuerūt à finibus, ob eā rē, inquit, habeāt priuilegiū & ius amicitiae. Et si forte aliqui voluerint trāsire ad Iudæorū instituta, nō sunt hostiliter eliminādi tanq̄ inimicorū posteri, sed hac cōditione admittendi, ut tertia generatione vocētur in ecclesiā audituri diuina elo

eloquia eodē iure quo indigenæ ac patricij. Hæc iura intercedunt inquilinis cū ciuibus. Ac ne belli quidē ius ab humanitate alienū est. vult em̄ etiāsi armati portis immincāt & moenibus nondūm eos pro hostibus haberi, nisi per caduceatorē ad pacē inuitati cōditiones aspernati fuerint. aut enim pace impetrata lucrifactos amicitia rē optimā: aut si hostis prinaciter aduersarius fuerit, fretos iustitia cū spe victoriæ occursuros in præliū. Quò si, inquit, inter captiuas formosam mulierē adamaueris, noli tanquā in serua explere cupidinē: sed fortunā miserat⁹, calamitatē eius subleua, omnia mutis in melius. Subleuabis autē detonso squallore capillitij, præfectisq; vnguib⁹, & veste mutata in qua capta est, permisisq; ei xxx. diebus ut lugeat patrē, matrem & cæteros domesticos aut mortuos, aut (quod grauius est) abductos in seruitium, post hæc ut cū vxore legitima congregere. eam enim, quæ ascensura est viri cubile, non mercede ut meretrix formam venditans, sed aut propter amorem, aut propter quærendos liberos, æquū est habere ius cōiugij. Qua in lege multa laudanda sunt: primò quod nō laxauit frena cupidini, sed per xxx. dies eam repressit. deinde quod amorē examinat, nū merè furiosus fastidiosusq; sit, an aliquid rationis admixtū habeat. ratio enim cohibebit concupiscentiā ne quid agat insolentius, expectabitq; menstruū terminū. tertio quod miseratur captiuam: si virgo est, quia parentes ei optatas nuptias nō conciliat: si vidua, quia amisso cui puella nupsit, expertura est aliū, non magis maritū quàm dominū etiā sub æquabili iure cōiugij. subditus enim potiorē semper metuit, etiāsi sciat eius mite ingenium. Quòd si quis expleta cōcupiscentia satiat⁹ cōplexibus iam non dignatur captiuā matrimonio: eum non tam mulctat quàm castigat & iubet mores corrigere. Nec vendi enim finit eam, nec retineri in seruitio: sed vult ei gratis donari libertatē, & discedendi ex ædibus licētiā: ne forte superinducta muliere alia, & cōrentione inter foeminas exorta ut fieri solet per zelotypiam, prior fastidita patiatur grauius aliquid, domino occupato nouis amoribus, & obliuio veterū. Adduntur & alia præcepta humanitatis, & cumulatiim ingerūtur auditoribus. Etiāsi inimici iumentum conciderit sub onere, noli præterire, sed subleuārem erigentēq; adiua: nimirū in minimis quoque docet non gaudendum alienis aduersitatibus, sciens molestum affectum esse insultationem in miseris, aduersum inuidiæ, cui tamen æquē ac iræ cognatus est. solent enim hæc se mutuo con-

sequi, aduersantur tamen hastenus, quia inuidia proximi felicitate offenditur: altera verò letatur eius calamitatibus. Vel si inimici iumentum, inquit, errare videris, noli addere fomitem diffidij, sed reduc id ad suum dominum: quod non magis illi quam tibi proderit. lucrabitur ille brutum fortasse non magni pretij: tu honestatem qua nihil in rerum natura pretiosius. hanc necessario sequetur, sicut umbra corpus, finis simultatis. nam qui beneficium accipit, iniurus ad reconciliationem trahitur, deuinctus gratia: & qui profuit, quasi pignus dedit animi tendentis ad amicitiam. Est autem hic praecipuus scopus quem sacer vates spectat in omnibus iuris capitibus, ut concordia, societas, consensusque morum vigeat: vnde familiis, ciuitatibus, gentibus, regionibus, vniuerso humano generi contingit summa felicitas. Verum hastenus res ultra vota non procedit: quae tamen credo rata fore olim fauente numine, & largiente virtutum profectum, sicut quotannis largitur fructuum: quod desiderium mihi ab ineunte aetate fuit perpetuum. Haec ferme ac huiusmodi aliae sunt leges de ingenuis: nec discrepare videntur quae de seruis latae sunt, nimirum spectantes omnes humanitatem ac mansuetudinem communicandam cum hoc quoque hominum genere. eos sane qui ob inopiam mercede seruiunt, vult tractari liberaliter ut ingenuos: hortans ut qui utuntur eorum ministerio, fortunae incertae meminerint, reuereanturque vices eius mutabiles. eos autem qui creditoribus libertatem suam opposuerunt pignori, aut vi in aliam potestatem redacti seruiunt, non sinit miseros esse in perpetuum, dans inducias omnibus, anno septimo. nam eos qui ob res alienum creditori non redditum libertate amissa seruiunt, satisfacere putat per sexennium. Fruantur, inquit, tandem serui libertate pristina, e qua exciderunt per fortunae inclementiam. Quod si cuius verna metu minarum herilium, aut propter alieni peccati conscientiam, ipse insons fugerit iratum dominum egens auxilij, tale ne contempseritis. prodere enim supplices nefas est. supplex autem etiam seruus est qui ad focum tuum confugit, a quo non est aequum eum abstrahi, praesertim si citra fucum cupit recipi in gratiam. id si non impetrat, saltem vendatur: mutatur enim dominus, licet incertum an in melius: nisi quod confessio malo incertum praesertur. Haec sunt leges de domesticis alienisque, amicis inimicisque, seruis & ingenuis, denique in vniuersum de hominibus. Sed non hic sistit gradum aequitas, profert se ad brutas quoque naturas, permittens eis haurire ex eodem fonte humanitatis.

iuber

iubet enim abstinere ab omnibus recens patris tam in armentis quam in gregibus, verans ea vel mensa inferri vel altari: nimirum crudele ac ab omni humanitate alienum existimas facinus, insidiari parturientibus, & foetus a matribus rapere, idque ventris gulaque gratia. Sic igitur quemcumque instituta sua sequentem alloquitur: Magnam habes o bone, rerum copiam, quibus uti potes absque crimine. alioquin fortasse ignosci poterat presso inopia. tu verò etiam temperantia ceterisque virtutibus debes excellere, ascitus in ordinem lectissimum, nec admittere in mentem tantam sauitiam, ut foetae lassae partus laboribus nouam mox vexationem afferas, rapiendo recens editum animal. necesse est enim turbare matrem propter affectum a natura inditum, sed a partu maxime. tunc enim lac in mammis subscatens, si desit fructus, reprimatur: & distentis hac mole vberibus dolor quoque intruditur. Sine ut mater suum foetum lacte alat, si non diutius, saltem per septem dies: ne natiuos lactis fontes extinguas in vberibus cum ipsius naturae iniuria, quae non vult intercipi sua beneficia, multo antea praeparata ad conseruationem generum. primum enim eius munus est generatio, per quam animalia sua essentiam accipiunt. secundum, lactis affluxus, tenerissimi alimenti & aptissimi temporis, quippe quod cibi potusque vicem praebet. nam quicquid inest aqueum pro potu habetur, pro cibo verò id quod coagulatur, natura prospiciente modo genitis foetibus ne patiantur inopiam mox a vitae initio, sed eadem opera eodemque remedio duas molestias sitis famisque arceant. Perfricant frontem & legit hanc legem praecleari parentes, qui grauari vos putatis infantibus, quos ut exponatis insidiamini parturientibus, publici & infestissimi hostes humani generis. cui enim parceris, qui filios necatis propriis manibus? qui quantum in vobis est ciuitates desertas redditis, vastitatem incipientes a coniunctissimis: qui ius naturae subuertitis tollentes eius opera: qui crudelitate immani vitam oppugnat, mortem inuehit, & hanc contra illam armatis. Non videris ut legislatori optimo curae fuerit, ne vel brutorum foetus a matre separarentur nisi post lactationem: nimirum propter vos o praecleari, ut si vos natura non docet affectum erga domesticos, saltem agnorum haedorumque exemplo eum discatis: quibus permittitur deliciarum in affluentia, natura vltro suppeditante quo fruatur facilius. Id eius munus legislator quoque ratum esse voluit, diligenter cauens ne quis impedire audeat salutarem Dei beneficentiam: atque ut magis etiam infereret in animos

F iij multa

multiplices variâsque; mâsuetudinis & æquitatis species, alio præcepto simili cavit ne quis immolaret matrē & natam ex ea pecudem: aut si vtrâque; victima cædenda est, fiat id saltem diuersis temporibus. extremæ enim crudelitatis fuerit, eadē die mactare genitricē cum animali ex se progenito, & quo pretextu, nisi aut vtrius aut sacrificij. Si sacrificij, falsum nomē est, cædes enim sunt huiusmodi nō sacrificia, non admittente Deo tam profana sacra ad altare suum, quin & ignis ipse scinderet se bifariâ diffugiens, ne cōtaminaretur cōplexu nō miscēdarū victimarum: aut etiam confestim extingueretur opinor, ne sacrâ aëris naturam flammis impuris pollueret. Quod mensis hæc parantur, quis non detestetur nouā & inauditam gulæ scuitiā? absurda sunt enim voluptates huiusmodi. Quæ voluptas est in esu carniū, si tenerorū & lactentium animalium misceantur cum maternis visceribus. ipsa mēbra si quis assanda figat eisdem veribus, videntur ruptura silentiū præ indignitate facinoris, & plurimis cōiitiis proscissura gulam explentē se nefandis dapib⁹. Certè vetitū est iisdem legibus ne tēplum subeat animās vlla grauida, neve mactetur nisi partu leuato: quæ latens in vtero fetus non minoris æstimetur quàm in lucē editus. Licet enim sit iniqua hæc collatio, prodest tamē ad compescēdam temeritatē istorū qui omnia confundunt nullo rerū discrimine. si enim cœuetur vt quæ plantarū more augentur nunc vnita grauidis, se paranda post mēses aliquot, ea feruētur in spem futurā & paratur matribus, ne quod fiat piaculum: quāto maior ratio habenda est iam editorum, & proprias animas habentium propriarū corpora? proinde nefariū videtur eodem tēpore ac eadem die mactare matrem cum sua sobole. Et hoc est opinor, cur quidā legem introduxerunt de damnatis mulieribus, si grauidæ crimen capitale admiserint, ne ante partū luant supplicium, videlicet vt maneat incolume quod vtero geritur. Verū isti hæc statuerunt de hominibus: at noster æquitatē hanc & ad bruta extendit, vt in his præexercitati tantō magis humanitatem colamus mutuam, nec inferendo nec referendo iniuriam, & cōmunicando propria bona cum fratribus eiusdem nature participibus. Eant nunc sycophantæ, & inhumanitatē nostræ genti obiciant. legibus verò nouitatem quēdam insociabilē, cum ab his tam clemēter tractētur etiam pecudes, homines verò à renera ætate assuescant præceptis mansuetudinē docentibus. Ipse legislator seipsum superare contendit omnivirtutū genere, vt ex

eius

eius institutis apparet. Vetat enim ne vllū animal nōdum ablatum abstrahatur à matre sua, non agnus, non hœdus, non aliud quicquā ex armētis atque gregibus. Nam cum interdixisset ne quis eadem die mactaret matrē cum foetu suo, insuper addidit: Nō coques agnum in lacte materno. Iudicavit enim valde iniquum, id quod viuētī animali cibus fuerat, in condimētum occisi vertere: & cum natura prouida ad eius conseruationē lac vberum recepraculis indidisset, hominū incōtinētiā cōprogređi, vt vitali alimento abutatur ad absumēdas reliquias corporis, quod si quis carnes cum lacte vult coquere, id sine crudelitate impietatēque; faciat. sunt vbiq; greges innumeri, qui quotidie mulgētur à bubulcis, caprariis & opilionib⁹, vnde pecuariis ampli redditus, tum è liquido lacte, tum è coagulato in caseū. In tanta copia hœdū agnūve in materno lacte coquere, nihil aliud quā immanitatis indiciū fuerit, ablegata misericordia, affectu necessario cognatōque; rationali animę. Illa quoque; lex laudabilis ad superiorum chorū pertinens, quæ vetat boui trituranti os obrurari. huius enim opera ante sementem aruum sulcis proscinditur, præparaturque; vt fauēte cœlo respōdeat agricolæ votis ac laboribus, cōceptōque; tēpestiuē semine pluuias quoque cœlitus intra se recipiat facilius, dispēsandas mox in nutrimenta segetū, donec maturæ spicæ annonā vberem proferant. absoluto autē hoc opere, rursus bos adhibetur ad aliud necessarium ministeriū, vt purgētur fruges & à reiectamentis secerantur. Huic legis prospiciētī bubus trituratibus, cōnexa est quæ præcipit de iumētis aratib⁹. Vetat enim ne aradi causa sub idē iugum mittatur bos & asinus: nō solū quoniā genere plurimū differūt: bos enim purus, asinus impurus est, & ideo iungi eos nō decet: verū etiā qui nō pollēt paribus viribus infirmiori consulitur, ne cum fortiore contendens succūbat negotio: quamuis asinus infirmior à sacris locis arceatur, bos fortior cœleatur inter præcipuas victimas. at tamē impurorū etiā securitati prospicitur, puriorū robori nō plus quàm æquū est permittitur, lege tantū non occlamate habentibus aures animarū: nemini alieno inferendā iniuriā, in quo nihil præterea sit culpabile, quādoquidem externum gen⁹ culpa careat. quicquid enim nec vitiū est, nec à vitio proficiscitur, nō est culpabile. A deo autē abūdat & exuberat æqtas legislatoris, vt à rationalib⁹ ad bruta, à brutis ad stirpes se porrigat, de quib⁹ iā dicendū est, sicut antea de hominibus, cæterisq; animatis diximus. Disertē igitur cautū est ne quis cæ

F v dat

dat frugiferas arbores, néve segetes in detrimentū colonorum ante tempus demetat, néve vllū fructū corrumpat, vt præsto sit humano generi ciborū copia, non solū ad necessitatē, sed & ad delicias. frumentū em̄ alimēta necessaria suggerit hominibus, delicias autē ministrat secundarū mensarū inenarrabilis varietas: quæ tēporibus egestatis in alimentorum vicem succedunt, imò quod magis etiā mireris, ne hostiū quidē arbuta finit cedere, iubens vt eis parcatur: quod iniquū sit bellū susceptū aduersus homines, fauere in res innoxias. præterea vult rationem haberi non solū præsentis temporis facile mutabilis, verū etiā eius vicissitudinū: quādoquidē accidere potest vt qui modo fuerant hostes infestissimi, pace impetrata recipiantur etiā in fœdus & amicitia. amicos autē inopia ciborū premere inhumanū est, si nihil præparetur in euētus incertos futuri tēporis. non tuerē enim veterē prouerbio iactatū est: ita amicū habeas, posse vt fieri inimicū putes. ita offendas amicū, tanquā rediturus in gratiā. sic securitati prospicitur, ne quem post detectū dictis factisq; ingeniū, sero nimia facilitatis pœniteat. Sed maxime ciuitatibus hoc præceptū vtile fuerit, vt in pace de bello, in bello de pace cogitēt, & neq; fociis nimia cōfidant tanq̄ nō trāscuris ad partes hostiū, neq; de hostibus omnino desperent, tanq̄ nunquam recipiēdis in fœdera. Imò etiā si nulla pax sperāda sit ab hostibus, certē stirpes infestāt neminē, omnibus pacatæ atque vtilis, præsertim frugiferæ, quæ aut alendo vitā iuuāt, aut aliis non minoribus cōmoditatibus. cū igitur nemini noceant, non debent quicquā hostile pati, nō cædi, nō vri, nō extirpari radicibus, ab ipsa natura æstiuis auris refocillatæ hibernisq; pluuiis, vt annuū tributū hominibus pēdant tanquā regibus. itaq; vt bonus præses curauit fartā tectāmq; præstare incolumitatē, nō pecudū solū, verū arborū etiā, præcipuē mitium: quippe quæ maiore cura dignæ sunt: nec ita vt siluestres possunt carere colonorū prouidētia. iubet enim nouellas plātas nutricari per triennium, resectis superfluis stolonibus, ne grauētur onere, néve absumpto alimento in minulos ramulos languescant stirpes ipsæ: easdēmq; ablaqueari, nequid succrescens in proximo earū augmenta impediāt. fructū quoq; harū nō finit decerpi pro cuiusq; arbitrio, non solū quia imperfectus ex imperfectis nascitur. nā neq; animāntes ante adultā ætatē generationi sunt idoneæ: sed etiam quia lædit teneras arbusculas, quodāmodo non sinens supra fruticū altitudinē se ab humo tollere. proinde sunt

qui

qui vere ineunte nouellas stirpes inspiciūt, vt si quem proferūt fructū deterant prius quā excrescat, metuentes ne firmitati parentis officiat. quod ni præcaueatur, iam adulta fallūt expectacionem, fertilitate hebetata vel euanida, vt exhausta partu intēpestiuo. quod & in vetulis vitibus vsu venit, succo ad eū modū absumpto radicibus. at post trienniū actis iam altius radicibus & in solo defixis firmiter, postquā stirps bene fundata se humo extulit, potest pfectos fructus gignere anno quarto iuxta pfectum numerū. tū verò ita demū decerpi pmitritur, si nō in priuatos vsus vertatur, sed Deo sacretur primitiarū nomine, in testimonium gratitudinis & in spem fertilitatis futura. reliquū gratis prodest sui cultoris vsibus. Vides bonitatē eximiā primo diffusā in omnes species hominū, non exteris exclusis, nō hostibus: deinde in bruta quoq;, impurorū etiam ratione habitata: potestremo in omne genus plantarū ac stirpiū. quisquis enim in stupidis naturis equitatē meditatatur, ne in viuas quidem peccat facile: & quisquis nihil absurdū tērat in ceteris animātibus, iam inde discit rationalib⁹ potiorē curā impēdere. Talibus pceptis vbi mētes ciuiū suorū māfuetas reddidit, liberauit eos ab arrogantia superbiāq; vitiis grauissimis, quæ tamē multi amplectuntur pro virtutibus, præsertim quotquot opibus extolluntur atq; honoribus. nā arrogantia sæpe nascitur etiā in contēptis & obscuris hominibus, sicut ceteræ perturbationes & aegritudines: sed nō potest in his crescere, quia sicut ignis absq; fómēto deficit, & ad magnates demigrat, quibus vt dixi largē opes honoresq; suppetunt: atq; ita dulci fortuna ebrij debacchātur in seruos ac ingenuos, interdū & in ciuitates integras. Saturitas em̄ parit ferociam, vt est in veterē prouerbio. quamobrem optimē docet Moses in sacris suis præceptis, abstinēdū ab omni peccato, sed maxime à superbia: mōxq; memorat vnde accēdi soleat hoc vitium nimirum è saturitate, & prædiorum pecudūque copia. tunc enim possēiores impotentes sui fiunt, elati inflatq; proculdubio perituri nisi Deū semper habuerint in memoria. Quemadmodum enim sole exorto euanescent tenebræ, & luce implentur omnia: eodem modo quando sol diuinus illucescit anima, vitiorum affectionūmq; caligo dispellit, & splēdidissima virtutis pura amabilisq; se profert species. Et quo magis cōpescat superbiā, vult nos causas habere præ oculis, quæ nunquam sināt beneficiorum Dei memoriā elabi è nostro pectore. Hic enim, inquit, tibi præstat robur ad exerendam potentiam.

Rectē

Rectè monet. quisquis enim didicit donatã sibi à Deo fortitudinem, reputã infirmitatem suam pristinam, seponet omnem iactantiã, & gratias ager ei qui se mutauit in melius. nam gratus animus alienus est ab arrogãtia, sicut ediuersò ingratus affinis est superbiã. Bene se habent tua negotia: accepto igitur corporis robore, quod fortasse non expectaueras, exerce potètiã. hoc quid sit, clarius propter imperitiores explicãdum videtur. Multi accepto beneficio abutuntur in contrarium, dum aut diuitiis suis alios ad inopiam adigunt, aut quanto magis præminent honore atq; gloria, tanto maiore alios afficiunt ignominia. atqui decet ut vir prudēs ac solers familiares reddat sibi similes, fortis item fortes & iustus iustos, & in vniuersum bonus bonos. Has enim intelligo potètiã, quas vir probus amplectetur ut proprias. Est autem potentia imbecillitati cõtraria, aliena à bonis moribus. Et alioquin etiam hic traditur præceptum rationali naturæ vtilissimum, ut Deum imitetur pro viribus, nullã eius imitationis occasionẽ sinens præterlabi, ergo quoniã accepisti à potètiore fortitudinem, communica eam cum aliis sic eos afficiens ut ipse affectus es, ut hoc pacto Deum imiteris. publicam enim vtilitatem afferunt largitiones & gratiã summi principis, non ideo profusa in quosdam ut celentur aut vertantur in aliorũ commodũ, sed ut proferantur in medium tanquam in epulo publico, inuitatis ad fruendũ omnibus. Hortamur igitur locupletem, honoratum, bene valentẽ, multiscium, ut diuites, bene valentes, multiscios, & in vniuersum bonos reddant eos cum quibus habent consuetudinem, semotãq; inuidia virtutibus suis vtantur in rem publicã. ceterũ illos qui fastu turgidi nolunt respicere, lex non ad humanum tribunal mittit, sed diuino tradit iudicio. Ait enim: Quicũq; aggreditur aliquid agere cum superbia Deum iritat. Cur ita? primum quoniã arrogantia vitium est animæ: anima autẽ Deo soli est visibilis. quisquis autem punit, si cæcus est, ut ignorans arguitur: cum verò videt, laudatur, ut scientiã adhibens in consiliũ. deinde quoniã quilibet arrogans insana opinione inflatus, non tam virũ aut heroẽ quàm genium quendam se existimat, ut Pindarus inquit, transcendens naturæ humanæ terminos. est autem nec animi satis compos nec corporis, toro habitu gestũq; morbum præ se ferens. Incedit summis pedũ digitis, ceruicẽ in equi morem erigens, attollensq; se supra naturæ modulum: nec aliter quàm obliquè intuetur, nec aliter audit quàm quasi nõ audiens:

famulis

famulis pro iumẽtis vtitur, ingenuis verò pro mãcipiis, cognatis itẽ pro alienis, amicis, pro adulatoribus, ciuib⁹ pro exteris. arbitratur enim se omnium ditissimũ, nobilissimũ, pulcherrimum, fortissimum prudentissimum, temperatissimum, iustissimum, solertissimum. alios verò habet pro pauperibus, obscuris, contemptis, imprudentibus, iniustis, insipientibus, piaculibus, nihilique homuncionibus. Meritò igitur talis ad Dei tribunal puniendus relegatur prophetæ sententia. Cũ autẽ vitæ amantissimus sit sacer hic Moses, omnes vbique pietatis iustitiãq; cultores excitat propositis præmiis tanquã in certamine conuersis ad bonam frugẽ offerens ius ciuitatis optimæ, & societatem commodorum paruorũ maguorũq; omnium. siquidem præcipua bona sunt in corpore sanitas. in nauigatione prosperitas. in anima rerum non obliuiscendarum memoria, secundaria verò quæ ad correctionem pertinet virium post morbum recollectio, salus optata superatis marinis periculis, & post obliuionẽ reminiscẽtia: cuius germana est respiscẽtia, in primum supremũque bonorum referenda ordinẽ potius quàm in alterum proximum. nam omnino non peccare, Deo proprium est, aut fortassis etiam homini Deo simili. ceterũ à vitiosa vita transire ad innocentiam, est prudentis & intelligentis suam vtilitatẽ. Tales igitur conuocans & initians præceptis amicis instruit: ut veritati studeant, vanitatem fugient ac mendacia, quòd in hoc potissimum sita sit felicitas, si auersentur figmenta fabularum, quæ teneris etiam tũ animis instillant nutritrices ac pædagogis, aliisq; familiares plurimi, errores infinitos inuehẽtia, & summi boni notiã impediẽtia. quid porrò aliud est summum bonum quàm Deus? cuius honorẽ ista falso nominatis diis distribuunt, attollẽtes hos supra modũ, illius verò profus obliuiscunt, homines deliri ac miseri. Itaq; omnes quotquot conditorem parentẽmq; vniuersitatis vel serius agnoscunt, malentes vnum quàm plures deos colere, habendi sunt pro amicissimis & cognatione proximis, cum nihil æquẽ ac cõmunis pietas conciliet mutuam beneuolentiam: gratulandũq; est talibus, haud secus quàm si post cæcitatem visum recepissent ex altissimis tenebris adducti ad lucẽ clarissimã. Tanta est vis respiscẽtiæ rei vehementer necessariæ. postulat autem respiscẽtia non solũ correctionẽ opinionis quæ creaturis tribuebat honorem creatori debitũ, verum etiam officiorũ studiorũq; mutationem in melius: ut relictis incõditi vulgi moribus trãscatur

eat ad bene constitutam ornatamque optimis legibus republicam: hoc est, ex ignorantia migretur in scientiam rerū quas ignorari non decet, ex imprudentia in prudentiam, ex incontinentia in temperantiam, ex iniustitia in iustitiam, ex timiditate in fortitudinem. Bonum enim vitæ; fuerit ad virtutē transfugere, deserta malitia velut insidiosa domina. Solent etiā pietatem comitari virtutes ceteræ, à qua non magis diuelli possunt quā umbra à corpore quod in sole versatur. proinde quot ad nostram religionem se conferunt, statim fiunt sobrii, continentes, verecūdi, mites, iucundi, humani, graues, iusti, magnanimi, veritatis amatores, contemptores voluptatum ac pecuniæ: quandoquidem ediuersò quicunque à sacris legibus deficiunt, eos videre licet intemperantes, imprudentes, iniustos, leues, pusillanimos, iritabiles, mendaces, periuros, cupediis, potationibus venerisq; rebus deditos, ventris pendentes tributum cum graui corporis animiq; dispendio. Itaq; perpulchrè præcipitur vt discamus vitam cōponere, & ex perturbatione in meliorem statum reformare. ait enim id non esse nimis arduum, nec è longinquo perendum, non ex æthere, nec ab extremis oceani finibus: sed in promptu esse, nempe in ore, pectore atque manibus, hoc est in dictis, factis & consiliis. nam per os verba, per pectus consilia, per manus actiones significantur, in quibus consistit felicitas. cum enim cogitationes à verbis, & actiones à consiliis non discrepant, absoluta vita est modis omnibus laudabilis: sicut ediuersò imperfecta & vituperalis, si hæc inter se parum consentiant: nec adhibeatur tale temperamentum, nisi homo & amet Deum, & ei charus esse studeat. proinde pulchrè nobis attestatur illud scripturæ oraculum: *Fœdus fecisti hodie cum domino vt sit tibi Deus: & ipse fœdus fecit hodie tecum vt fias ei populus.* Pulchra sane permutatio, homine properate ad cultum Dei, Deo quoque sine dilatione admittente supplicem, & occurrente accidēti ad se sincero animo. Talis porro cultor & deprecator, etiam si vnus homo fuerit, ipsius Dei existimatione non minus honoratur quā totus populus: id quod & aliis vsu venit. quemadmodum enim in nauī gubernator confertur cum omnibus vectoribus, in castris item imperator cum omnibus militibus, adeo vt per huius interitum non minor quā per iuuentutis stragem clades accipiatur: eodem modo etiam vir sapiens totius gentis dignitatem obtinet: quippe qui pietatem habeat pro munimento inexpugnabili.

PHIL

PHILONIS IVDÆI, De Iudice.

SACRÆ leges cū ab omnibus instituta Mo-
sis sequētib; exigunt synceritatē, & animum
tranquillū, nullis obnoxiiū perturbationibus,
tum præcipuè ab his quibus iudicādi potestas
aut per electionē aut sorte obuenit, absurdum
enim fuerit eos in culpa hæere qui iura præ-
scribūt aliis, quandoquidē ab his potissimū exemplum vitæ pe-
tendum est. Sicut enim ignis quæcunq; admouētur calefaciens,
ipse primū innata sibi vi calet: nix cōtrā suaptē natura frigida,
infrigidat & alia: sic iudex ipse debet esse plenus iustitia, si aliis
ius administraturus est, à quo ceu fonte promanāt fluēta dul-
cia legū & potabilia sitientibus iustitiā. id ita demū fiet, si is qui
ad iudicandū ascendit tribunal, iudicari se nō minus quā iudi-
care cogitet, & vnā cū potestate assumat prudentiā ne decipiat,
iustitiam vt suū cuiq; tribuat, fortitudinē ne flectatur precibus
aut misericordia quò min⁹ animaduerrat in cōuictos sceleris.
nā cuiusq; virtutes hæc cordi fuerint, bene meritis de repu. e-
xistimādus est, quippe qui more boni gubernatoris sedat tēpesta-
tes negotiorū commissorū suæ fidei ad salutē securitatēq; il-
lorū qui pēdent ab eius arbitrio. Ergo ante omnia lex præcipit
iudici, caueat ne vanā narrationē auribus accipiat. quasi dicat,
Heus tu cura vt aures perpurgatas habeas, purgabūtur autē, si
sepius eluātur doctis sermonib⁹, & excludāt vanas, vulgo pro-
tritas damnatasq; fabulas signētorū poëticorū scenicorūq;
res nihili multis verbis exaggerentiū. Quin & aliud quiddam,
idem præceptū admonet, ab expositione priore nihil discrepās.
Qui auritos testes, inquit, accipit, vanè nō sanè accipit. nā ocu-
li rebus ipsis interueniunt, & contrectant quodammodo nego-
tia, totaq; percipiunt, adiuuante luce per quam illustrantur de-
prehenduntq; omnia, aures autē sicut rectè dixit quidā è ve-
teribus, minus fidei habēt quā oculi, vt quibus nō cum rebus
ipsis sit commercium, sed cum sermonibus rerū interpretibus nō
semper veritatem sectantibus. quod legis caput mihi videntur
quidam è Græcis legislatoribus desumpsisse è sacratissimis Mo-
sis tabulis, interdixissēq; ne ex auditu feratur testimoniū: quòd
quæ quis vidit certa iudicanda sint, quæ verò audiuit nō perinde

de firmę fidei. Secundum præceptum iudicis est, ne accipiat munera. nam munera, vt lex ait, excæcant oculos, officiunt iustitię, mentem à recta via cogunt decedere. præterea muneribus iudici ad iniustitiã, est scelerati hominis: sicut semimali, non reddere ius absq; opéra præmio. Sunt enim quidã prætextati inter iustos iniustosq; medij, instituti ad tuendos oppressos ab oppressoribus, qui tamẽ nõ dignantur gratis ferre sententiã pro causa meliore, venales mercenariiq; iudices. quod si quis queratur, negant se præuarcatos, vicisse enim litem quos oportuit, & victam partem aduersariam. Quæ excusatio nequam est. oportet enim duo quædam inesse in sententia boni iudicis, vt sit incorrupta & legitima. Cæterum præses venalis muneribus, iustitiã suapte natura pulcherrima dehonestare se nõ intelligit, & peccat non simpliciter. primùm quod assuefacit se ad auaritiã, artem iniquitatũ omnium: deinde quod accepto pretio mulctat eum cui prodesse debuerat. Ideo salubriter Moses admonet, iustẽ administrandam esse iustitiã, subindicans etiã iniustẽ administrari eam interdum, quoties præiudes inhiãt muneribus, nõ tantũ in iudiciis, sed terra mariq; in omnibus penẽ vitæ negotiis. siquidẽ reperire licet aliquẽ qui modicũ depositum reddit, magis vt infidetur accipienti q̃ vt prosit: videlicet vt approbata sua fide in modico inescatũ capiat maiore perfidia: quod nil aliud est quã iustitiã nõ iustẽ facere, quoniã alienæ rei restitutio iusta iniustẽ fit, inquantũ captat lucrũ cumulatius. Huiusmodi autem peccatorũ præcipua causa est assuetudo medicij, quo ab incunabulis nutrices matrẽsq; , & aliarum seruorum ingenuorum turba alumnũ suum imbuunt, dictis factisq; astruẽtes id animo quasi agnatũ naturaliter, cum extirpari potius debuerit per honesta studia, etiã si à natura fuisset indiũ. Quid enim in vita est æquẽ pretiosum ac veritas? quã vates sapiẽs inscripsit loco sacratissimo, ea parte vestis p̃iificiæ, vbi est principalis vis animę, vt sacerdotẽ per hoc ornãmẽtũ augustiorem faceret. Veritati autẽ adiũxit cogitatã virtutẽ, declarationem vt vocat, vt essent ceu imagines orationis, quæ vel animo concipitur, vel profertur etiã. nã huic declaratione opus est, per quã aperiatür aliis quicquid latet in animo: sicut veritate illi alteri ad perfectiõẽ vitæ actionũq; per quas itur ad felicitatem. Tertiũ iudici præcipitur, vt causas partiũ examinet ante iudiciũ, semoto in totũ respectu personarũ, siue sint ciues, amici, domestici: siue cõtrã inimici, alieni, exteri: ne quid vel beneuo-

lencia

lencia, vel odium cognitionẽ impediãt. alioqui necesse est iudicem impingere. velut si cecus incedat absq; baculo, ducente sustentanteve nemine. Ideo decet bonũ iudicem personas quæ iudicantur nõ animaduerrere, sed solam naturam negotiorũ sinceram nudãq; cõsiderare, vt non iuxta opinionẽ, sed iuxta veritã iudicet, sic cogitã, Dei rem esse iudiciũ, iudicem verò ministrum & procuratorẽ. procuratori autem nõ permittitur largiri de eo quod Dei est, à quo vt optimo accepit hoc depositũ rerum omnium optimum. Præter iam dicta & aliud quiddam mirãdum præcipitur, ne in iudicio miseremur pauperem, cũ alioquin legislator omnes suas leges cõdiãt humanitate ac misericordia, magnas minas intentãs superbis & arrogãtib; & magna præmia proponens alienos casus subleuãtib; bonãq; sua non tanquã propria seruãtib; , sed cũ egenis cõmunicãtib;. Vera est enim illa prisca cuiusdã auctoris sententia, nunquã homines propius ad Dei similitudinẽ accedere, quã cũ sunt benefici. Quid porrò fieri potest melius quã si creatura imitet Deũ immortalem & ingenitũ? Ergo nec diues aurum argẽtũq; in thesauris domesticis custodiat, sed in medium proferat vt benignitate soletur inopes: nec honoratus ceruicẽ extollat, sed malens æquo iure viuere, sinat libertate frui etiã ignobiles. Quisquis autẽ præcellit robore, sit protector infirmiorũ, non pulsans protrudẽsq; minores quasi in pancratio, sed propriis viribus etiam aliis prodesse cupiens. nam qui hauserũt e sapientiæ fontibus, inuidiam ex animo suo exterminant, & vltro succurrunt proximis, sermonibus per aures traiciẽtes scientiã in eorũ animas: & quoties reperiunt iuvenes bonæ indolis, velur generosæ plantæ surculos, gaudet rati se inuenisse hæredes opulentiæ reconditæ in animo, quæ solæ veræ sunt diuitiæ: itaq; assumũt eos & excolunt eorũ ingenia dogmatibus cõtemplationib; , donec confirmata virtutis fructũ proferant. Huiusmodi exemplis præceptisq; leges refertæ ac distinctæ sunt in gratiã egenorũ, quos in solo iudicio miserari non est fas, nã miseratio debetur infelicibus. quisquis autem sponte malẽ facit, nõ infelix sed iniquus est. cæterũ iniquis pœna proponitur, sicut iustis honor & præmium. Itaque nemini misero proptet suam inopiam pœna remittatur: quandoquidem non miserationem (absit) sed iram meretur. Et qui ad iudicãdum accedit, debet more boni numularij naturas negotiorum discernere, ne turbatis signis confundantur proba cum improbis. Poteram & alia multa de falsis re-

G stibus

stibus deq; iudicibus dicere: sed ne nimis prolixus siam transibo ad præceptum decalogi vltimū, quod compendiarium sicut cætera oraculum continet: Non concupisces videlicet.

PHILONIS IVDÆI, De creatione Principis.



VIBVS DAM placet sortito creari Principes, nullo sanè subditorū cōmodo. fors enim ad felicitatē non ad virtutē attinet. itaq; saepe accidit vt ad principatum fors eucheret, quos vir bonus nō ferret in subditorū numero. nam & minores principes, qui ab alijs vocātur domini, nō omnes vernas emptitiōsve assumunt in famulitiū, sed solos morigeros obsequētēsq; ceteros refractarios & incorrigibiles gregarim interdum hasta auctioniq; subiiciūt, vt indignos qui vel seruiāt in boni viri familia. Quanto minus decet dñium principatūmq; integrarū ciuitatū gentiūmq; forti cōmittere, lubricæ rei pendenti à fortuna instabili. certè in agris curandis sortiū nemo meminit, nec enim sorte capiūtur medici, sed peritissimus quisq; eligitur. item cū de prosperitate salutēq; nauigatium agitur, nō sorte decernitur quis gubernaturus puppim ascēdat, ne fortè aliquis imperitus vel in trāquillitate ac serenitate asciscat naufragium, sed quæritur aliquis qui artē gubernādi à iuueture didicerit: hoc est qui sepe nauigauit, perlustrauitq; aut omnia aut plurima maria, q̄ bene nouit emporia, portus, stationes, receptacula, quæ vel in continente sunt vel in insulis, qui in mari quoq; caller inuenire semitas ex obseruatione siderū, peritus stellarū, & suos cursus ad illarū mēdirigēs, ita vt per inuia viā expediat, & nouo more maria terrestri animāti aperiat, reddatq; traiectu facilia & postea ciuitates magnas populosas, plenas habitatorib⁹, earūq; administrationē, & curā rerū priuatarū ac publicarū, sacrarū ac profanarū quam meritō quis artē artiū & scientiā sciētiarū dixerit, commitemus incertæ rei fortuitæq;, reiecto veritatis examine: est autē veritatis examē, rationabilis probatio. His igitur cōsideratis Moses sapiētissimus nusquam meminit principatus questui sortibus, maluitq; suffragiis electos introducere. Sic igitur præcipit

cipit: Præficies tibi ipsi principē non alienigenā, sed vnū ex tuis fratribus, nimirū significās electionē debere fieri voluntariam ex suffragiis cōsensuq; totius populi, præcedēte vt oportet examine, huiusmodi porro comitia vt rata fiant, requirūt etiā Dei calculum, seu signaculū, sicut & cætera publica negotia: quādo, quidē huius volūtate homo in vniuersa rerū natura præeminet, sicut facies in corpore. Cur autē principatus non detur extero dux causæ assignatur: altera, ne sibi magnā vim auri, argēti, pecorūmq; colligat spoliatis iniuste subditis: altera, ne ppter sua priuata cōmoda gentē traducat in regionē aliā, & subinde aliò atq; aliò migrare iubeat, ostētata vana spe agri vberioris, & omissa certa possessione pristina. meritō enim legislator in defectu principis habuit rationē cognationis & cōmunis originis & familiaritatis intimæ. ea est consensus in institutis ac legib⁹ & vnus Dei religio, qui sibi optauit peculiarē populū. sub tali principe nihil timēdū est eorū quæ modò diximus, sed sperāda omnia cōtraria. tātum enim abest vt cogat colonos denigrare aliò, vt potius si qui antè dispersi fuere colligat, eisq; ius postliminij cōcedat, & adeò nō auferet alienas pecunias, vt potius de suis largiatur in vsus publicos. Ceterū mox post acceptā potestātē iubetur Deuteronomiū, hoc est legū cōpendiū describere manu propria, quo magis ea præcepta inhareāt animo. nā legētib⁹ elabūtur sententiæ, & lectio moras nō patitur. qui autē scribit per otiiū, imprimit & insigit menti singula fideliter, non in trāscursu animaduersa, sed cūctanter, nō prius cogitatione trāseunte ad sequētia, quā bene pēitatis quæ præcesserāt. Absoluto autē hoc scripto, relegēdum est quotidie, vt assiduitate cōfirmetur memoria, & ipsa præcepta eò magis adlubescāt per assuetudinē, vtilitate honestatēq; sua cōmēdabilia, & animo inferētia sacrū sui desiderii. nā longa consuetudo syncerū amorē gignit nō solū erga homines, sed & erga dignas cognitu literas. id ita fiet, si princeps euoluet à se, nō ab alijs scriptos cōmētarios. nā libētius quodāmodo agnoscet propria, sic secū cogitās. Ego tantus princeps scripsi hæc, nullius vsus opera, cū tot subditos habeam. fortasse vt librum explerem literis velut scribæ mercenarij, aut oculorum acumen exercerem & celeritatem manū sicut notarij, nequaquam, sed vt iuter transcribendum in animam imprimerem, & mēti diuinos characteres inscriberē nūquam eluibiles. Ergo cū alij reges sceptro vtantur pro gestamine, mihi pro sceptro erit hoc legū compēdiū: hoc insigni

gloriabor, hoc me inuictū reddet & inculpabilem, summūq; regis imitatorē. his sacris legib⁹ semper subnixus assequar duas res eximias: primū æqualitatem, qua nihil præstantius. nam arrogantia superbiāq; pusillanimitatis est, in futurum nō prospicientis. at æqualitas conciliat subditorū beneuolentiā, securitatem principi bene merito rependentiū, sicut inæqualitas periculis semper est obnoxia. Hæc igitur effugiā si aduersatus fuero inæqualitatē causam dissidiorū & caliginis. securusq; vitā exigam æqualitatem colens autorē tranquillitatis ac luminis. Alterum verò assequar, vt in neutra partem deflectā velut in equilibrio, recta regiāq; via mandatorū diuinorū incedēs firmis passibus, nec vsquam offensantibus. Talem enim viam Moses solet appellare regiā, qua inter defectū & nimietatē tramitem tenet medium: quoniā in ternione quod mediū est principatū habet, vtrinq; contigua coaptās vinculo insolubili, latera sibi tanquā regi stipātia. Tali autem principi legitimo, ius æquabile honoranti, incorruptē iudicanti, semper meditati iustitiā, longanū principatū propheta proponit vice præmij: non quod annosam ætatem polliceatur rectē administrantibus publicā, sed vt nos doceat, legitimum principem victurū etiam post obitum, relicta post se immortalis virtutis rerūq; à se gestarū memoria. Est autē id quoq; potestatis summæ officium, eligere aliquot administrationis reddendiq; iuris socios. Vnus enim non sufficit, quantumvis alacris fortisq; corpore simul atq; animo, in tā mole negotiorum ac multitudine, quotidie aliis affluētibus super alia: proinde assumendi sunt optimates selecti, spectatæ prudentie, fortitudinis, iustitiæ pietatisq; incorrupti, & ante omnia infensū superbiæ, nā huiusmodi viri maximē idonei sunt ad subleuandū ope sua bonū honestūq; principē. Præterea cū aliquando res magnæ, aliquando minores tractandæ sint, ne in exiguis cōterat operā princeps, sub præfectis eas delegabit, maiores verò ipse examinabit diligentissimē, maiora dico negotia, nō vt quidam existimāt, cōtrouersias quæ inter claros, diuites, poterēsque incidunt, sed quoties priuati, egeni, obscuri, premūtur à potentioribus, cū nulla præsidij spes est nisi in iudice. Quæ dico patēt exemplis sacrae scripturæ, à quibus nō decet discedere. Fuit em̄ aliquādo tempus cum solus Moses præsidebat iudiciis, occupatus & laborans à mane vsque vesperam. tum socer eius superueniens, & animaduertens quanta mole premeretur cōfluente ad ipsius tribunal multitudine, optimē consuluit vt vicarios eligeret

ret qui minora tractent negotia, ipse verò maiora curet, interquiescens non nihil. id consiliū adeò placuit, vt mox probatissimus quisq; allectus sit in ordinem iudicū, reseruatīs prophetæ grauioribus controuersis. Relatū est etiam hoc in sacra volumina, vt haberent quod imitentur posterorū principes: primū ne aspernentur consiliarios, quasi possint ipsi dispicere omnia, cum ne Moses quidē aspernatus sit amicus Dei sapientissimus. deinde vt sibi vicarios secundæ tertiæq; notæ substituāt, ne sollicitudinem impendendo rebus vilioribus, negligant maioris momenti negotia. Impossibile est enim vnum hominem obire omnia munia. ad hoc exemplū adiungemus & alterū, cōfirmaturum quæ diximus. Diximus autē magnas causas esse personarum humiliorū, vt sunt viduæ, pupilli, aduenæ. his debet suū ius summus princeps reddere, qui potestatem habet nemini obnoxia, quandoquidē auctori Mosi credimus, ne Deū quidem rerum omnium regem grauatim causas taliū cognoscere. sic enim vates laudat eius virtutes, dicēs: Deus magnus fortisq;, qui nullius personā respicit, qui sine corruptelis iudicat. moxq; addit quos iudicet, nō satrapas tyrānosq; terra & mari latè imperitantes, sed aduenā, pupillū, viduā. primū illum, quia cognatos, quos solos aduocatos habere potuerat, inimicos sibi infensissimos reddidit, postquā se ad veritatem & vnius numinis cultum transtulit à figmentorū deliriis, quæ parētes, aui, proau, maioresq; ipsius pluriū deorū veneratores sequuti fuerant. secundum vero, quia patris & matris naturali ac necessaria tutela destituitur. tertiam item, eo quod maritū amisit, qui ad ipsius defensionem in parentum vicem successerat. vxori enim maritus tutor est, sicut parentes virgini. & alioqui tota Iudæorū natio est pupillo similis, si cōferatur cū cæteris. nam illæ quoties in calamitates incidunt, adiuuātur mutuis cōmerciis: huic autem nemo fert opem, propter mores ritūsque diuersos ab aliis, concedentes ad virtutis fastigiū, rem pulcherrimā sed eadem difficillimā, ac proinde à vulgo voluptati posthabitā. Cæterū Moses pollicetur huic orbitati desolationiq; nunquā defore prouidentiam cælestis numinis, tāquam peculiari sibi prouiniæ, totiusq; humani generis ceu sacratīs primitiis. in causa est inclita iustitia virtusq; primorū aurore huius gentis, vnde quasi ab immortalibus plātis perpetui fructus germināt & proueniūt salubres etiā posteris vtilissimiq; ad omnia, atq; insuper peccatis eorū afferētes remedium, modò non sint prorsus insanabilia. Nemo

tamen summam felicitatis in generis nobilitate collocas honestas actiones negligat, reputans grauiori animaduersioni fieri obnoxium, quisquis ex optimis prognatus maiores suos vitis decorat, discedens a virtutis exemplis domesticis: quorum reliquiis omnibus deletis ex animo, non potest meritam reprehensionem effugere. Est & aliud interdictum iustissimum, quo cauetur ne reipublice princeps dolose versetur inter suos subditos. nam fallaces mores ad seruile non liberale ingenium pertinent, dum rebus simulatio pratexitur. at princeps ad hunc modum tractare suos non debet, qui parentis locum inter eos obtinet, ac vicissim tanquam a germanis filiis reuerentiam postulat. Sunt enim principes (ut verum fatear) publici parentes civitatum & gentium, quotquot boni sunt, nec cedunt pietati naturalium. Contra qui in subditorum detrimentum abutuntur potentia, nequaquam principes sed hostes appellandi sunt, cum agant hostilia. Sic & qui per dolum inferunt iniuriam, peiores sunt apertis hostibus: siquidem hi propulsantur facile, delecto infenso animo. at illos sua malitia deprehendi non sinit, tanquam in theatro personatos sub alieno habitu, tegentesque veram faciem. Est autem quedam principatus species in quovis vitae genere, sola distans magnitudine. quod enim est in civitate rex, hoc in vico magister, in domo dominus, inter egrotos medicus, imperator inter milites, praefectus classis inter navales socios, inter vectores nauticus, inter nautas gubernator. hi omnes & prodesse possunt & obesse, debent tamen id velle quod est melius. praestat autem iuuare quoscunque possis pro viribus. nam praecipit vulgo triuium Deum sequere, non aliud significat: quandoquidem ille quoque cum vtrumque possit, mavult bene facere, ut liquet ex mundi creatione atque regimine. non enim dedit essentiam, confusa digestis in ordinem, nouas qualitates rebus indidit, similia fecit est dissimilibus, est diuersis eadem, ex insociabilibus & dissitis cohaerentia sociabilibusque, ex inaequalibus aequalia, ex obscuris illustra. semper enim cura est ipsi & beneficis eius potestatis, ut quicquid delinquit deterior essentia, transformetur in melius. huiusmodi exempla imitari decet bonos principes, si modo cupiunt reddi Deo similes. Quoniam autem plurima fallunt mentem hominis, ut potest implicitam tot sentibus, per vanas opiniones facile decipiuntur. imò insensibilem mortali corpori ceu cuidam tumulo, non pudeat iudicem nescire quod nescit. alioqui fiet seipso deterior, veritatem exterminans ex anima, & insuper multis modis laedet eos quibus ius dicit, caecas sententias proferens, cum

quid

quid iustum sit non videat. quoties igitur non satis causas perspicit propter perplexitatem earum & caliginem, recuset officium iudicis, & litigatores ad accuratius tribunal ableget. id vero non aliud fuerit quam sacerdotum atque pontificis. nam legitimi cultores Dei merito possunt plurimum, qui ne leuia quidem errata negligunt propter excellentiam summi regis in cuius versantur obsequiis. quapropter praecipitur omnibus sacrificis ut sobrii sacra faciant, ne subrepens delirationis potio hebetet oculos animae. Et forsatis quoniam verus sacerdos simul etiam vates est, non tam generis quam virtutis beneficiorum consecutus sacerdotum veri numinis. ideo nihil ignorat: quippe qui habet in seipso solem intelligibilem, & lucem omni umbra carentem, ut facile percipiat ea quae sensum effugiunt, & sola ratione comprehenduntur. Item qui mensuras tractat ac pondera, negotiatores, caupones, institorumque, & quotquot victui necessaria vendunt seu arida seu liquida subiicitur quidem aedilibus, debent tamen sibiipsis esse pro magistratibus si sapiunt, & non praemetu quod iustum est facere, sed ex libera animi sui sententia. vltro enim officium ubique coactio praefertendum est. ideo praecipitur cauponibus, negotiatoribus, & ceteris huiusmodi vitae institutum sequentibus, ut iusta pondera mensurasque habeant, nullis tegnis intidiantes emptoribus, sed ingenuis absque omni furo dicentes facientesque singula, sic cogitantes, quod iniqua lucra sint damnosissima, & eductio diuitiarum cum iustitia coniuncta nunquam intercidat. Et quoniam operae praemium mercedes proponuntur opificibus, quod genus hominum ex inopibus constat non ex diuitibus, lex iubet ut abique procrastinatione representetur eis quod debetur. Iniquum enim fuerit diuites frui pauperibus, & cum ipsi laure viuunt, differre solamen eorum inopiae. Haec nonne rudimenta sunt manifestaria, quibus praecaveretur ne peccetur grauius. nam qui ne mercedem quidem sinit differri vltra praefinitum terminum, hoc est vltra vespem, quando cemeritam stipem referre domum debet opifex, nonne multo magis interdicit rapinis, furtis, decoctionibusque, & id genus aliis, fingens formansque animos ad probitas omnibus virtutis species: illud quoque recte interdicitur, ne quis impetret alterum conuictio, praesertim surdum, qui ne sentiens quidem iniuriam, par pari referre non potest. est enim iniquissima conflictatio, ubi altera parte agente, altera tantum patitur. quisquis autem muto surdoque facit conuictum, similis est facienti caecis offendiculum, & obliuienti praepedibus: quod cum illi transcendere

G iij nese

nesciunt, & aberrant à via, impingēdo crura oblādunt. Hos & eorum similes lex merito minis celestibus intentatis territat, quandoquidē solus Deus protegit nō valentes sibi p̄s succurrere, viderūq; illa tantū nō his verbis increpare iniurios: o vacua cerebro capita, creditis vos latere posse dum illuditis miseris, & calamitates eorū derideis, maledicēdo surdis aurib⁹, & cacos inducēdo in lubricū: certē Deum inspectore speculatorēq; rerū omniū non latebit vestra insultatio petulās, cum & ipsi circūferatis corpora similibus malis exposita, & sensus vitiabiles, leuīq; momēto hebetari faciles, & iterdū post acceptum detrimentū insanabiles. itāne immemores vestra cōditionis putatis vos exēptos ab humanis necessitatibus naturalibus & ab incertis inexpectatisq; fortunæ insidiatricis casib⁹: quæ saepe repētino percellit vulnere, & in media vitæ trāquilitate tantū nō in portu nauigātibus infert naufragiū. quid opus est vos insultare alienis miseris, quasi nō iustitia diuino tribunali assideat, quā reuereri debueratis, in opitis oculis lustrantē omnia vel in penitissimis recessibus, haud secus ac in luce clarissima. talium crudelitas, opinor, nō abstineret nec à mortuis iniuriā, iugulatura hos quoq; iuxta vulgare prouerb. quādoquidē partibus quodāmodo prāmortuis pōverētur illudere: oculi em̄ dum nō vidēt sunt mortui, sicut aures dū nō audiunt. itaq; si post cladē mēbrorū suorū etiam totus homo tolleretur ē medio, ne tum quidē ad miserationē moueretur istorum immanitas: adeo aleni sunt ab omnibus humanitatis affectibus, quos etiā infensissimis hostibus nōnunquā exhibem⁹ post obitū. Verū de his haecenus. Deinceps autē contexuntur alia praecepta similia, de nō miscēdis coitu iumentis diuersi generis, de nō faciēda semēte inter vineas ob reportandū fructū duplicē, de nō induēda veste improbo artificio cōtexta ē duabus diuersis materiis. quorum primū opponitur adulteris, quo magis intelligatur nō esse insidiandū alienis thalamis, nec vitandos mores mulierū, nec corrupendā spē posteritatis procreandæ legitimē. qui em̄ bruta saliri nō vult à diuersæ speciei admillariis, quāto magis mōchos ē sua ciuitate reiiciet? Huc pertinet etiā quod de iustitia disseruimus, quandoquidē nihil vetat eadē alibi repetere, modò cōueniāt. Est igitur iustū ea cōiūgere, quæ societatis sunt capacia. sunt autē ad societate nata quæcūq; cadunt sub eandē specie: sicut diuersorū generū nulla est cōsociatio, quæ si quis miscet coitu nefario, ius naturæ quā

tum

tum est in se, tollit ē medio. p̄inde sacra lex hic quoq; rationē habet iustitia, adeo vt ne arationem quidem fieri permittat iumentis imparibus robore, vetans sub idē iugum agi iuuecum & alinū, ne fortē dum contendit cū robustiore infirmior, lassus succumbat operi & in labore deficiat. & tamē taurus qui est validior, cēsetur inter pura animalia, sicut inter impura afin⁹ infirmior: nihilominus vel deterioribus in specie, nō inuidetur ius suum, vt discāt (opinor) iudices inter iudicandū obscuro loco natos nō contemnere, quādo nō generis examen agitur, sed virtutis aut vitij. Huic mādato simile est illud vltimum, de nō texēda vna lana ē duabus materiis, lana linōq;: hac enim nō solum propter diuersas species malè cōueniūt. verū etiā quia nō est par eorū firmitas, vt sic in vsum recepta facilius rumpantur cū contexta fuerāt. his duobus praeceptis mediū est interpositum de nō faciēda semēte in vinea. primū ne hoc modo confundantur diuersa genera, segetes enim & arbuta nihil habēt simile. ideo natura quoq; non eodē vtrisq; prae fixit terminos prouētus annui: sed mensibus ver, astatibus autē extremū cōportandis arboreis fructibus. itaq; fit vt eodē tēpore illæ flauescāt quæ prius viruerāt, arbores verò germinēt squalore deposito. per hyemē enim arborib⁹ fronde nudatis virent segetes. vere autē redeūte arescūt, quādo germināt mites siluestresq; arbores atq; ita ferē circa eundē terminū cereales fructus maturescūt, & arborei se exerūt. merito igitur tam distātes res natura, germinatione maturitatēq; legislator cōiūgiverunt, vt omnia disponderet ordine. nam ordo affert ornatū, quē adimit cōfusio. Alia verò hui⁹ legis causa est, ne altera species ledat ab altera, dum sibi inuicē alimēta subtrahūt, & humor in multas stirpes absumptus languidiores eas facit prae inopia, aut in totū steriles, aut fructū degnerē. Est & tertia ratio, ne bon⁹ ager prematur onere grauissimo, vexatus vel ferētū plantatiūq; operis in orbē redeūtibus, vel duplicata ferocitate fructuū. Satis enim est si dñs ē suo pradio tributū vnū exigat annuū, sicut rex ē sua ditione. qui verò plura tributa conatur imponere subditis, nō facit officiū boni principis, sed auari & pugnātis cū naturæ legibus: quapropter quicūq; colonus nimis ad rem attētus inter arbuta seminat, potest obiurgari his verbis legislatoris: Cur sauior es regib⁹ ciuitates regionēsq; debellātibus? Illi prospiciētes futuro tēpore suis parcūt p̄uincialibus cōtenti vno tributo annuo, ne subiectos redigāt cito ad extremā inopiā. Vos

G v autē

autē cum ex eodē fundo colligatis ex vere hordeū atq; triticū in æstate fructus arboreos, duplici eum tributo grauatū opprimitis, fieri nō potest quin exhaustus deficiat, quēadmodū athleta cui respirare nō datur ac vires colligere vt certamē redintegrēt. videmini prorsus obliti vtilitatis publicæ, alioqui si meminissetis præcepti proditi de anno septimo, quo iussi agros vt sacratos interquiescere, immunes ab operib⁹ rusticis, in gratiā laborum exantlatorū per cōtinuum sexēnium, & anouorū prouentū iuxta præscriptos à natura terminos temporū: nihil cōtra receptum morē tentaretis ob avaritiam, nouas culturas cōminiscēdo, faciēdo sementē inter arbuta & vineas: vt gemino reditu iniquo vtroq; quotānis augetis rem domesticam, aure colligētes pecuniā istis vestris vastis cupiditatibus, certē nō est eiisdē hominis, cessationē immunitatēq; septimo quoq; anno suis prædiis cōcedere, vt quies hac ea reficiat, & duplicibus eadē grauare premerēq; oneribus. proinde necesse habui execrari vt impuros huiusmodi reditus, siue autūni fructus sint siue fruges æstiuæ: quādoquidē hoc pacto vim genitalē terre velut obtorto collo cognitis seruire vestræ avaritiæ, & diuinæ beneficentiæ illuditis, nullū modū finēve imponētes luxui. Ergo non cōplectemur talia monita, quę procul homines arcēt ab avaritia, retūdēdo eam acriter: nā si priuatus ciuis discat iniqua lucra è suis arbutis cōtemnere, idem ad principatū euectus viros æquē ac mulieres tractabit more solito, nec tributa exigēs duplicia, nec vectigalibus ciues opprimēs. cōsuetudo em̄ inolita ingeniū eius mite lenēq; faciet, & tanquā pedagogus formabit in melius: hoc est meliorē notā iustitiæ in animū illius imprimet. Hæc sunt quę præcipit lex singulis ciuibus, sunt & alia quę gēti vniuersæ imperat, cōmonens quomodo se gerere debeat nō solum erga socios amicōsq;, verū etiā erga eos qui deficiuerūt à fœderibus. Si receperint se intra munitiones violato fœdere, iuuetus vestra expeditionē suscipiat armis instructa & apparatu cætero, obsessisq; hostibus oppugnationē differat, ne quid per iracūdiā aggrediatur temerē. oportet enim ante omnia per feciales inuitari eos ad renouāda fœdera, simulq; ostēdari copias gerendo bello idoneas. tū si pœnitētia defectionis admiserint pacē quibuscunq; cōditionibus, recipiantur libēter in amicitiam. pax enim quātumvis iniqua, bello præferenda est. q̄ si obstinati perstiterint in eadem insolētia, nostri quoq; fortī animo rem gerāt, inuictæ iustitiæ freti auxiliis, admoueāntq;

(machin

machinas muris hostilibus, & demoliri partē eorū, irrumpant strenuē conferto agmine, telis feriēdo eminus & gladiis cominus cædendo ad satietatem, inferēdoq; cladē quā accepturi fuerant, donec stratis internecone hostibus, victores auro argentoq; portantur & præda cætera. tum verò urbē quoq; deleāt incendio. ne denuo belli sedes fiat nouis hostibus, & vt exemplo eius terreatur finitimi, quādo hominū ingenium ex alienis calamitatibus solet discere modestiā, à virginibus autē & mulieribus abstineatur iniuria, quādoquidē ab his nihil est periculi, quas immunes à militia natura esse voluit. Vnde liquet Iudæorum gentem sociam & amicā esse omnibus pacem amantibus: nō cōtemnādā tamen, vt cui satis animorum sit ad repellendam iniuriā, si quis vltro velit lacefcere. discernit autē in bello, qui se infestēt, qui nō. nam cædibus seruire in immeritos aut leuiter noxios. immanis est ferociæ, & iisdem cladibus mulieres cum viris inuoluere, quarū vita pacata intra priuatos parietes se continet. Tantus porrō amor iustitię ex institutis domesticis cōcipitur, vt ne agros quidem hostiles vastare liceat, & arbuta cedere ad fructuum interitū. Videtur enim lex dicere: Heus tu, cur inanimis stirpibus infensus es, mitibus & mites fructus ferentibus: num aliquā significationem odij præ se ferunt arbores, vt aut læsus, aut ne ledaris veritus, eas eradicēs? nō profunt victoribus præbēdo rerū copiā, vel victui necessariarū vel deliciis. non à solis enim tributa exigūtur hominibus, sed vtiliora etiā quotannis ab arboribus, sine quibus non datur viuere. siluestrem autē & sterilem materiā licet cuiuis cedere ad valum & munitiones, aut si op⁹ fuerit, ad parādas scalas turresq; ligneas. ad ista enim & similia vsus earū est præcipuus. Hęc sunt quę ad iustitiā attinent, quā nullus pœta, nullus scriptor satis laudauerit: tanta est eius excellētia. nam vt reliqua eius bona filēatur. vnum hoc omni laude maius est, quod ipsa omnes creaturas cōciliat. Est enim æqualitas, vt natura scrutator es asserunt, mater iustitiæ. est autē æqualitas lumē clarissimū, sol (vt ita dicā) factitius: sicut ediuersō inequalitas, tū in defectu, tum in nimietate, fons & origo caliginis. At æqualitas omnia vel in cælo vel in terra bene disposuit iure humano diuinoq; immobili. Quis enim nescit, solē dimetiri æquabiliter diernū noctiūmq; vices & spatia certis proportionibus: siquidē quotānis recurrentiā quę ex re vocantur æquinoctia, vernum autumnalēque natura tam manifestē signauit, vt vel indoctissimi sentiant, quantitate dies

pares

pares fieri noctibus. Quid lunæ cursus recursusq; à cōiūctione vsq; plenilunium, & inde rursus vsq; coitū & interlunium, nonne paribus dimetiūtur spatiis? nā siue crescat, siue decrescat, vtrūq; sit numeris dierū æqualibus, & augmētis detrimentisq; parilibus, adeò in cælo quoq; purissimo eximius honor habetur æqualitati, sicut & in vicino eius aëre. Cū enim quadrifariam annus sit diuisus in horas quas vocāt, aër mutari solet naturaliter his vicissitudinibus, ineffabilem ostendens in hac ipsa permutatione ordinē. nam in totidē menses hyems, ver, æstas, autumnus distribuitur, trinos videlicet, atq; ita expletur annus solidus: quem ideo Græci *ἐνιαυτόν* nominant, quia in se recurrit sua per vestigia, in se coplectens omnia, quod aliās fieri nō poterat, nisi adiuuaretur horarū dictis vicibus. Eadem æqualitas à cælestibus extēdit se ad terrestria, pro suo vigore nativo, cū sit ætherea natura prædita, & illic ex propinquo cūcta disponēs sublimia, & deorsum more solis mittens secūdos radios. Quicquid enim apud nos peccat, est inæqualitas: quicquid nō decedit ab officio, æqualitatis opus est: quā in rerū vniuersitate propriè mundum dicere licet: in ciuitatibus optimā & maximè legitimam reipub. speciem democratiam, siue popularem administrationem: in corporibus sanitatē, virtutem in animis. nā ediuersò inæqualitas morborū ac vitiorum causa est. Aetas quantumvis longa me deficeret, si vellem percensere omnes laudes æqualitatis, & ex ea natæ iustitiæ: ideo satius iudico iam dictis contentum esse, & ad excitandam studiosorū memoriam, reliquas illarum imagines consecrare in ipsorum animis.

PHILONIS IVDÆI, De Fortitudine.



DE Iustitia & his quæ ei coniuncta sunt locutus quantum visum est esse cōmodum, transeo deinceps ad Fortitudinem, non illam vulgarem armis martiis saeuientē rabiem, sed aliam, quæ sapientiam non iram in consilium adhibeat. quidā enim elati audacia, fretiq; robore corporis, in acie muniti armatura ferrea, post magnas strages hostiū editas, clarā quidē, at non propriam laudem rei bene gestæ referunt, appellati gloriosi victores plebeio iudicio: cū sint im-

mabes

manes beluæ, aucta per diuturnam meditationē genuina ferocia sitientes humanum sanguinē. alij verò domi manētes, corpore affecto morbis aut senectutis molestiis, sed meliore sui parte animo iuueniles ac validi, magnanimitate pleni atq; fiducia, ferrū ne in somnis quē tractare soliti, bonis consiliis sepe iuuerunt rem & privatā & publicam in summo salutis discrimine, constanter sequendo vtilia vel amicis vel patriæ. hi sunt qui exercent se in vera fortitudine, meditatores sapiētiae, penes alteros est solum nomen fortitudinis, imperitiæ morbo inmedicabili obnoxios, quos aptius audaces quàm fortes dixeris: sicut adulterini numi referunt nō nihil verā principis effigiem, nec desunt & alia in vita toleratu difficilia confessione omnium, paupertas, obscuritas, defectus integritatis sensuū mēbroiūq; & morborum species multifaria, quibus succumbūt pusillanimes, ita vt non possint se contrā erigere. Sed quicūq; generoso animo ad certamen sese expediunt, fortiter contemnūt minas istas & terricula, opponuntq; paupertati opulentiam, nō illam cæcam, sed aliam perspicacem, quæ mundum suum recondere solet in animo. multi enim paupertati succubuerunt, tanquam ignaui athletæ propter infirmitatem animi. ceterum vero iudicio nemo egenus videtur qui cōtentus est naturæ diuitiis nunquam deficientibus, primū aëre quo indefinenter alitur, respirans noctu & interdiu, deinde largis fontibus amnisq; tā torrentibus quàm perēnibus sponte potū copiosum subministrantibus: itē arboribus varios fructus ad cibū quotannis porrigētib. nā hi certē desunt nomini, sed passim omnibus præsto est magna eorum abundantia. quod si qui contemptis naturæ diuitiis sectantur istas quas vulgus falso sic nominat, malunt sequi cæcum ducem quàm videntem, & infirmo baculo innixi vitare nō possunt quin procidant. Dixi quas opes corpori suggerat naturæ munificētia: dicam & alias angustiores, quæ nō omnibus cōtingūt, sed solis diuinis viris & verè venerabilibus. Eas opes sapientia porrigit per rationales, morales, naturales cōtemplationes atq; dogmata, ex quibus virtutes proueniūt, quæ luxum eiiciunt ex animo, & frugalitatis amorem excitant, ad quandā Dei similitudinē. nā & Deus nulla re indiget, sibi ipse sufficiens. at malus vir requirit plurima semper quæ desunt appetēs propter cupiditatē insatiabilem, quàm ipse quasi ignem fouēs ad parua æquē atq; magna lucra cōrendit. cōtrā bonus paucis contentus, in naturæ mortalis immortalisq; situs collimitio, corpus quidem

quidem habet egestati obnoxium. animum verò diuitem, aspiratè ad immortalitatè, atq; ita paupertati opulètia opponitur, obscuritati verò gloria. laus enim cū à virtute proficiscatur, velut à fonte perenni, nō moratur vulgi suffragia, animorū inconstantiam aperientis incertis vocibus, quas nonnunquā largitionibus corruptum perfrieta fronte venditat, itaq; horū vilis est existimatio. virtus enim nō latè inter mortales diffunditur, defectui verò sensuum in multis viuis præmoriècium, cū aliud remedium nō inueniatur, obiicit se prudètia res præcellentissima, illustrans mētis oculos, incōparabiliter acutiores quā istos corporeos. nam hi superficiem cōtemplantur rerū visibilibus, adiuti externo lumine, illa intimos etiam sinus penetrat, tota quāta sunt corpora diligèter considerās, & insuper naturas incorporeas, quas sensus speculari nō potest. nam ferè totā perspicacitatē oculorū intelligit, nō indiga lucis ascititiæ cū ipsa fides quoddam sit, instar illorum cælestiū, proinde morbi corporis tātisper dum anima sana permanet, nō lædunt admodū. est autē animæ sanitas, bona cōstitutio potentiarū eius, iritabilis, concupitiuæ, rationalisq; ita vt rationalis cæteris prepolleat, & utrāq; velut effrenes equos cohibeat. huius sanitatis proprium nomē est sobrietas. Græcè σωφροσύνη, q; cōseruet prudentiam, & eā nostri partē qua sapimus. Curat enim ne perturbationib; rāquam fluctibus pulsata oppugnatāq; pessum eat, sustentans eam artollensq;, & quodāmodo animās immortalémq; faciēs. hæc autem omnia quo pacto fieri oporteat, multis in locis docemus sacris legibus, ingenia docilia lenius admonētib; cōtunc maces verò grauius obiurgātibus: vt contempnant res externas ac corporis, & vnicū scopum sibi proponāt, vitam cum virtute agēdam, cætera tantifaciant, quātum cōducunt ad hoc propositum. Et nisi disseruissem in præcedentibus scriptis de singulis quæ conferūt ad modestiā, prolixius nūc agerem, cōtexēs & in vnum contrahēs præcepta passim super hac re prædita: sed quia tunc dictum est quātum licuit pro tempore, nō libet eadem repetere, si quē nō pigebit superiores libros legere. inueniet quicquid dictū est de modestiā, posse accommodari ad fortitudinem: quoniam constantis, firmi generosiq; animi est, despiciere cūcta quæ fastus suspicit, syceræ vitæ corruptor. Tanta porro contentione lex studet exercere cōfirmarēq; animos ad fortitudinē, vt & de vestimētis qualibus vtendū sit præcipiat, disertè interdicens ne vir sumat muliebria, ne vel vmbra aut vestigiū effemina-

natio

nationis sexui masculino inurat aliquā maculam. semper enim naturam sequēdo obseruat quid deerat etiā in rebus minimis, que infra curā legislatoris videri poterāt: cū enim animadverteret difformia esse virorū mulierūq; corpora, & utrūq; sua esse officia: alteris attributā curam rei domesticæ, alteris publicæ, & ab ipsa natura nō ad eadē factos negotia, oportereq; bonam mentē sequi naturā instituta, vrile iudicauit de his quoq; rebus decernere, scilicet de victu amictūq; & huiusmodi cæteris. voluit enim virū etiā in his se vt virū decet gerere, præsertim in vestitu: quem cum die noctūq; circumferat, talis esse debet vt eum semper decori honestatisq; admoneat. sic & mulierem ornans pro dignitate, vetat virilem vestem sumere, longè submouēs tum effeminosos viros, tum plus æquo viriles scēminas. Nam si vnum aliquid muraueris, ne cætera quidē pristina formā retinēt, vt licet in ædificiis cernere. Præterea cū res hominū duobus spectētur tēporibus, pacis belliq;, suas quodq; virtutes requirit. Verūm de aliis dictū est aliubi, & rursum posthac dicitur, si opus fuerit, nūc non obiter disquirendum videtur de fortitudine: cuius etiam in pace opera legislator laudauit sæpenumero, prout opportunū fuit, de quibus suo loco mentionem fecimus. Idq; aggrediemur dicere quātum in bello valeat, illud præmonēdo: cū habetur delectus militū non oportere vniuersam iuuentutē euocari, sed esse exceptionē ob causas immunitatis idoneas. Ante omnia nō admittēdos timidos ob natiuam pusillanimitatem futuros sociis exēplo ignauiæ, facile enim serpit vitiorum cōtagio, præsertim in tumultibus bellicis, ratione per contētionem turbata, nec satis valente discernere quid tentare debeat. Tūc enim ignaui cautos se vocāt, timidi consultos, segnes prouidos, prætexendo vitia turpissima honestis vocabulis. Me igitur taliū militia detrimēto afficiat rempub, & pro sit partibus hostium, ignauos facile trucidantium, legislator sciens inertē turbā impedimento esse non adiumento, prohibuit timidos: sicut & ducibus corpore inualidis nemo imponit necessitatē militia, quos excusat infirmitas. nā timiditas quo; morbus est, & quidem grauior quā corporis. alter enim non diu durat: hæc verò coalita cum membra agnata corpori, à tenera ætate perseverat vsq; ad extremā senectutē, ni Deus remedium attulerit. is enim potest omnia, nec tamen omnes audaces iubētur dare nomina, etiam si animo corporēq; validi cupiāt cū primis patriæ nauare operā: sed laudata ho-

rum

rum prompta volūtate, & alacritate approbata sociis, examinat dux nequibus sint obnoxij causis efficacibus ad distrahendos à proposito eorum animos. Edicitur enim vt si quis ædificauit domum, necdum immigrauit in eam: siue plantauit nouellam vineam opera sua, necdum aduenit tēpus vindemiæ: siue spōsam habet virginē, necdum celebrauit nuptias: abstineat à militia, humana sanè remissio duab⁹ de causis: vna quoniā incerti sunt casus bellorū, nequis ociosus fruatur alienis laboribus. iniquū enim visum est nō permitti ē propriis fructū percipere, & cum alius ædes extruxisset, inhabitare has aliū, & ex confitis ab alio vitibus alium vindemiā facere: cumq; alius procatus sit, alium nuptam domū ducere: atq; ita sua spe frustrari qui aliquid comodi in vita expectauerit. altera verò causa, ne presentes corpore in exercitu, absint animo. necesse est enim mentē illo tendere, quò desiderio trahitur. nam quemadmodū esurientes sitientesve ad conspectū cibum potūve accurrūt vt auiditatem expleant, ad eundē modum quicūq; vxorem legitimā aut domū aut prædiū parauerūt sua industria, sperantq; se iam iam poturos eorū cōmodis, ægreferūt speratum fructū intercipi sibi: vt quamuis versentur inter socios, meliore tamen sui parte absint animo, quo solo res fortiter aut secus geritur. hos igitur & similes in delectu militū prætereundos legislator noster existimat, & asciscēdos alios integros ab omnib⁹ perturbationibus, vt expediti liberiq; sine tergiuersatione aggrediantur pericula. sicut enim armatura solida nihil pdest infirmo, aut mutilato corpori, quòd perfervi nequeat: sic anima infirma corpus quoq; malè afficit, & inhabile reddit ad præsens negotiū. Eam ob rem non solum tribunos ceterionēsq; & ceteros ductores ordinum, verum etiam singulos milites inspicit, examinans tum robur corporis tum mentis habitum: illud num vsquequaq; sanum sit & integrum, absolutū partibus omnibus membrisq; agile: hāc vero num audacia plena sit ac fiducia, sui cōpos & cōtemprix terrores, ad hāc honoris cupida, & honestā mortē vitē ignominiosā præferēs. hāc enim vel singula proculdubio valent plurimū: si verò in vnum conueniant, fortitudinem afferunt inexpugnabilem, adeò vt incruenta victoria potiri liceat: quòd exēplo euidētissimo docent sacræ literæ. Arabū gēs est numerosissima, quos Hebræi prisca Madianzos nominabāt. hi cum odio profere querētur Hebræos, vt deditos cultui summi numinis, & ab ipso in tutelam receptos, omni conatu variisq; artibus tentabāt eos

à vera

à vera pietate ad impias superstitiones seducere: quòd nō sperarent alias consecuturos se de illis victoriā, cumq; parū eis succederet quicquid dicerent aut facerēt, præ desperatione ruētes in pericula tali vsi sunt stratagemate: accitis mulierū formosissimis, sic eas alloquuti sunt: Videtis immēsam Hebræorū multitudinem, eāmq; munitā egregiē cōsensu atq; cōcordia, vt aut sint vnanimes, facit cōmunis vnus Dei religio, à qua ceu fonte nascitur indissolubilis amicitia. potest tamen homo voluptate decipi, præsertim venerea. Vos estis forma venustissima ornata, cui natiuæ insunt illecebræ, & iuuetus procliuis est ad incōtinētiā, nec vos deterreant scortationis adulteriūq; nomina, quasi allatura dedecus, cum ediuersò tanta proponatur vtilitas publica, quæ faciliè præsentē turpitudinem vertet in immortalē gloriam, si hoc astu succedente vestris corporibus redemeritis de hoste victoriā, animis certè incolumis constabit sua pudicitia, quam in futurū licebit vobis colere. ita hoc bellum conficietur cum peculiari laude mulierum, quod virorum virtute debellari non potuit. Fatemur enim nostrum sexum hostibus imparē, omni apparatu instructioribus. vester sine dubio dabit victoriā, & rem bene geret absq; periculo. nam sine cruore, atq; adeò citra puluerem, solo aspectu superabitis aduersarios. his auditis foeminae quæ castitatem ne per somniū quidem cognouerant, & educationem honestā nunquam gustauerant, libēter consenserūt: omissoq; ficto castitatis studio, quod paulisper simulauerant, ornant se preciosis vestibus monilibusque ac muliebri mundo cætero, atq; ita cultu exquisito natiuā augment pulchritudinem, & magna contētione ad captandam iuuentutem circūuentu facilem in apertum prodeunt. Vbi verò accesserunt propius, aspectibus meretriciis & verborū lenocinio, saltationibus etiam ac lasciuis gestibus, iuuenum partem non cōtempndā pelliciunt: pertractisq; in stupri societate animis nulla morum disciplina constabilitis, ad profana quoq; sacra eos induxerūt, & libationes nefarias manu factorū numinum, ab alienatos à religione veri Dei quæ antea piè sanctēq; coluerant, quo facto retulissent viris suis lætum expugnati hostis nūtiū, ni propitius Deus casum miseratus repræsentasset amicitia deploratæ supplicium. Erant autem vigintiquatuor milia contacta hoc crimine, ita vt ceu torrente abrepti castigatione seuera tollendi essent è medio, ad metu continendos reliquos in officio. proinde gentis princeps qui pietatem auribus suorū

H per

per præcepta plurima inculcauerat, è singulis tribub⁹ milenos delegit fortissimos, sanctitatis dolo malo violatæ vindices: vt eos qui sperarent pietatem astu muliebri penitus subuertere, ferirent ultore gladio, quâuis non plures quàm dixi deceperât, is exercitus exiguus numero contra plurima hostiû milia progressus in aciem, virtute ac rei militaris peritia superans, cum singuli cohortis animos gererent, contemptim irruit factu cuneo, stratisque primoribus manipulis simul ac subsidiariis, ad primum clam orem sublato cladem ingentem patrauit, & internecone deleuit hostiles copias. denique ne mulieribus quidem pepercit, quæ impio consilio virorum assenserant: solæ virgines seruatae sunt atatis innocentis miseratione. Hæc victoria fuit incruentissima, nemine desiderato è sociis, ac ne sauciato quidem, sed cunctis integris in castra reductis ex acie, atq; etiâ valentioribus quàm exiuerant iuxta veram estimationem, quippe quos alacriores victoria reddiderat, conduplicatis eorum viribus, nec alia fuit causa huius felicitatis, quàm quòd fortiter pro pietate in certamen descenderât, cuius propugnator & adiutor Deus esse solet, consilia bona suggerens, & robur addens corporibus. liquet enim opem diuinam affuisse, vel quia multò plures à paucis prostrati sunt prostratiq; vel quia nemine hostium superstito nemo sociorû periit, integris & viribus & numero. Quapropter exhortans ad bene viuendum vates sic loquitur: Si iustitiæ cæterisq; virtutibus operam dederis, vitam pacatam viues: aut si bellum exoriatur, facile hostes debellabis, Deo clam obcunte imperatoris munia, cui salus bonorum, virorum semper cordi est. Ergo siue pedestres equestrésq; copiae cum armis ingruant, siue inuiciora loca in potestatem eorum veniant, siue apparatus belli fiat maximus, caue formides. etiam si minus instructis sis apparatu, sociis, armis, locorum opportunitatibus, & comitatibus. illas enim opes, velut nauem onerariam refertam variis mercibus, sepe repentinus vêtus submersit aut allisit. mediocres autem res & tenues, velut spicas iam per squalorē sitimq; languidulas, Deus rore pluuiæq; salutaris demissa excitauit ac reparauit, & ad maturam frugem perduxit. Vnde satis apparet, quòd iustis piisq; prospicere nunquam desinat. nã quicumq; cum Deo fœdus habet & amicitiam, hi felicitatis tenent fastigium: sicut ediuersò longè miserrimi sunt, qui sentiunt illum parum propitium. Hactenus & de fortunâ sine dixisse in præsens sufficiat.

PHIL.

PHILONIS IVDÆI, De decalogo quod est iuris summarium.

VITAS sapientum, quos Moses autores nostri generis prodidit, & leges nō scriptas, quas sacrae literæ cōtinent, in superioribus libris satis indicauimus: reliquū est vt deinceps leges scriptas speciatim excutiam diligentius, ne penitior quidē & allegorico earū sensu præterito, propter mentes studiosas paradæ sciētiae, obscura non minus quàm aperta inquirere solitas. Si quis igitur quærat, cur nō in ciuitatibus, sed in vasta solitudine hæc leges perlatae sunt, respondēdū: primum, quia pleræque ciuitates vix dici potest quàm refertæ sint vitiis, siue spectes impietate erga numen cæleste nefariam, siue mutuas iniurias hominū. nihil enim in his nō deprauatur, vbi adulterinæ res plures sunt quàm legitimæ, & veræ nō tantum valent quantū verisimiles, naturā suam tegētes mēdacio, & falsis imaginibus illudentes vulgo credulo: vbi etiâ fastus insidiosus exoritur adoraturq; à vanis hominibus, stupētibus ad cōspectum coronarū aurearū & purpurae sellarūq; curuliū, quibus impositas celsas potestates diis æquas officiosa turba asseclarū prosequitur, inuectas quadrigis mulorū æquorūve, interdum etiam lectica gestatas succolātibus hominibus, & ipso corporis habitu animū seruitute oppressum ostēdentibus. Is fastus aliorum quoq; multorū malorum est opifex, arrogantiæ, cōtemptus impietatis: vnde origo bellorū externorū & ciuiliū, dū terra mariq; turbatur, nō publicis rebus nō priuatis in quiete manētibus. & quid opus est de mutuis hominū iniuriis dicere, cum idem fastus etiā res diuinas paruipendat, quarū honor putatur præcipuus? quis enim honor esse potest, vbi deest veritas, res honorata, sicut & nomē eius: quādoquidem illi cōtrarium mendacium suapte natura est vile ac aspernabile. Quam autē cōtempta sit religio, sciunt qui modò vtuntur oculis. nam pictores fictoresq; innumeris simulacris tēpla sanāq; repleuerūt & circūdederūt, eaq; surda & inanima dignati sunt aris ac honoribus cælestibus, quod genus hominū sacrae literæ natis ex meretrice

H ij ad sim

ad simulant. sicut enim hi patres appellant omnes, à quibus mater adamata fuerat, cū naturalem parentem nesciāt: ita populi oppidatim ab alienati à veri Dei notitia, innumera sibi cōtebra uerūt falsi nominis numina: cūq; alius aliud coledū accepisset, ex hac de summo bono dissentione cetera cōtentiones uniuersa enatae sunt. & hoc est cur extra ciuitates legē diuinā perferri placuit. huc accessit causa altera, q̄ ad sacras leges recipiēdas animus purificatus requiritur, elutis maculis quæ harēt ex miscellanæ turbæ in ciuitatibus degētis cōragio. id uerò non est possibile aliter quàm in secessu efficere, & lōgo tēporis spatio, donec exolescāt & enascāt ueterū errorū species ex animo: qui modus obseruatur etiā à peritis medicis, nec enim prius cibos aegrotis præbēt q̄ morbi causis sublatis. nā illis manētibus alimenta sunt inuilia, ut quæ uertuntur in humorū noxiōrū materiam: nō mirū igitur si à pernitiōsa ciuitatū consuetudine in desertū abductus est populus, ut animos purgaret ab iniquitatibus, mōxq; mētis alimēta caperet, uidelicet leges præceptaq; diuina. Quin & tertia causa eius facti adfertur hæc: Quēadmodum qui longinquā nauigationē suscipiunt, nō inter soluendū ē portu uela parant & gubernacula, sed antequā nauem conscēdant instructa habēt quæcūq; ad propositū suum sunt necessaria: ad eūdem modū decebat ut accepturi agros & nouellas colonias, nō unā cum eis leges acciperēt, sed iam ante preparata haberent instituta & uitæ regulas, ne rudes ac inexercitati admouerētur ad rempub. cū satius sit iam ante recepto iure cōsociatos sua quæq; obire negotia. Nec desunt qui & quartā causam afferant, nō alienam à ueritate quantū ego iudico. Quoniā enim oportebat persuasum esse mētibus, leges has non esse cōmentā humana, sed oracula certa diuinitus p̄dita, abducta est multitudo longē ab urbibus in vastam solitudinē omniū fructuum mitiū sterilem, atq; etiam aqua carentē limpida: ut constituti in summa cibi potusq; inopia, & salutis periculo, repēte inuenirent spōte oblatā rerum copiā, in panis uicē depluente māna cælitus, accedētibusq; in obsoniū coturnicib⁹, aquis autē nūc edulcatis deposita salugine, nunc ē rupe largo fonte promanātibus: ne posthac Nilum mirarentur, aut Deum esse legū nouarū autorem ambigerent, sumpto bonitatis eius experimēto manifestissimo in tam insperato egestatis remedio. Nā qui ope sua uitam eis prorogabat, idem præscribebat etiā bene uuendi formulas: alterū præstans suggerēdo cōmeatus quos nō

prap

preparauerant, alterū uerò ferēdo leges profuturas corrigēdis animis. Hæ causæ possunt afferri uerūmiles: uerē Deo soli notæ sunt. ego cōtentus iā expositis, deinceps leges ipsas tractabo diligentius, præfatus primū. leges has partim Deū ipsum prodidisse uocis suæ oraculo absq; uilius interpretis ministerio, partim per Moſen prophetā, quem unū ex omnibus op̄matibus maximē idoneum enuntiandis his sacris præceptis delegerat. Quas igitur ore suo cecinit, & leges sunt, & capitā legū particulariū: quas autē rates promulgauit, omnes ad illa referuntur. De utriq; dicā quantū potero, & primū de summariis, in quibus illud mirandū occurrit ante omnia, quod absoluūtur denario numero inter omnes perfectissimo, cōplectente cūctas numerorū differētias pariū & impariū. pariū duorū, imparium triū, pariter impariū quinq;: & rationes eorū multiplicatiuas ac superpartientes superpartitāsq;: item proportiones tum arithmeticas quæ tantū uerū numero superant quantū superantur ab aliis, ut in 1. 1. 1. 1. 1. tū geometricas, ubi sicut se habet secundus ad primū, sic ad secundū tertius, ut patet in 1. 1. 1. 1. 1. & in duplis triplisq; ac sesquialteris supertertiisq; & similibus. Nec deest harmonica proportio, iuxta quā medius inter extremos aqua portione uel superatur uel superat, ut apparet in secūdo quarto sextōq;. Quin & triangulorū quadrangulorū aliorūmq; multangulorū proprietates denarius numerus cōtinet: atq; in super symphoniarū, eius quæ diatessaron uocatur proportionē habens supertertiā: & eius quæ diapēte, quæ est sesquialtera, ut tria ad duo: sicut dupla quæ diapason dicitur, ut duo ad unum. quadrupla uerò disdiapason, ut octo ad duo. Quapropter impositores primi nominū, uiri sapientes, meritō uidentur appellasse hāc *διὰ δ' α*, quāli *δι: Χ α δ' α*, quod capiat cōprehēditq; omnia numerorū genera; & rationū proportionūmq; arithmeticarū, ac in super harmoniarū symphoniarūq;. Hæc sunt quæ denarium faciunt admirabilem, qui cōplectitur naturā & indimēsam & dimensionibus obnoxia, indimēsa ad solū punctum pertinet. dimensionua tres habet species, lineā, superficiem, solidū. Quod em̄ duobus pūctis terminatur, est linea: superficies uerò quod duas dimensiones habet, accedente ad lineā latitudine. Tres autē dimensiones solidū corpus cōficiunt, quādo & altitudo assumitur: nec habet natura quō procedat ulterius, quādoquidē nō plures tribus dimensiones produxit. Harū rerum exēpla uidere licet in numeris, in dimensū puncti unū, lineæ duo, superficiē tria solidi

H iij qua

quatuor, qui numeri cōpositi denarium cōficiunt, aliis quoque spectabilem pulchritudinibus. Nam per hunc numerus infinitus penè sit mensurabilis: quia cūm constet è quatuor terminis vno, duobus, tribus, quatuor, totidem termini gignunt centenarium è denariis. Nam x. x x. x x x. x l. centenarium faciunt. Sic è centuriis sit millenarius, è millenarius quatuor sunt termini, denarius, centenarius, millenarius quatuor sunt termini, è quibus denarius nascitur. In eo præter iam dictas numerorū differentias apparent & aliæ: primò is quem metimur vnitatibus, vt i i i. v. v i i. deinde quadrangulus quartus, pariter par. deniq; cubicus octauus, pariter par pariter. Quin & ille perfectus senarius, exequarus sui partibus, ternario binario vnitatibus. Quorsum autem attinet decadis virtutes innumeras persequere obiter, quæ per se ipsæ possunt exhibere amplum argumentum mathematicis: dilatis igitur aliis vnam etiam nō in tempestiuè memorabo docendi gratia. Quæ in rerum natura prædicamenta vocantur, decem sola esse aiunt studiosi philosophiæ, substantiam, qualitatem, quantitatem, ad aliquid, agere, pati, habitum, situm, & sine quibus nihil, locum tempusq; nihil est enim non horum particeps. Equidem substantiam habeo desumptam ab elementis singulis ex quibus mundus totus cōpactus est, terra, aqua, aëre igneq; , quæ ad mei contemperacionem sufficiunt. particeps sum & qualitatis, quatenus homo, & quantitatis pro statura, ad aliquid quoque consideror, cūm mihi dexter aliquis sinister' ve astirit. ago quippiam fricans tondensq; , patior frictus tonsus' ve ab aliis. in habitu examinator indutus armatusve: in situ sedens cubansve. Sum vtique in loco & tempore, quandoquidem nihil ex omnibus prædictis absq; his ambobus potest subsistere, de his igitur satis dictū sit. superest vt artexamus decem illa præcepta siue leges, seu verius oracula, quæ pro totius gentis concione, ne mulieribus quidem ab hoc cœtu semotis rerū pater, cecinit. Quæres, num ipse vocem mittens: absit vt in mentem nostram descendat hæc cogitatio. nec enim more hominum Deus habet opus ore, lingua & arteriis: sed opinor eum illo tempore sacrum quoddam edidisse miraculum, iussissetq; vocem inuisibilem prodire ex aëre, quovis instrumento absolutiorē sonantiorēq; non inanimem, nec tamē profectam ex corpore animato qualis est animalū, sed animā rationalem difertē sonorā: quæ pulsato aëre formatōque in flammæ speciem, spiritu quodā instar rubæ articulatē ab omni-

bus

bus exaudiretur vel propè vel longius distantibus. hominum enim voces in longum extentæ solent deficere, vt à procul stantibus percipi clarè nequeant, hebetatæ paulatim medio spatio, vt profectæ ab instrumentis corruptibilibus. hanc autem novam vocem & mirificam inspirabat Dei virtus vegetabatque & diffundens eam per omnia, pulsabat alium quoque auditum præstantiorem quàm aurium, videlicet rāgens singulorum animos. sensus enim cūm sit tardior, nil mouetur, donè percussatur à motu aëris: at mens afflata numine, vltro procurrat præceptis eius obuiam. Hactenus de voce diuina. Quærat & illud aliquis non immeritò, cur in concione tam multorum milium, quodque oraculum singulos appellat non plures: Non mœcha-beris, non occides, non furaberis, & ad eundem modum cætera. Respondendum est igitur, ideo placuisse hanc formulam, vt lectores sacre scripturæ discerent quiddam valde pulchrum & necessarium: videlicet vnumquenque tantisper dum Deo paret ac legibus, honore æquari frequentissimo populo, vel potius omnibus gentibus. addo amplius, mundo etiam vniuerso: quoniam aliubi quendam iustum virum laudans inquit, Ego sum Deus tuus, ipse autem erat etiam Deus mūdi totius. ita qui pariter suum ordinem non deserunt, & imperatori pariter officiū suum approbant, in eodem honore habentur. Altera causa est, quia qui concionem alloquitur, non semper interdicit aut præcipit: cūm autem singuli admonentur quid agere debeant, omnes docentur eadem opera, & quisque redditur obsequētor, sibi dictum existimans, qui verò cūm cætera turba comprehenditur eodem alloquio, surdescit, turbam ipsam prætexens suæ contumaciæ. Tertia causa hæc affertur, exemplum hic datū esse ne quis vnquam rex tyrānusve superbe despiciat priuatum obscurūq; ciuem, sed doctus à sacris legibus, deponat superciliū fastūq; dediscat, sic secum verisimiliter, imò verè cogitans: Si ille ingenitus, immortalis, sempitern⁹, nullius indigus creator rerum omnium, beneficus regum rex & Deus deorū, ne humilissimum quidem cōtemnere sustinuit, sed hunc quoq; admittit ad oraculorū suorū epulū, rāquam inuitato ei soli paratū ad exhilarandā animā quantū fas est sacris magnisq; mysteriis initiatam: ego mortalis cur inflatus ceruicem erigam efferens me vltra eiuidem naturæ participes, fortuna impares mihi nō origine generis, eadem forma insignitos, & mecū censos in hominum numero: exhibebo igitur me comem & affabilem, etiam si

H iij terræ

terræ marisq; imperium assequar, vel egentissimis obscurissi-
 misq; domestico destitutis auxilio, viroq; parète orbatis, & mu-
 lieribus viduitatè tolerantibus, senibusq; quibus aut nunquam
 contigerunt liberi: aut erepti sunt immaturo interitu. homoe-
 nim cum sim, nō est æquum vt maiestatem tragicam in me re-
 cipiam, continebo me intra naturā meam, nec trāsgrediar eius
 terminos: assuefaciā potius mentē humanitatis affectibus, non
 solum propter incertas fortunæ vices mutantis lætis tristitia, ve-
 rum quia sic decet etiā felicitas maneat perpetua, nō obliuisci
 conditionis suæ. hæc sunt opinor causæ cur singulariter loquun-
 tur oracula, quasi dirigātur ad vnū hominē. Interea, vt par erat
 in præsentia numinis, omnia perstrepebant prodigiosis tonitri-
 bus aures obtundentib⁹ coruscabāt fulguribus micantissimis.
 sonus tubæ inuisibilis ē lōginquo exaudiebatur ē nube, quæ in-
 star columnæ innixa terræ ē basi tendebat ad ætheream celsitu-
 dinem cælestis ignis impetu, profunda caligine fumi offuscate
 circumuicinū aërem. oportebat enim ad Dei aduētum turba-
 ri mundū omnibus sui partibus, & exciri ad ministeriū. Adsta-
 bat autē populus purus à mulieribus, & omnibus voluptatibus
 abstinens præter cibos necessarios, lauacris etiā purificatus per
 tridū, candidis nitidissq; indutus vestibus, arrectus & attētus,
 ita vt Moses præmonuerat. is enim iam diem cōcioni præstitu-
 tam seorsum didicerat. Tum vox ē medio flāmæ supernè ruen-
 tis horrendum insonuit, diserta & articulata iuxta communem
 captum auditorij, tam manifeste se ingerens, vt videre magis
 quam auire se putarent: sicut in lege ipsa scriptum legitur his
 verbis, Vniuersus populus videbat vocē apertissimè. Humana
 enim vox auditu, diuina visu, percipitur: quare? quia quæcunq;
 Deus dicit, non verba sunt, sed opera, quorum iudicium nō tam
 est penes aures quàm penes oculos. Siquidē pro dignitate rei di-
 citur, ē flamma vox procedere, probata sunt enim Dei præcepta,
 velut aurum igni examinatum. Nec caret hæc figura mysterio.
 Quoniam ignis habet vim geminam, illustrandi vrēdiq; præ-
 cepta hæc obedientibus erūt per totam vitam pro lumine, legi-
 bus ceu sideribus animæ prælucētibus. quotquot autē cōtūma-
 ces fuerint, ætuabunt vrenūrq; intestinis cōcupiscentiis, more
 flāmæ totos homines semel occupatos depascētibus. Hæc sunt
 quæ præfari necesse fuit. Nūc sermo erit de ipsis præceptis, & di-
 spiciemus quid à se inuicē differunt. decē enim cū sint, in quina
 diuidūtur, inscripta duabus tabulis. prior quinaris habetur po-
 rior

rior secundus inferior: vtraq; bona sunt & ad vitam vtilia, vias
 laras in vnum finem cōpetentes sternētia, per quas anima sum-
 mi boni cupida inoffensum iter faciat. ille igitur potior quina-
 rius de monarchia loquitur, qua mūdus regitur, de statuis simu-
 lacrisq; & id genus manufactis operibus, de non assumendo in
 vanum Dei nomine, de obseruatione religiosa diei septimi, de
 honorandis parētibus & ambobus & singulis. itaq; vna hæc ta-
 bula incipit à Deo patre conditorēq; rerum omnium, desinit in
 parentes, qui ad illius imitationem gignūt particulariter. alter
 quinaris ex interdictis cōstat, verans adulteriū, homicidiū, fur-
 tum, falsum testimonium, cōcupiscentiam. ea præcepta singula
 perscrutāda sunt diligēter, ne quid à proposito euageretur oratio.
 Principium rerum omnium optimū Deus est, sicut virtutū pie-
 tas: de his igitur necesse habemus ante omnia differere. Error
 non exiguus occupauit maximam partē humani generis, de re
 quæ vel sola vel inter præcipuas ab omni errore libera puraq;
 infigi debuerat singulorū mēribus. nā alij quatuor elemēta cō-
 secrata suis decretis colunt tāquam numina: alij solē ac lunam
 ceteraq; sidera tum fixa tum erratica: alij cælū, alij mundū vni-
 uersum. at illum summū antiquissimūq; parērem, illum ma-
 gnæ ciuitatis principē, & imperatorē inuicti exercitus, omnia
 gubernantē salubriter, silentio texerūt, istis falso nominatis im-
 ponēdo aliās alia vocabula. vocāt enim terram Proserpinā, Plu-
 tonem, Cererē: mare Neptunū, in cuius famulicium fingūt tur-
 bas maximas geniorum sexus vtriusq;. Sic aērē Iunonem, ignē
 Vulcanū, solē Appollinem, lunā Dianam, luciferū Venerem, stil-
 bonta Mercuriū: & aliis stellis indūt alia cognomina desumpta
 ē fabulis, arte cōtextis cōfictisq; ad decipiēdas aures credulas:
 mirificēq; sibi placent hac nominum elegantia, dum orbe disse-
 cto in duo hemisphæria, alterum superius ac conspicuum, alte-
 rum subterraneū, appellāt ea gemellos Castores, & addūt pro-
 digiosum mēdacium de vita eorum alternis diebus mutabili.
 cum enim cælum cōtineret & irrequierē in orbē circumaga-
 tur, necessariò consequitur vt hemisphærium vtrūq; fūsusq; deq;
 feratur alternis diebus, sicut nobis videtur: nam re vera in orbi-
 bus nihil est superius aut inferius: sed iuxta situm nostrū ista di-
 cuntur, quæ super caput supera, infera quæ contraria. cæterum
 germanæ philosophiæ studiosus puraq; pietatis sectator, discit
 egregiam sententiam, nullam mundi partem esse suimet com-
 potem, & suomet arbitrari agere: genitæ sunt enim vtiq; gene-
 H v ratio

ratio verò corruptionis est principiū, quamvis creatoris providentia immortalitatē adipiscantur quæ aliquando non fuerat, at de Deo dicere quòd aliquando non fuerit, & aliquo tempore natus sempiternitatem acceperit, nefas est: sed nonnulli tā perverfè iudicant, ut non solum deos credāt quos diximus, verum etiam vnumquemq; horum esse Deum summū & maximum, cui verè nomen id conveniat: siue quia habent ingenium indocile, siue quia non curant discere, quippe qui præter ista sensibilia nullum invisibilem intelligibilemque rerum autorem existimant esse, quod tamen evidētissimis argumentis potuissent cognoscere. cum enim animæ suæ acceptum referant vitam consilia, cæteraque officia, nunquam tamen potuerunt animam corporeis oculis inspicere, quamvis nihil nō facturi, ut sibi liceret videre imaginem eius augustissimā, è cuius contemplatione posset trāsire ad cogitationē de Deo sempiterno ac ingenito, mundi gubernatore atque cōservatore, quem invisibiliter temperat. Quemadmodum igitur si quis magni regis honores satrapis eius præfectisque exhiberet, nō stultitia: solum argueretur, sed & periculosa audacia, tribuens servis quod debetur domino: ita quicumque sic creaturas colit ut creatorē, sciat se impudentissimū & iniustissimum, qui paria largiatur imparibus, non tam in honorem inferiorū, quàm in potioris cōtumeliam. Verum hoc quoque impietate superant, qui ne parem quidē honorē habent utriusque, sed alteros omni cultu dignantur, alterum adeo nullo, ut eius nec meminerint. Nec solum obliuiscuntur cuius minimè debuerant, sed homines miserissimi augēt eam obliuionē data opera. Nec desunt quidam vaniloqui rabulæ, quos nō pudet impietatem suam proferre in medium, & maledicā linguam contra Deum acuere, ut cōtristent pios & in dolorem cōiciant maximum, dum verba per aures ingressa vrant totam animam: quòd impij his vrantur machinis, & amicos Dei adigant ad silentium, ne fortè aduersarij per contētionem proritētur ad maiores blasphemias. Amora igitur omni superstitione germanas nobis naturas nō adoramus, ne immortales quidem & purissimat. intercedit autem inter creaturas quedam germanitas hoc ipso quòd creatæ sunt: quandoquidem creator omnium idem etiam pater est vniuersorū. Proinde malumus totam mentem, totam rationem, vires omnes exerere ad cultum ingeniti sempiternique autoris rerum, nō submittēdo nos vulgaribus religionibus, quæ multos perdunt qui aliàs seruari poterant, & primū illud

illud sanctissimūque præceptum penitus inscribimus pectori, vnum summum Deum credendum esse colēdūque, at multorū deorū religio ne in aures quidē puras admittitur hominū sedulo veritati studentium. Ergo quotquot solis, lunæ, cali, mundi, præcipuarūque huius partiū cultores habentur & huiusmodi sacrorum antistites, peccant proculdubio, dum posthabito principe veneratur eius subditos: minus tamen à recto declinant, qui ligna, lapides, argētum, aurū, similesque materias formatas, ut cuique libuit, vertunt in statuas ac simulacra, cæteraque manufacta opera: qua parte fictorū pictorūque ars valde humanæ vitæ nocuit, omnes terras implētium his abominationibus. exemerunt enim robur ex anima, persuasionem verā de semper viuente Deo, ut vacillet tanquā malè saburratū nauigium, huc illuc vndis iactatum, cui nec facilè portū artingere, nec tutum in statione aliqua interquiescere, propter cæcutientes circa veritatē oculos mētis, quam solam videre debuerat. ego certè tales inferiores iudico, quàm orbatos corporeis oculis. nā hi mulctati sunt aut incurabili morbo aut inimicorum insidiis: illi suapte voluntate obscurarūt visum animæ, aut omnino perdidērunt. Qua propter alteris miseratio debetur ut infortunatis calamitosisque, alteris pœna ut vltro cōplexis miseriam ac malitiam: qui ne illud quidem cōsiderant quod vel pueris est cōspicuum, artificem præstatiorem & antiquiorem suo esse opificio. iuxta tempus enim prior est cum sit quasi pater: potentia quoque superior, quanto id quod agit, præcellit ea quæ patiuntur, certè si error placuit, pictores ac statuarij magis merebatur ut consecrarentur & diuinos honores acciperent, nunc ipsis contemptis ac si nihil præstitissent egregium, pro diis habentur eorum operæ: & cum artifices sæpe inhonorati in egestate consenuerint, absumptique sint variis casibus, opera eorū exornantur purpura & auro luxuque: cætero quem diuitiæ suppeditant, adoranturque religiose non solum ab ingenuis, verum & à nobilibus honestaque specie præditis. nam in sacerdote & genus examinatur ut sit inculpabile, & corporis partium modus comperens, ut sit viquequaque integrum. nec hic gradum sistit impietas, procedit vltimius, non enim quosdam qui à se factis simulacris preces votiuasque victimas offerunt, iustius vtraque manum suam adoraturi, aut si hoc nollent vitates crimen arrogatiæ, saltē incudes, malleos, scalptra, forcipes, ferramentaque cætera quibus materiæ formam addiderant. huiusmodi homines deploratæ amentię libet

libet sic increpare: heus vos viri egregij. votorū summa & felicitatis finis est reddi Deo similē: orate igitur vt similes fiat̄is vestris statuis, & summa felicitate fruamini, nō vidētes oculis, nō audientes auribus, nec respirantes nec olfactantes naribus, ore nec loquentes nec gustantes, manibus nec dantes nec capientes nec agentes quicquam aliud, pedibus non incēdentes, otiosiq; omnibus partibus corporis, tēplo inclusi asseruatiq; tanquā in carcere adhibitis interdū noctūq; custodiis, & inibi hauriētes nidorem ac fumum exhalantē ē victimis. nam hoc vno cōmodo frui statuas sacratas, falso licet, creditis tamē. atqui reor, talia dicētem nō vt fausta ominārem audirēt libenter, sed vt diras imprecantē auersarētur, cōuitiisq; vicissim proscinderent quod ingens argumentū est impietatis hominū nimie, opinionem diuinę maiestatis cōcipientum de his quibus deprecatur abominanturq; similes fieri, nemo igitur animā habēs adore brutas res castas animis, indecorū enim & iniquum est, opus naturę submittere se operibus artificum. cæterum Aegyptiis non satis est in eodem cum reliquis hærere crimine, habēt & aliud suum eximium: qui nō solū delubra venerātur cum sacrat̄is statuis, sed etiā animantes mutas in deorum numerū referunt tauros, hircos, arietes affingēdo suas cuiq; fabulas. hæc tamē habent fortasse quādam recti īpeciē, profunt enim vitæ bos arando & terrā prædomādo ad futuras segetes, trituro item quando fruges cōduntur in horrea: aries præbendo tegmina cōmodissima cōtra tempestatū iniurias, siue ardores solis nimios, siue immoderatū si ignis aëris, cæterum q̄ immanes crocodilos ferocissimos, leones, virulēt̄asq; aspides pariter tēplis, lucis, & ris, sacrificiis, fastis, pompisq; honorāt, quæso cuius pietatis est aut prudēt̄iæ: in vtroq; elemēt̄o diuinitus cōcesso ad v̄sū hominum, terras & aquas scrutati, nec inter feras leonē ferocius ququam inuenire poterūt, nec inter aquaticas beluas crocodilo crudelius, quos adorāt pro numinibus. nec hos solū, sed & animites alias, canes, feles, lupos: ē volucris ibides & accipitres: pisces quoq; aut integros aut mēbratim consecrāt: quod sine risu dici non potest. certē hospites recēs in Aegyptū delati prius quā assuēscāt eius prouinciæ vanitatibus, abhorrēt ab eis vsq; ad tædiū. Quod si qui eruditi sunt liberalius, obstupescūt dum vidēt in honore esse res vilissimas, & his viliores cultōres ipsos miserantur, animo trāsformatos in illas animates, bestias obambulātes sub humana specie. sublatis igitur ē iure diuino hu-

iustitiam

iusmodi factitiis diis omnibus, ad veri Dei cultum lex nos reuocat, quāuis ille opus eo nō habeat, nimirū ipse sibi sufficiens, nullius indigus. sed hoc tantū agitur vt humanum genus ab errore in viam rectam redeat, & naturę ductū sequendo finem optimum inueniat, Entis verā notitiā, qui est summum bonum & absolutissimum, a quo ceu fonte mūdus rigatur bonis istis particularibus. Hactenus & de secundo præcepto quantū potuimus, deinceps excutiamus tertium. hoc est, Nō assumes Dei nomen in vanum. Et ordo quidem per se patet mentibus perspicacibus. semper enim nomen rem tanquā vmbra corpus sequitur. ergo postquam dixit de essentia honorēq; eius qui semper est, secutus rerum seriē, ita vt decet præcipit de vsu eius nominis. multis enim & variis modis in hac parte peccant homines: proinde vtilissimū fuerit & rationali naturā cōuenientissimum, omnino abstinere a iureiurādo. & sic veritati assuescere, vt simplex sermo vim iuramenti habeat. secundaria verò iuxta proverbium nauigatio, est rectē iurare. iam enim qui iurat suspectus est de perfidia. Sit igitur cunctator & procrastinator, si forte differendo possit euitare ne iuret. Quod si qua incūbat necessitas, dispicienda sunt curiosē singula, de quibus fit cōtrouersia. Est enim iusiurādum nō exiguum negotium, tamen contēnitur propter consuetudinē, videlicet testimonium Dei de rebus dubiis. Deum autē citare testem mendacii, scelus est nefarium. Introspecte, si libet, falso iurantis animum. Aspicias eum non quiescere, sed plenum tumultu trepidationēq; accusatum a seipso & sibi ipsi facientem conuitium modis omnibus. In sua enim a natura cuiq; conscientia non solet admittere quicquam culpabile, propter natium virtutis amorem & vitiōrū odium, eadem accusatrix ac iudex, primò indignatione pudorē incutiens, deinde more iudicis docens, monens, præcipiens mutare propositum. Quæ si persuadere valuerit, gaudens accusatum recipit in gratiam: sin minus, irascitur infensa hostiliter, nocte diēq; vrgens, stimulas, infligens insanabilia vulnera, donec abrumpat vitam execratam & miserā. Quid ais, inquā, tu periure? audebis improbē adire notum quēquam, & asseuerare quę nec vidisti vnquā nec audisti, quasi visa, audita, te præsentē acta omnia: i, depone testimonium: non facies opinor. Alioqui perniciosa insanie peccatum committeres. Quæ fronte sobrius ab amico pereres: commoda mihi maleficiū, mea causa cōtra ius & fas age. proculdubio his auditis valere iubebit talem amicitiam

tiam, seipsum damnans quod non initio abstinisset, resiliētq; abs te tanquam à rabida ferāq; bestia. & postea quod ab amico non audes postulare, ad id Deum vocas: itane nulla inest tibi reuerētia parentis omnipotētis atq; domini? Scis an nescis illum inspicere omnia exaudirēq;: si nescis, impius es. est autem fons omnium iniquitatum impietas. Præterea iurādo prauaricaris & dolo malo agis, dum iuras per eum qui non animaduertit, quasi per prospicientem rebus hominū. Quod si nosti eius prouidentiam, nihil ad summā impietatem tibi facis reliquum, si nō ore linguāq; certe corde sic appellans Deum: dic pro me falsum testimoniū, esto mihi sceleris & maleficii socius. vna mihi spes superest tuēdæ existimationis apud homines, si celetur veritas, esto alienę malitię vicarius, melior deteriori subseruiēs, Deus optimus scelesto homini. Et sunt qui etiam lucro nullo proposito subinde iurāt temerē ob malam consuetudinē, de rebus nihili, cōtradiceute nemine, iurādo suppletes orationem, quasi non satius esset dimidiatam mutilāmve relinquere, imō prorsus obmutescere: quā loquidem ex frequēti iuramento nascitur periuriū & impietas. Quapropter iuratur⁹ debet omnes rei circūstantias diligenter perspicere, quanta sit, quā veraq; bene à se percepta: tum seipsum considerare, num purus sit anima, corpore, lingua, illa ab iniquitatibus, hoc à piaculis, hac à maledicentia. nefas est enim per os quo profertur nomen illud sanctissimum, quicquam turpe progredi. quæratur etiam tam loci quā tēporis opportunitas. Noui enim quosdam in profanis impurisq; locis, vbi nec patris nec matris nec cuiuslibet honesti viri mentionem deceret fieri, deierare, & quasi conceptis verbis iusiurādum texere multis Dei cognominibus præter omne decorum, cū impietate maxima. Quod si cui hæc contēnenda videntur, sciat se primò scelestū esse impurūmq;: dein obnoxium diris vlttricibus, per occasionē exacturis inclementer pœnas debitas tātis sceleribus: quas tamen diuina iustitia non statim repræsēntat fontibus, reddit tamen aliquādo cum scœnore, quando maximè id è republica esse iudicat. Quartū præceptū commendat diem septimam, iubens eam sanctè piēq; transigi. hęc ciuitates quædam singulis mēsis vt festam celebrāt incipiēdo numerationē à nouilunio: Iudæis verò sancta est septima quæq; dies: cuius rei rationem in lib. de Opific. mundi reddidimus. constat enim mūdum intra sex dies creatum: septima Deū quieuisse à suis operibus, & approbasse quæ bene condiderat.

rar. Insit igitur vt quicūq; hæc instituta recepissent, sicut in cæteris, ita in hoc quoq; Deum sequeretur, operando per sex dies, septima verò interquiescēdo vacādōq; contēplationi rerum & studio sapientiæ, retractando etiam cogitatione acta præterita & rationē eorum à se reposcēdo, sicubi à legum præscripto aberratum fuerat, vt in posterum cantiores essent, prospicerētq; ne iterū impingerent in eadem offendicula. Verū Deo satisfuit q̄ semel creationi mundi perfectioniq; sex dies impedit. quia non opus habet prolixo tempore: homo autem quisq; cū sit mortalis & multis necessariis ad vitam indigeat, impigrè debet ea donec spirat querere, sabbatorū quietē se reficiens. an-nō egregium præceptum, & ad omnem virtutem excitandam utile. pietatem verò præcipuē: quasi dicat. Sequere semper Deum. habes exemplum & præscriptum operādi per sex dies, qui numerus sufficit vel mundi fabricæ. habes item aliud exemplum philosophandi & examinandi quæ facta sunt, quod ipse quoq; imiteris contemplan-do siue tua siue naturæ opera, & quantum quodq; ad felicitatem cōferat. Ne discedamus igitur ab his optimis vitæ tū actiuæ tum cōtemplatiuæ formulis: sed eas semper intuendo imprimēdōq; nostris mentibus, conemur effingere in omnibus quæ agēda dicēdave sunt, duntaxat quantum mortalibus licet ad immortalis similitudinē accedere. cæterū quomodo intelligatur intra sex dies mūdum creatū à Deo, qui nō opus habet tēpore, alibi hanc allegoriā explicauimus. certè septenarij p̄riuelegiū ostēdunt mathematici, summa cura perquisitum & diligētia. nam hebdomas pro suæ natura qua reliquos antecellit numeros est virgo matre carēs valde familiaris vnitati & principio, & planetarum idea, sicut vnita est idea spheræ cōtinentis fixa sidera. nā ex vnitate & hebdomade constat cælum incorporeū, exemplar huius cæli visibilis. compactū est autē cælum ex natura indiuisibili & ex natura diuisibili. indiuisibilis primā summāmq; sortita est circūferentiam circuli fixorum siderū, quem tutatur vnitas diuisibilis secunda est tum viribus tum ordine, ad hebdomadis curā pertinēs scissāq; sex limitibus, septē quos planetas & erroneos vocāt, efficit: cū tamē in cælo nihil sit errori obnoxium, propter beatā, felicem, diuināmq; huius naturā ab omni errore alienissimā. proinde cælestia semper sui similia currūt recurrūtq; perpetuò, nullā prorsus mutationē admittentia, sed quia cursum tenēt indiuisibili & extremæ spheræ contrarium, parum proprie sidera erratica cogno-

cognominata sunt ab hominibus temerariis, suummetipsorum errorē illis ascribētib; quæ in summi imperatoris militia nūquam deserunt ordinem. his atq; aliis pluribus de causis honoratur septenarius, sed ob nullam magis quam q̄ per hunc numerum manifestatus est pater vniuersitatis & conditor: in quo ceu in speculo mens cōsiderat Deum fabricantem mundum & quicquid eo continetur, regentēmq; sua prouidentia. Sequitur quintum præceptū de honorādis parētib; situm in duarū tabularum cōfinio, cum enim in prima sit vltimū, coniūgit ambas, priori secūdam applicans complexā ius quod nobis intercedit cum hominibus, quod ideo factum arbitror, quia parētum natura videtur mortalis & immortalis essentiaē cōfinium: mortalis propter cognationem cum hominibus & cæteris animantibus, & propter corpus corruptibile; immortalis verò, quia gignendo refert Deum genitorē omnium. Sunt igitur qui alteri parti addicti, alteram videntur contemnere. pleni enim pietatis desiderio, relictis aliis negotiis, totam vitā, dedicant diuino cultui: alij contrā, dum nullū esse ius præter humanū existimant, solam curāt societatem hominū, bona sua cū quibuslibet communicantes liberaliter, & mala illorum subleuātes præteritis, illos Dei amatores, hos hominū, rectē dixeris, semper cæterū virtutis homines. integri enim ab vtroq; probātur generatim: qui nec de hominibus bene merētur læti eorū prosperitatibus, cōdolentes aduersitatibus, nec pietatē sanctitatēq; suspiciūt, possunt videri mutati in ferarū ingenium: inter quos primas ferent qui parētes suos negligūt, vtriusq; partis hostes. tum eius quæ Deo, tū eius quæ hominibus se approbare vult, sciāt igitur se dānatos pro duobus tribunalibus, quæ sola sunt naturalia: impietatis apud diuinū, q̄ secūdos post Deum auctores vitæ suæ nō tractant ex officio, inhumanitatis verò apud humanū, cui enim benefacient qui proximos & optimē de se meritos vilipendūt, quibus nulla potest referri gratia nō inferior acceptis beneficiis. quo modo enim natus genitorem suū poterit vicissim gignere. quam eximiam prerogatiuā natura dedit parētib; nunquā cōpensandam à liberis. proinde indignissimum fuerit, si qui ne omnibus quidē officiis possunt gratitudini satisfacere, grauētur præstare vel minima. Eos sic libet alloqui. Feræ debent cicurari ab hominibus, & licet nonnunquā videre māsuefactos leones, vrsos, pardos, blādientes nō solis cibū præbētib; sed aliis etiā, opinor quia vidēt eos illis similes

decer.

decer enim deteriorē sectatorē esse potioris, in spem profectus futuri. nūc cogor contrariū dicere. vos cū homines sitis quāsdā feras imitamini. illæ pro accepto beneficio norunt gratiā repone. Canes domos custodiunt, & cadunt pugnādo pro dominis circūuentis aliquo repētino periculo, alij gregib; seruandis adhibiti, vsq; ad mortē decertant pro salute pecorū, ne damnū accipiant pecuarij, & non fatebimur probrū esse lōgē turpissimū, hominem gratiis natū gratitudine superari à cane audaci asperāq; bestia: quod si à terrestribus virtutē hanc non discimus, eamus ad volucres præpetibus pennis vltro citroq; volitātes per aërem, discamus ab his saltē quid nos deceat. Ciconiæ senes impotes volandi nido se continent: ex his prognata terra mariq; volitant & cibos parentibus afferūt. Sic illæ vt earū ætate dignū est, quiete fruuntur & copia: iuniores verò laborem cōportandi solantur pietate ac spe recipiendæ in senectute gratiæ, debitum persoluētes interim quod tempus postulat: & eadē opera natos implumes effectosq; parentes educant, naturæ instinctu, & pulillis & decrepitis alacriter præstādo mutuū officium, & postea non obuoluent faciem præ pudore homines parentū contēptores, damnabūntq; suam incuriā in re quæ vel sola erat curanda, vel ante alias, præsertim cū non tam cōferatur quàm referatur beneficium? Filiorū enim nihil est proprium, quo non parentibus debeant, à quibus vel acceperunt, vel in acquirēdo adiuti sunt. Habēt-ne igitur pietatem ac sanctitatem principales virtutes in anima, an eiecerunt eas è pectore? Deo enim subministrant parētes in gignendis liberis. Ceterū qui ministrū spernit, spernit & principem, & sunt qui audacius exaggerantes nomen parentū, aiunt patrem matrēq; deos cōspicuos, illius ingenti imitatores fingendis animātibus: hoc vno differre, quod Deus sit mundi genitor, hi verò filiorum tātummodo. nec fieri posse vt pius sit erga illum inuisibilem, qui erga hos cōspicuos est impius. Hoc præceptū de honorādis parētib; claudit priorem illum diuinū quinarium. alterū verò scripturus legislator interdicta continentem & spectantem ad homines, orditur ab adulterio, vt peccato grauissimo, fontem enim habet amorē voluptatis, quæ & corpus arterit, & robur animi resoluit, & rem familiarem absūmit, quicquid attigerit more ignis adurēs, & nihil saluū relinquens in vita hominū. hæc adultero persuadet vt non solū ipse peccet, sed & alios asciscat in culpæ societate nefariam & aduersam societati legitimæ. percitus enim hoc cestro

I

non

non potest solus explere cupiditatē, sed opus est omnino ut duo sint, alter quasi magister nequitia, alter discipulus rei turpissimæ. nec enim solū corpus mulieris impudicē vitatur, sed si vera fateamur, multò prius animus assuescit malis moribus diversis modis omnibus auerfari maritū & odio prosequi: quod tamen malum leuius multò esset si non dissimularetur, tam quæ sunt in propatulo, cauentur facilius. Nunquid verò vix vllus suffragio loci reliquitur, adeò se malis artibus celat & obumbrat ne deprehendatur, plerumque pro se ferens affectum contrarium, & mirificis prastigiis opinionem amoris sibi concilians. eadem certè opera subuertuntur tres familiae, is cuius coniugium violatur, nuptialia vota perdidit & spem prolis legitimæ. nec minus incommodi accipiunt reliquæ duæ domus, adulteri & adultera, quandoquidē ambæ replentur dedecore, contumelia, probrisque turpissimis. Quod si numerosæ fuerint istæ familiae multis cognationibus affinitatibusque implicitæ, totam ciuitatem accenderit hoc flagitium obambulans per ora ciuium. permolestum est enim dubitare de liberis: & quoties parum integrè seruatur vxoris pudicitia, verus pater certò cognosci non potest: itaque dum res in obscuro latet, adulterini subrepunt pro legitimis, alienarum familiarum synceritatem deprauant, hæretatem, ut tunc videtur paternam, alioqui nihil ad se pertinentē, vsurpant. Et adulter postquam illusa muliere despumauit feruentem libidinem, & expleuit nefariam cupidinem, abit ridens læsi mariti ignorantiam: at ille tanquam cæcus nihil sciens de fraude domestica, ut propriam sobolē indulgenter habebit natos ex infensissimis sibi hominibus. Quod si detegatur iniuria, miserimi erunt licet infontes pueri, in neutro accēsendi genere, nec mariti, nec adulteri. Tales calamitates cum proueniāt concubitu illegitimo, non mirum si adulterium res probrosæ & inuisa Deo primum locum inter peccata obtinet. Secundò verò interdicitur homicidiū. cum enim natura gregale ac cōpascuū edidisset illud mansuerissimum animal, ad consensum & societatem inuitauit, dato eis sermone, quo magis conciliarentur conspirarētque moribus. proinde quisquis occidit alterum, sciat se naturæ ius fasque subuerrere, scriptum ad omnium utilitatē publicam: sciat etiā se cōmittere sacrilegiū, sublata è possessione Dei re sacratissima. quid enim tā religiosum tam sacrum est quā homo? aurum, argentum, gemmæ, aliæque pretiosæ materiae, inanimata ornamenta sunt ædificiorum perinde anima carentium.

home

homo autem animal optimum, potiore parte sui cælo cognatū purissimo, & ut plerique arbitrantur ipsi mundi conditori, propius accedit ad illius felicitis sempiternæque: idæ imaginē quàm vlla terrestris natura, propter mentem acceptam diuinitus. Tertium in secūdo quinario præceptū est: Ne furtū facias. qui enim alienis inhiat, hostis publicus, voluntate omnes, vi quotquot valet spoliat, cupiditatē extendens longissimè, viribus autem deficientibus contrahens, ut ad paucos perueniat. itaque fures potestatem adepti populantur ciuitates integras, contemptis suppliciiis, quia videntur sibi potentiores legibus. hi sunt qui à natura inuitum habent paucorum dominationis desiderium, & dynastias tyrannidēsque appetūt, qui magna furta faciunt, latrocinia regendo honestis nominibus principatus & imperij. ideò discat statim pueri manus à furtiuis lucris abstinere minimis etiam, quia diurna consuetudo potētior quàm natura fit, & ni malū nascens inhibeas, crescit in immensam magnitudinem. Post vetitum furtum mox vetat falsum testimoniū, non ignarus falsos testes, multis magnisque molestiis sese inuolnere. Primò sanctā veritatem violant, qua nihil est in rebus sacratius, solis in morē illustrante negotia, ne quid eorū in obscuro lateat. deinde notitiam rerum quasi nocte quadam tegunt & caligine, & iniustos adiuuant aduersanturque; iniuriam patientibus, dum quæ nec viderunt, nec audiuerunt, nec cognouerunt, se certò scire, & probè tenere asseuerant. addunt & tertiū peccatū peius prioribus. quoties enim desunt argumēta aut probationes quæ ex scripto sūt, ad testes recidit cōtrouersia, quorū verba pro regula sunt iudicibus pronūciaturis sententiæ. Necessè est enim ut his solis attendatur, cū nemo adsit index alius. hinc fit ut qui litē perdunt grauati testimonio, iniuriā patiātur cū potuissent vincere: & iudices iniquitatis non iusticiæ opinionem lucrifaciāt. Ad hæc etiā cum impietate fraus ea cōiuncta est. nō est enim moribus receptum ut iniurati iudicent, sed sacramenti religione obstricti, quam tamen impostores magis violant quàm qui decipiuntur: quandoquidem hi labuntur per ignorantiam, illi de industria technis vtuntur & peccant libenter, corrumpuntque suffragia, ut interdum ab insciis mulctentur qui nullam pœnam meruerūt. hæ sunt opinor, causæ propter quas prohibetur falsum testimoniū. Postremò vetat concupiscere, quod concupiscentia res nouas moliri, & alienis bonis insidiari solet. Omnes enim perturbationes animi graues sunt, concitantur eum & dimouentes

I ij ab

ab ingenio sanitatēq; pristina, sed nulla equē nocet ac cōcupiscētia. quāobrem aliā vidētur externā inuitis & insciis obrepere, hæc verò sola in nobis oriri, & quidē volentibus. dicā apertius, quoties se offert rei cuiuspiā expetendę imaginatio, expergefācit excitatq; quiescētem animā, arrectā velut oculis præstrictis fulgure, is eius affectus voluptas dicitur. ediuersō quod malum & fugiendū est, quando lauciat animā, confestim eā replet mōsticia: qui affectus dolor nominatur. at quando malū nondū præsens præmit, imminet tamē, pauorē præmittit abominandū nūtiū quo territet, qui & timor dicitur. quoties autē aliquis de absente bono cogitās habere id cupit, in longū animā porrigit extendens eā vt possit rem adamatā attingere, tanquā in orbiculari machina semper sequendo nunquā assequendo: quod spectamus in cursoribus, quando præcurrentē tardior peruicaciter insequitur. Simile autē quiddā & circa sensus accidit, nōnunquā oculi rem aliquā longē remotam cernere cupiētes, plus satis & supra vires intenti frustrantur, nec valent eam exactē cognoscere, & insuper hebetantur conatu suo nimio. sic & fremitus obscurus auribus è lōginquo allapsus eas excitat cupiditas rem cognoscendi propius, & sonitū percipiendi clarius, tamen quò et obscurior & quò minus augetur, eò magis accenditur desiderium nihil proficiens, concupiscentia pœnas dante haud secus quā de Tantalo narrant fabulæ poëticæ, fertur enim eum quicquid appetit frustra velle tãgere, rebus per ludibriū tantū nō è digitis elabentibus: illum verò nihilominus impotenter eas concupiscere, sitientē ea quæ se quo minus satietur subducunt hianti & auido, seseq; huc illuc extēdenti more serpiginosi vlceris, quod ni sectionib⁹ cauteriisve reprimatur, totū circūquaq; corpus occupat, nec vllā partem incontactā præterit. ad eundē modū nisi ratio philosophica ceu bonus medicus cohibeat diffundentē se concupiscentiā, totam vitā perturbabit necessariò. cuncta enim sine exceptione subiiciuntur huic vitio, sed nunquā magis insanit quā cum nacta est licentiā, quādo in omnibus facit omnia. Id quia satis liquet, non est opus verbis pluribus, cum nemo nesciat, nulla ciuitas ignoret exempla quotidiana, imò quæ penè singulis horis fidem nobis astruunt. Pecuniarum amor, aut feminae, aut gloriae, aut cuiusvis rei facientis ad voluptatem paruasne ac vulgares calamitates inuehit: nōne amicitias dirimit, etiam cognatos è beneuolis reddens infensissimos, nōne hinc & regiones populosæ defolantur intestinis seditionibus? nōne hoc

hoc pacto terra marēque replentur nouis tumultibus & cladibus vltro citroque, illatis vel naualibus vel terrestribus præliis. nam grecorū barbarorūmq; bella tam contra suos quā cōtrā diuersi generis homines gesta. omnia manarunt ab vno fonte, concupiscentia pecuniarū aut voluptatis aut gloriae. Hæc enim sunt fatalia mala hominū. Et de his hætenus. Illud quoq; sciendum, decem hæc præcepta esse summariū legum speciatim proditarum in toto legislatoris sacro volumine. nam primū caput est de legibus ad monarchiam pertinentibus. hæ docent vnum esse conditorem mundi regēque ac gubernatorem, qui regat omnia salubriter, paucorum aut vulgi dominatū esse peruersas cōstitutiones reipublicæ, inductas à malis & astutis hominib⁹ per ambitionem auaritiāmq; libertati ciuium infidiātibus, cæterum in cælo purissimo nihil reperiri simile. secundū caput cōtinet omnia quæ spectāt ad manufacta simulachra, statuas delubraq;, & in vniuersum quicquid è pictorū factorūmq; noxiis officinis in templa trāslatum dedicatur: quo discretē cauetur ne admittant figmēta fabularum de deorū conubiis & natalibus, & qui hinc oriūtur variis casibus. Tertio præscribitur, quas ob res vbi, quando iusiurandū interponi debeat, à quo & qualiter affecto vel animo vel corpore, tum quid rectē secusve iurantes maneat. Quarto verò de festis diebus & sabbatis in summa præcipitur, deque votis, sacrificiis, atque purificationibus & cæterio cultu religioso numinis. Sabbatum voco diem septimum annu merato senario foecunditati proprio, cui accedit septimus unitati similis, quibus numeris ambobus festa dinumerantur: unitate quidem sacrum nouilunium in quo tuba canitur, & ieiunium in quo à cibo potūque abstinetur, & quod patria Hebræorum lingua paschā dicitur, quando populariter singuli sacrificant non expectatis sacerdotibus, ipsi permissu legis fungentes sacerdotio quotānis per vnum diem destinatum huic negotio: quādo etiam offertur manipulus gratiarum actionis pro vbertate cāporū & frugū abundantia. ab eo septies septimus, hoc est quinquagesimus, Pentecoste Græco & vltatiōrē vocabulo: quādo panes offeruntur primitiarum nomine conuenientissimo: quoniam primū hoc inter alimenta mitia provenire Deus voluit in vsum hominis animalium mitissimi. septenario verò attributa sunt festa maiora quæ plures dies postulant, tunc cūni annus distinguitur duobus æquinoctiis, verno autumnaliq;, & septeni dies festi agūtur: verno tempore vt segetes ad maturam

ab ingenio sanitateque pristina, sed nulla eque nocet ac concupiscentia. quæ obrem alia videtur externa inuitis & insciis obrepere, hæc verò sola in nobis oriri, & quidē volentibus. dicā apertius, quoties se offert rei cuiuspiam expetende imaginatio, expergeficit excitatque quiescentem animam, arreptam velut oculis præstrictis fulgure, is eius affectus voluptas dicitur. ediuerso quod malum & fugiendum est, quando sauciat animam, confestim eam replet mortificia: qui affectus dolor nominatur. at quando malum nondum præfens præmit, imminet tamē, pauorem præmittit abominandum nuntium quo territet, qui & timor dicitur. quoties autē aliquis de absente bono cogitans habere id cupit, in longum animam porrigit extendens eam ut possit rem adamatam attingere, tanquam in orbiculari machina semper sequendo nunquam assequendo: quod spectamus in cursoribus, quando præcurrentem tardior peruicaciter insequitur. Simile autē quiddam & circa sensus accidit, nonnunquam oculi rem aliquam longè remotam cernere cupientes, plus satis & supra vires intenti frustrantur, nec valent eam exactè cognoscere, & insuper hebetantur conatu suo nimio. sic & fremitus obscurus auribus è longinquo allapsus eas excitat cupidas rem cognoscendi propius, & sonitum percipiendi clarius, tamen quò est obscurior & quò minus augetur, eò magis accenditur desiderium nihil proficiens, concupiscentia poenas dante haud secus quam de Tantalo narrant fabula poetica, fertur enim eum quicquid appetit frustra velle attingere, rebus per ludibrium tantum non è digitis elabentibus: illum verò nihilominus impotenter eas concupiscere, sitientem ea quæ se quo minus satiaretur subducunt hianti & auido, seseque huc illuc extendenti more serpiginosi vlceris, quod nisi sectionibus cauteriisve reprimatur, totum circumque corpus occupat, nec ullam partem intactam præterit. ad eundem modum nisi ratio philosophica ceu bonus medicus cohibeat diffundentem se concupiscentiam, totam vitam perturbabit necessario. cuncta enim sine exceptione subiiciuntur huic vitio, sed nunquam magis insanit quam cum nacta est licentiam, quando in omnibus facit omnia. Id quia satis liquet, non est opus verbis pluribus, cum nemo nesciat, nulla ciuitas ignoret exempla quotidiana, imò quæ penè singulis horis fidem nobis astruunt. Pecuniarum amor, aut femine, aut gloria, aut cuiusvis rei facientis ad voluptatem paruasne ac vulgares calamitates inuehit: nonne amicitias dirimit, etiam cognatos è beneuolis reddens infensissimos, nonne hinc & regiones populosa desolantur intestinis seditionibus? nonne

hoc

hoc pacto terra mareque replentur nouis tumultibus & cladibus vltro citroque, illatis vel naualibus vel terrestribus preliis: nam grecorum barbarorumque bella tam contra suos quam contra diuersi generis homines gesta. omnia manarunt ab vno fonte, concupiscentia pecuniarum aut voluptatis aut gloria. Hæc enim sunt fatalia mala hominum. Et de his hæc tenus. Illud quoque sciendum, decem hæc præcepta esse summarium legum speciatim proditarum in toto legislatoris sacro volumine. nam primum caput est de legibus ad monarchiam pertinentibus. hæc docent vnum esse conditorem mundi regemque ac gubernatorem, qui regat omnia salubriter, paucorum aut vulgi dominatum esse peruersas constitutiones reipublicæ, inductas à malis & astutis hominibus per ambitionem auaritiamque libertati ciuium insidiatibus; ceterum in caelo purissimo nihil reperiri simile. secundum caput continet omnia quæ spectant ad manufacta simulachra, statuas delubraque, & in vniuersum quicquid è pictorum scultorumque noxiis officinis in templa translatum dedicatur: quo diserte cauetur ne admittantur figmenta fabularum de deorum conubiis & natalibus, & qui hinc oriuntur variis casibus. Tertio præscribitur, quas ob res vbi, quando iusiurandum interponi debeat, à quo & qualiter affecto vel animo vel corpore, tum quid rectè secusve iurantes maneant. Quarto verò de festis diebus & sabbatis in summa præcipitur, deque votis, sacrificiis, atque purificationibus & cætero cultu religioso numinis. Sabbatum voco diem septimum annumerato senario foecunditati proprio, cui accedit septimus unitati similis, quibus numeris ambobus festa dinumerantur: unitate quidem sacrum nouilunium in quo tuba canitur, & ieiunium in quo à cibo potuque abstinetur, & quod patria Hebræorum lingua pascha dicitur, quando populariter singuli sacrificant non expectatis sacerdotibus, ipsi permisso legis fungentes sacerdotio quotannis per vnum diem destinatum huic negotio: quando etiam offertur manipulus gratiarum actionis pro vberitate caporum & frugum abundantia. ab eò septies septimus, hoc est quinquagesimus, Pentecoste Græco & vltatiore vocabulo: quando panes offeruntur primitiarum nomine conuenientissimo: quoniam primum hoc inter alimenta mitissima provenire Deus voluit in usum hominis animalium mitissimi. septenario verò attributa sunt festa maiora quæ plures dies postulant; tunc cum annus distinguitur duobus æquinoctiis, verno autumnalique, & septeni dies festi aguntur: verno tempore ut segetes ad maturam

I iij frugem

frugem perueniāt: autumnali, ut omnes arborei fructus colliguntur conuehāturq; feliciter. septeni autem dies dantur his festiuitatibus propter menses septenos vtriusq; æquinoctij: ut cuiq; mensi honor suus contingat otio hilaritatēq; vnius diei eodem pertinēt & aliæ leges pulcherrimæ, quæ inuitant ad mæfuetudinem, societatem, modestiam, & ius exæquādum cunctis pariter: qualis est de septimo quoq; anno, quo indicitur totius agriculturæ intermissio, ne quis serat arētve, nēve putet purgētq; arbores, aut quicquā; rustici operis faciat. Visum est enim irreprehensibili legislatoris ingenio dignū premiū sex annis fertilitatis locorū mōtanorum & cāpestrium, remissio hæc laboris & ad respirādum libera vacatio. Nec dissimilia sunt quæ præcipiuntur de anno quinquagesimo, qui nō solū habet modū dictum septimi priuilegium, verū etiam restitutionē rei familiaris in integrū, necessariā sanē plenāq; charitatis ac iustitiæ. In quinto capite de honore parētum multa leges subinducantur perinde necessariæ, spectātes ad seniores iuniorēsq;, ad magistratus & subditos, ad benemeritos & affectos beneficio, ad seruos & dominos. parētes enim censentur in potiore ordine, in quo seniores, principes, benefactores, domini: liberi verò in deteriore, in quo iuniores, subditi, beneficio deuicti, seruiq; multa enim præcipiuntur, iuueturi de fouendis senibus, senioribus verò de instituendis iuuenibus. item subditis de obedientia magistratibus debita, his verò de curādis subditorum modis. his qui beneficium acceperūt, de referenda gratia, de nō expectanda verò his qui gratis debent esse benefici, ne sint feneratoribus similes. à seruis exiguntur officia charitatis erga dominos, ab his vicissim humanitas & clementia, ut bene inter se comparātur impares. Hastenus capita quinarij primæ tabulæ, speciatim non exiguum complectētis legum numerum. In sequenti primum caput mœchis opponitur, multa instituta cōtinens, contra stupratores, contra puerorū amatores, contra lasciuie deditos & illegitimis incestisq; concubitibus. Quorum formas non ideo retulit in literas, ut indicaret multiplices libidines, sed ut eo magis imponeret pudorem turpiter viuētibus, exprobrando eis pudenda dedecora. Secundum caput vetat homicidium, quo comprehenduntur leges de vi & iniuria, de mutilatione, plagis, vulneribusq;, omnes necessariæ perutilēsque reipub. Tertium verò fures cohibet, ad quem ordinem pertinent qui fraudant creditorem vel depositum abnegant, qui peculā

culātur, qui prædātur, in summa quotquot præ avaritia clamve palāmve aliena vsurpant. Quartum est de falsis testibus, quo etiam multæ leges continentur, de non decipiendo, de nō calumniando, de non adiuuandis malefactoribus, de non calandā perādia prætextu fidei, quæ omnia legislatori curæ fuerant. Quintum reprimit cōcupiscentiam fontem iniquitatum, vnde maerit quicquid cōtra ius fit priuatim ac publicè, siue paruum siue magnum, sacrum profanūve ad corpus animūve, resve externas attinens. Nihil enim, ut iam antè dixi, potest euadere vim concupiscentiæ, sed tāquam flamma ligneam materiam, depascitur absumitq; omnia: eius quoque multæ species cōcentur præceptis & monitis, ut corrigantur emendabiles, contumaces verò puniantur, per rotam vitam malo huic obnoxij. Hæc & de posterioris tabulæ quinario dixisse fat erit ad explēdum decalogum, sacrosancto Dei proditum oraculo. eius enim naturam decuit, capita legum specialium ore proprio canere, leges verò ipsas per prophetam absolutissimum electum ex omni optimatum numero, repletūque diuino spiritu, quo interprete oraculorum vti placuit. De cætero addamus causam, cur in his decem præceptis siue legibus contentus iubere veterēq;, secus facientibus nullam pœnam decernit, quemadmodū solent alij legislatores statuere. Quia Deus erat, & consequenter bonus dominus, solorū bonorum autor, mali verò nullius. Proinde existimauit nihil magis naturam suam decere, quàm ut salutaria præcepta daret pura non admixtis pœnarum terroribus, ne quis imprudens metu malo cōsultore vsus inuitus pareret, sed potius ut sapiens rationem volutatēq; spontaneā secutus verteret se & applicaret ad id quod est optimū: ne quis putet ideo de pœnis silere oracula, ut qui peccant impunitatem sibi polliceantur: sed magis cogitet assidere Deo iustitiam, inspectarēque quicquid agunt homines, nec dissimulare ut naturā insensam fontibus, & ex officio plectentem iuris violatores: hoc enim est proprium ministris Dei potentiis, ut quemadmodum in militari fit imperio, seuerè animaduertant in desertores ordinum. ipse verò magnus rex gaudet appellari conseruator custōsque pacis publicæ rerum vniuersarū: fructus pacis omnibus vbique largiter copiosēque suppeditans. Nam reuera penes Deū cura pacis est, belli verò penes eos quibus ille subpræfectis & ministris vtitur.

De iureiurando religionēq; , De
sacro sabbato, De honore ha-
bendo parentibus, ad tria deca-
logi capita referendis, tertium,
quartum & quintum.

IN Libro qui hunc præcedit proximus, accuratè
introspeimus duo capita quæ in decem præceptis
prima numerantur, de non colendis aliis diis præ-
ter vnum cuius imperio parent omnia, & de non
fingendis simulacris: vbi etiam de legibus speciatim ad ea spe-
ctantibus dictum est. Nunc de tribus deinceps sequentibus dif-
feremus, speciales leges adaptando his similiter. Horum trium
primum admonet, ne Dei nomine abutamur in vanum. Nam
quicquid vir bonus asseuerat, perinde ac iurato credi debet, cū
verbum eius firmum sit ac rigidum, nullo mendacio flexile, ve-
ritate in qua fundatur subnixum. Quod si rei necessitas religio-
nem iurifurandi postulet, magis decet iurare per patris aut ma-
tris sanitatem & senectutē prosperam si viuunt, aut si defuncti
sunt: per eorū beatā memoriā. sunt em̄ effigies & simulacra di-
uini numinis, qui liberos ad vitam produxerūt de nihilo. Extat
scriptū in legibus prisca cuiusdam celebrati sapientiæ nomine:
Deierato per religionē patris tui: opinor vt hoc præcepto pro-
desset posteris, docens quomodo parentes honorandi sint, pie-
tate vt bene meriti, religione verò vt à natura cōstituti princi-
pes, & quod non temerè Deus nominandus sit. Illis quoq; laus
debetur, qui quoties vrgentur sacramentum dicere, cunctando
tergiuersandōq; religionem incutiunt nō solūm spectantibus,
sed & ad iurādum prouocātibus. solent enim quidam vbi hoc
solū protulerint, Ita me adiuuet, reliquū ex abrupto subtrahere,
nihil addentes amplius, nec absoluētes formulam. Potest enim
suppleri si libeat, nō statim addēdo: Altissimus aut summus re-
rum cōditor, sed tellus, sol, cælū, mundusve. Sunt enim hæ crea-
turæ præcipuæ, nimirū antiquiores nostro genere, sempiternaq;
omnis expertes senij, sic volēte caelesti numine. alij verò tam fa-
ciles sunt ad iurādum & temerarij, vt præteritis nimia prope-
ration

ratione creaturis omnibus, ad ipsum creatorē patrēmq; vniuer-
sorum audeant illotis pedibus irrūpere, nō habita ratione lo-
corum & temporū, nec solliciti quā ipsi puri sint animo & cor-
pore, non expēdentes negotium, quā linguā à natura sibi datā
deberent ad vsus nefarios vertere: atqui satius erat hoc instru-
mento pulcherrimo, quo interprete animi subsistit hominū so-
cietas, vt ad honorē & reuerentiā prædicationēmq; omnipotē-
tis numinis, nunc intantū valet impietas quorūdam, vt vel reli-
giosissima nec sine horrore audienda Dei nomina congerātur
aceruatim per summā impudentiā: quasi enicturi sint crebris
deierationibus, vt sibi credatur, fatui qui nō intelligunt consue-
tudinē crebro iurandi argumentū esse perfidiæ nō fidei, dū-
taxat prudentiorum iudicio. Quod si necesse fuerit quacūq; in
re saluis legibus iurandum interponere, sanciat id modis
omnibus ne quid impedimēto sit quo minus incertæ rei cōtin-
gat notitia: præsertim si non agitur implacabili odio, aut amo-
re infano, aut impotēti concupiscentia, qui affectus menti sani-
tatem adimūt, ne videat quid oportet vel dicere vel facere: sed
sobriè certāq; ratione ad iurandum acceditur. Quid enim est
melius quā per totā vitam abstinere à mendacio, & id appro-
bare Dei testimonio: siquidem iurādum nihil est aliud, quā
in re ambigua Dei testis citatio. id ni fiat in veritatis fauorem,
scelus est haud expiatu facile. Qui enim hoc admittit, si nō ver-
bis, certè re ipsa occlamat Deo, Te prætereo iniustitiæ meæ, quia
pudet haberi pro malo & improbo, fer opē, in te culpā meam
recipe. sic enim mihi salua existimatione peccare licebit. Quæ
verba nō dictu modò, sed & cogitatu, sunt nefaria. id enim oble-
quium præstare grauaretur, nō dico Deus alienus ab omni vi-
tio, sed vel pater vel patruus, ac ne ad aures quidem admitte-
rer, modò esset homo educatus liberaliter. licet igitur omne
iurandum confirmare, in quo res honestæ vtilēsq; vertūtur,
& quo prudenter iustēq; vtilitati vel priuatæ vel publicæ consu-
litur. Huc pertinent & vota legitima, quibus in præsens aut in
futurum bona petuntur. nam qui malum propositū iureiuran-
do sanciant, quid sanctum sit ignorant, iurant se commissuros
furtum, sacrilegium, stuprū, adulteriū, homicidiū, aut aliud
simile: mōxq; ne periuri habeantur, cōmittunt, quasi nō melius
Deoq; gratius sit tale periurium, modò seruētur leges per ma-
nus acceptæ à maioribus, de colenda iustitia virtutibusq; cæte-
ris, sine quibus nec societas hominū, nec naturæ iura possunt in

ruto consistere, siue sequatur periurium siue nō. Proinde quisq; iuratus iura violat, sciat se nō peierare quidem, attamē ea pefsum dare, ad quæ constabilienda iusurādum inuentū est. addit enim culpæ culpā dum sacramento abutitur, cum debuiſſet potius abſtinere à maleficiis. abſtineat igitur, & supplex Deū exoret, vt pro sua clemētia temeritati inconſultæ ignoſcat qua ad iurandum præceptus actus est. nā duplicare noxam, cum te poſſis exonerare dimidio, maxima est inſania vix vnquam curabilis. Rurſum alij feroces inhumaniq; , aut ab ira coacti moleſta domina, iureiurādo suam inhumanitatē confirmant, dum negant ſe hunc aut illum admiſſuros in cōtubernium vel menſæ ſocietate, aut adiuturos vllō beneficio, aut vſuros eius opera quoad vixerit. Interdum etiam vltra obitum prorogāt odia, nec ſinūt mortuorū corpora potiri iuſtis funebribus. Hi quemadmodū & priores illi monēdi ſunt, vt placēt Deum votis ac ſacrificiis, quo aliquam conſequātur medicinam animę nulla ope humana curabilis. Alij iactatores & arroganti turgidi, glorięq; inſatiabiliter auidi, frugalitatē ſibi putāt proſus inuilem, quod ſi quis ſubmoneat vt concupiſcentiis ſuis imperent, cōtumeliam ſibi factam exiſtimāt: contemptisq; monitoribus ruunt in delicias, riſu cauillisq; ludentes in præcepta honeſta vitæq; vtiliſſima. his ſi res familiaris lauta ſit, iureiurādo aſſerunt facturos ſe impenſas in voluptates ſine parcimonia. Verbi gratia, nuper diues quidam delicatus, à ſene cognato paternōq; amico monitus, vt honeſtius & caſtigatius viueret, tulit id ægerrimē; mōxq; obnoxius cōtendēdo iurauit, quādiu ſumptus ſe nō deſerint, à luxu nō temperaturū vel ruri vel in vrbe, ſed vbiq; oſtentaturū diuitias. Atqui nō diuitiæ ſic oſtentātur, ſed faſtus ac luxus traducitur, quantū ego intelligo. Reperias enim nō paucos magnos principes affluentes apparatu copioſo & inexhauſtis diuiniſſis, tamen interdum nō aſpernari res tenuium, fictilia, pocula, obolares panes, & oleas caſeūmve olūsve vice obſonij: tum in æſtate cāpeſtre lineū, in hyeme craſſam validāq; penulam, & cubile aliquādo humi ſtratū faſtiditis ſpōdis eburneis, vel teſtudine aurōq; ornatis. ſtragulisq; purpureis, & mēſis luxurioſis elaboratisq; curioſe bellariis. In cauſa eſt nō ſolū eorum ingenij felicitas ac bonitas, verum etiam à tenera ætate recta inſtitutio, ex qua didicerūt meminſſe homines ſe magis quām principes, & nihil humanum ſpernere: quam opinionem penē quotidie in memoriam ſibi reuocāt, demittuntq; ſe à cel-

ſa pot

ſa poteſtate ad iſta humilia, & quadam tenus exæquāt ſubditis, ne quid offendar diſparitas. Atq; ita ciuitates potentia, rerū copia, legibus, moribus, pacēq; feſta florētes reddūt, nulla his ſubtrahentes commoda, ſed omnia largientes prōptē abſq; inuidia. Hi ſunt mores generoſorum & verē principum hominū, aliq; his ſimiles. At iſti recens euecti ad opulētiam, adeptiq; multas pecunias errantis fortunæ indulgentia, veras autē & nequaquā cæcas opes, quæ cōſtant, è viriutibus honeſtisq; actionibus, ne in ſomnis quidem vnquam conſpicati, in cæcum Plutū inciderunt. à quo ſuſtentati neceſſe eſt vt per cæcitatē viam nō videant, deſectantq; in auia, mirentur res nullius pretij, verē pretioſas rideant, quos ſacra ſcriptura intempeſtiue iurantes non mediocriter increpat. incorrigibiles enim ſunt & inſanabiles, proinde ne à Deo quidē natura propitio veniam impetrāt. Cæterum virginibus & maritatis vouēdi iurādīq; poteſtas adimitur legibus, quod illa in autoritate parētū, hæ maritorū eſſe pronuntientur, penes quos eſt voluntatem earum ratā habere aut irritam. nam illæ per ætatem vim iuriſiurandi parum intelligunt, & opus habēt alieno iudicio: alteræ procliuiores ad iurādum ſunt quām ferat maritorū vtilitas. Quapropter his liberū eſt vxoris iuramētum ratum vel irritum facere. At viduæ caueant ne iurent temerē. Non habent enim deprecatores, nec maritos deſunctos, nec parentes relictos quando migrarunt in aliam familiam: ideo iuramētum earum non conuellitur, deſtitutarum à curatoribus. Si quis autem quē periurum ſcit nō indicat, amicitia, reuerentia, timori, plus quā pietati tribuens. periurij pœnæ ſit obnoxius. Nā peccare & peccati fauere perinde eſt. Pœnæ autē periuris partim à Deo, partim ab hominibus inſiguntur: ſed à Deo grauiffimæ. Nō ſit enim propitius cōtaminatis eo ſcelere, ſed vt impuros auerſatur perpetuò: & merito. Qui enim res tam ſerias contemnit, viciffim cōtemnitur, & referuntur paria paribus. Homines verò aut morte mulctant hos aut verberibus: ſeucrius dum pietatē læſam morte vindicāt: remiffius dū publice flagris eos lacerāt, quæ pœna ingenue nō videtur morte lenior. Hæc diſerte præcipiuntur, licet interpretari poſſint per allegoriam ab his qui occultiorē intellectū conſiderāt. Sciēdum igitur qd recta ratio ſeu ſermo patris atq; mariti vim habet, ſed diuerſa obſeruatione. Mariti, quia virtutū ſemina iacit in animam tāquam in agrū fertilem. Patris, quia conſil

condilia bona & actiones honestas solet gignere, prognatasque educare decretis dulcibus, quæ doctrina & sapiëntia suppeditat. Mens autem assimilatur nunc virgini, nunc mulieri vel coniugata vel viduæ: virgini, quando castam puramque se conseruat à voluptatibus harumque concupiscentiis, tum à dolore timorèque insidiosis affectibus, & genitoris curam respicit. Cæterum quæ tamquam mulier proba sermone proba per virtutem copulatur, sub eius ipsius degit prouidentia, seminantis more maritali cogitationes optimas. Cæterum quæ anima destituta fuerit & parètela prudenti, & recti sermonis coniugio, viduata pulcherrimis præsiidiis & deserta à sapientia, viuensque vitam obnoxiam, tenetur quo se obstrinxit vinculo, non habens medicum à quo curetur, nec maritum conuictorem, nec patrem genitorem, sermonem inquam ornatum sapientia. Eorum verò qui non solum bona sua partemve horum, sed & seipsum deuouerunt, pretia constituta sunt, non iuxta formam aut proceritatem aut aliud simile, sed pro annorum numero, ratione tantum sexus ætatisque habita. præfinit enim lex ab anno x. ad lx. viri pretium c. argenteos solidos. mulieris verò c. x. à quinto autem ætatis anno vsque vigesimum, masculi l. x. x. foeminae x. l. ab infantia vsque quinquennium, masculi x. x. foeminae x. i. eorum verò qui sexagesimum vitam annum excefferunt, senis sexaginta, anus quadraginta solidos. Cur autem pariter omnes eiusdem ætatis & omnes eiusdem sexus æstimati sint, tres causæ afferuntur valde idoneæ. Vna, quia par & similis est votorum dignitas, siue magnates siue humiles voueant. altera verò, quia aut æquum videbatur vota facientes æstimari eiusdem conditionibus quibus mancipia venalia. in illis enim spectatur pulchritudo & bona habitudo corporis, vilescitibus si ista defuerint. Tertia causa est præcipua, quia apud nos imparitas honoratur, apud Deum paritas. Haftenus de hominibus, cæterum de pecudibus hæ leges habentur. Si quis selegit pecudem, quæ sit ex aliquo trium generum purorum ad sacrificium, bouem, aut ouem, aut capram, illam ipsam sacrificet, nec supponat vel deteriore pro meliore, vel meliorem pro deteriore. Non gaudet enim Deus carnibus & adipibus animalium, sed uentium innocentiâ pioque proposito. Quod si supposuerit, mactet pro vna duas victimas, & eam quam dudum vouerat, & supposititiam. Quod si deuota pecus impura sit, adducatur ad sacerdotem probatissimum. Hanc ille quanti sit æstimer æquo pretio, & insuper quinta parte eius pretij, ne quid desit si substituenda sit pura victima

stima. Eadem opera mulctatur etiã & pudescit uentibus incogitantiâ, qui per errorem animal impurum uouerit, fortassis offuscante mentem perturbatione quopiam. Si quis autem domum uouerit rursus sacerdotem æstimatorem adhibeat. Emptor autem si est ipse qui uouit, non solum persoluat æquum pretium, sed & quintam partem superaddat, quo mulctetur duo vitia, temeritas & cupiditas, in uouendo temeritas, cupiditas in repetendo quæ semel alienata fuerat. Sin alius emerit, nihil addat ultra æquam æstimationem. Cæterum qui uouet non differat diu res uotiuas luere, vel earum pretium. Iniquum enim fuerit pacta representari hominibus, Deo cui non potest referri merita gratia procrastinari honorem debitum, & cunctando negligentiâ detegere. quasi cordi non sit cultus eius numinis, à quo & initium & summa felicitatis depedit. Hæc de iureiurando, uotisque dixisse sufficiat.

Contra mœchos & libidinosos, homicidas omnemque uolentiã: ad duo decalogi capita referenda, sextum & septimum.

VIR olim tempus quando philosophiæ vacas contemplationis; mundi & eorum quæ mundo continentur, fruebat optatis ac beatis mentis deliciis, semper conuersando diuina præcepta & oracula, quibus satiari præ auiditate nimia non poteram, his tantum me oblectans, humile uero nihil sapiens, gloriã, opes, voluptatesque fastidians, & uelut in sublime raptus diuino spiritu lustrabam animo solis lunæque cursus & cæterorum cælestium orbium, interdum deflectens ab æthere ad terram mentis oculos tanquam è specula considerabam terrestria negotia cuncta, quæ nullo sermone possunt explicari facile, mactum me iudicans qui fortiter euasissem tot calamitates mortalium. sed insidiabatur mihi grauissima pestis inuidia, uirtutis aduersaria: quæ nec opinantem aggressa non prius desit deorsum trahere, quam ui coniecit in profundum mare curarum spectantium rempublicam, quibus iactatus ne nunc quidem enatare ualeo. Gemens tamen eas sustineo, ætatis primæ studia pertinaciter animo hærentia desiderans, quorum amore memoriâque in miseris

miseriis recreor atq; subleuor. Propterea nonnunquã caput atollo & oculis animę, licet hebetatis negotiorũ parum gratorũ caligine, circumspicio, sicunde se pura lux offerat. Quòd si quãdo non expectanti mihi cõtingit vel breuis trãquilas ac quies à tumultuatione rerum ciuiliũ, tãquam a latus tantũ non per aërem voluto aspirate aura sciẽtię: quæ me sæpe incitat vt ad se transfugiã, secũmq; degã in posterũ, desertis immitibus heris, non tam hominibus, quã negotiis aliis aliunde in morẽ torrentis affluentibus. Verũ oportet hoc quoq; nomine Deo gratias agere, quòd quãuis pulser, non absorbear tamẽ huiusmodi fluctibus: atq; etiam mentis oculos, quos quidã vt cæcatos iam deplorauerãt, aperio admittõq; lucem sapientię, ne totam vitã in perpetuis tenebris quasi damnatus exigã. Ecce audeo nõ solum tractare sacra Mosis eloquia, verum etiam, diligẽter singula introspicere, & quęcũque non sunt multis cognitã, reuelare spectandãq; proponere, & quoniã è decem præceptis, quæ Deus ipse absq; propheta interprete ore suo prodidit, explicauimus quinq; scripta in priore tabula, specialẽsq; leges tẽdẽtes ad eũdẽ terminũ, superfluatq; reliqua in posteriore contenta illis atroxenda quãtum possumus, conabor iterum singulis generibus suas leges speciatim adaptare. In ea tabula primum mãdatum est, non moechaberis, vt opinor, quoniã ubiq; terrarum voluptas pollet plurimũ vt potẽtiam eius terra marĩq; atq; in aëre nihil queat effugere. imperat em̃ terrestribus, volucribus, aquarilibus, libenter imperata faciẽtibus, atq; ad eõ nutus eius obseruantibus & arrogãtes superbõsq; fremitus, & hos quoq; cupidẽ præuertentibus mirifica celeritate ministerij. Incidit tamẽ etiã naturalis voluptas in reprehẽsionem, propter vsus immodicos: sicut lurcones insatiabiles, etiã à vetitis cibis abstineãt, & vxorij plus satis indulgẽtes lasciuiz, etiã si ab alienis toris sibi tẽperent. Verũ hæc culpa est corporis magis quã animæ, vt vulgus putat, dũ internus calor absumptis alimẽtis è proximo humore aliũ attrahit, cuius fluxus deriuatus in genitalia, pruritus titillationẽsq; irrequietas excitat. Cãterũ qui in vxores aliorum, interdum & amicorum insaniũt, & in damnum proximorum viuendo familias numerosas adulterare conãtur, coniugaliaque vota irrita facere, & spem posteritatis abrumperẽ, laborant insanabili morbo animæ, capite plectẽdi vt publici hostes humani generis ne impunẽ plures domos contaminẽt, nõ uel aliis exemplũ fiãt nequitiz, quæ faciliẽ imitatores inuenit. Quip

&

& aliæ leges de cõcubitu rectẽ institutz sunt. Veritum est enim cõgredi non solum cũ maritatis mulieribus, sed etiam cum uidiuis, quòd illicitus sit talis coitus. Eadem lex Persarum quoque morem execratur vt incestissimum. Honoratiorẽ enim Persarum cum matribus contrahunt matrimonia, & natos inde arbitrantur nobilissimos, regiõq; (vt ferunt) dignantur solio: quo nihil excogitari potest magis impiũ, cõspurcari defuncti patris thalamam, cui maxima debebatur religio, matri exhiberi nullam reuerẽciam, filium eundem & maritum fieri, matrem vicissim vxoris nomen assumere, communes liberos patris quidem fratres, matris verò nepotes censerẽ. Hãc prolis suæ matrem simul esse ac auiam, illum filiorum patrem & germanũ vterinũ. Accidit tam scelestũ facinus apud priscos Græcos Thebis Oedipodi Laij filio, non sponte tamen, sed per ignorantiam, nihilominus tantam vim calamitatũ secum attulerũt hæ nuptiæ, vt nihil reliquum factum sit ad summum miseriarũ cumulum. Sequuta sunt enim cõtinua bella, tum externa tum ciuilia, velut hæreditario iure filiis nepotibõsq; à maioribus tradita, quæ vastitates induxerũt maximis Græciæ ciuitatibus, strages exercitibus eorũque auxiliis, ducibus partium continua funera, & in his fratribus de regno implacabiliter contendentibus cædes mutuas, vnde nata est non solum familiarum patriarũque, sed etiam ex maiore parte Græcanici generis perniciẽs. Nam vrbes antea populosæ, euacuatz sunt, reliquiis modò calamitatum ad memoriam, & miserum spectaculũ superstitibus. Ac ne Persarum quidem, apud quos hoc receptum est, expertes sunt cladum similitum. Semper eorũm atterũtur expeditionibus atq; præliis dum cædunt cæduntũq; inuicem, nunc incurfando finitimos, nunc populatores arcẽdo à suis finibus. E' multis enim locis hostes in eos cooriuntur, quòd natura inquieti sint barbari. Itaque vix dum finito præsentis tumultu, alius nascitur, vt nullum anni tẽpus vacet à militia, & sapius in castris sub diuo degant miseri quã in oppidis, eò quòd pace careant. Omitto illas ingentes regum felicitates regnum auspiciũ à fratricidio, videlicet prælagentiam fraternas insidias, ne gratis scelesti videantur. Quæ omnia contingere opinor propter incõuenientissimã cõpugna filiorum cum matribus, iustitia rerum humanarum spectatrice vlciscẽte impietatem nefariam. Nam habendi sunt impij non solum qui talia flagitia perpetrant verum etiam qui assentiuntur patrãtibus. At nostra lex tantam cautelam adhibuit

in

in hoc negotio, ut ne à priuilegio quidē post patris obitum nouercam duci permittat, tum ob patris reuerentiam, tū quia nouerca & mater cognatae appellationes vidētur: rāto magis à matre oportet abstinere iniuriā probrosissimā. Siquidē qui ppter patris memoriam reueretur mulierē quæ quondā illius cōiux fuerat, satis apparet quod multo magis in honorē vtriusq; parētis cum matre nihil tētabit nouum & illicitum. Stultum enim fuerit, rationē habere dimidiati generis, integrū verò prorsus contemnere. Deinceps præcipitur, ne sororē quidem esse ducendam, honestum sanè præceptum & aptum cōtinentiæ, quamuis Atheniensis Solon hoc obseruat in vterinis tantū germanis, eodem patre prognatis relinquit liberum. cōtrā Lacedæmoniorū legislator vterinis non interdicit conubio, sed solis eodem patre genitis. At Aegyptius ridēs vtriusq; simplicitatē & semiperfecta placita, laxauit libidinē, & auxit in corporibus animisq; insanabile malum intemperantiæ, permissa licentia ducēdi sorores, siue per alterutrum parentem siue per vtrunq; cognatas, maiores pariter & minores aequalēsve, ne gemellis quidē exceptis, quas natura ipso natali seiunxit, intēperantia verò societate copulauit infociabili, & malè comparata iūctura quas leges abominatus Moses sanctissimus, ut alienissimas à bene cōstituta republica, & incitātes ad omnem turpitudinē, modis omnibus prohibuit congressum cum sororibus, siue vtrunq;, siue alterum tantummodo parentem communem habentibus. Quid enim opus est deturpare pudoris pulchritudinē, & virgines ne erubescant assuefacere? quorsum autem attinet obstare quò minus affinitates iungātur cum aliis, & intra domesticorū parietum angustias rem honestissimam includere? cū extendi ac diffundi possit per cōtinentes terras & insulas, deniq; totius orbis habitati prouincias. nam cōnubia cū exteris nouas coniunctiones faciunt, nihilo deteriores quàm cōsanguinitas. Quapropter & aliarum multarum nuptiæ sunt veritæ, neptium, consobrinarum, nuruum, priuignarum seu viduarum seu virginū, siue vxore viua siue post eius obitum. non fratris patruive vxorem licet ducere, tantò minus priuignam, cui vitricus parentis loco est, & ipsa vicissim loco filia, nempe ex vxore huius genita. Similiter duas sorores vni marito nubere non permittitur, nec simul nec successiuè, etiam si prior repudiata fuerit. Nam priore manente in cōtubernio, aut etiam dimissa, siue maneat vidua siue nubat alteri, nō videtur pium sororem in bona illius infelicis venire: proinde

proinde docentur seruare iura cognationis, & non insultare cōiunctis genere, nec oblectari cū earū inimicis per obsequia mutua. Nascūtur enim inde graues zelotypiæ, & contentiones implacabiles, prouētusq; malorum maximus: perinde ac si mēbra eiusdē corporis naturali cōpage soluta seditionibus agitarētur morbos immedicabiles & perniciem sibi quærentia. Germani autē quamuis mēbra disiuncta sint, natura tamē ac cogitatione coaptatur. At zelotypia molestissimus affectus graues calamitates secū afferre solet. Ne alienigenā quidem vxorē legislator finit in thalamū recipi, ne quādo maritus ab ea seducatur, oblitusq; pietatis à recto itinere deflectat in deuia. Potest quidē fieri ut ipse resistat, aīuetus à iuuentute ritibus patriis, & sacris legibus quas parentes inculcauerāt: sed cauendū est nō mediocre periculū, quod filiis & filiabus imminet. Fortassis enim vnus Dei cultū dediscēt illecti falsis opinionibus, quod quidē est initium & caput extremæ miseriæ. Addit: Quod si quācunq; ob causam repudiata, & alteri nupta, viduata iterū fuerit, siue viuo posteriore marito siue mortuo, nō habet ius reuertēdi ad priorē: cuius nubat potius, quando vinculi oblita pristini, nouos amores pretulit veteribus. sin autē quispiā vxorē talem receperit. habeatur ignauissimus, ut cui sit exemptū è pectore vitiorū odiū, affectus ad rē tum domesticā tum publicā administrandā utilissimus, & ipse sibi duas notas inusserit, adulterij lenociniq;. Nam huiusmodi reconciliations non absunt à suspitione veneficij, ideo simul cū vxore poenas luat. Menstruorū fluxus tempore maritus vxorē ne contrectet, sed abstineat tantisper à coitu, legibus nature in hoc obtēperās, nec cōmittat ut propter voluptatem intēpestiuam foetus minus absoluti in lucē veniāt. id enim perīde fuerit, ac si ebrius aut insanus agricola in paludes torrentēsve non in arua sementē faceret. Nam semina siccatos fundos postulant, si colonus sibi velit vbertatē fructuū promittere. Natura porrò vuluā repurgat singulis mensibus, velut aruum quoddā mirificū, quas tempestates obseruare oportet more boni agricolæ, ut per inundationem à seminando abstineat. alioqui semen nemine sentiente diffluet præ humiditate, non modò liquidius factū, sed & omnino fluidū, euanescente in eo vi spiritus per quē in officina vteri formantur animalia, ita ut absoluantur omnibus corporis animiq; partibus. cessantibus autē mēstruis tutò iam prolificū semē vteris cōmittitur. cæterū qui squalidū petricosūq; fundū colunt, nō euitabūt opprobrium:

videlicet qui voluptatis consuetudinē habent cū fœminis sterilibus. Nihil enim captant præterea, qui per lasciviā sponte proli iacturam faciūt. quid enim aliud est cur earū coniugiū expectant? certè liberos sperare non possunt, quos nullos fore sciunt, stimulantur tamen impotenti libidine, laborātes insanabili vitio. ergo qui puellas duxerūt incerti de futura fœcūditate, si sterilitate tandem deprehensa nō eis renuntiant, & res sua sibi habere agerēq; sinunt, merentur veniā, quia victi diuturna cōsuetudine amorēq; mutuo non valent vim inferre suis affectibus impressis iam dudū in animum. Qui autem fœminas cōperta, sterilitatis expetunt ad coniugium, suū hircorūmq; more quærentes solam venerem, in impiorū album ascribantur, vt Deo repugnantes. illi enim vt amatori animalium, præsertim hominum, curē est genitura salūsque; omniū. At isti simul emittunt semen & extinguunt, inimici naturæ confessione publica. Sed & alius morbus petulanter irrupit in ciuitates hoc multò nocentior, eorum qui pueros adamant, quod olim probrū fuit maximum: nunc eo gloriantur & qui patrant & qui patiūtur muliebria, effœminati iuxta corpore atq; animo, ne scintillam quidē retinentes generis masculi, propalam plectentes cincinnos ornamentēsque, & cerussa fucōq; oblinentes faciem pingentēsque, vnguentis quoque fragrantēs exquisitissimis. Nam & hac vtūtur illecebra, exercitati omnibus formæ lenociniis: nec pudet eos marem sexum data opera mutare in fœminam. His parcēdum nō est, si audimus legem, quæ iubet androgynū & sexum suum adulterantē impune occidi, die ipsa & hora qua deprehenditur, cū sit probrosus & familię suę patrięq; dedecus, atq; adeo totius humani generis. Amator autem puerorū sit eidē pœnē obnoxius, quia voluptates alienas à natura sectator, & ciuitates, quantum in ipso est, desolat, corrumpens femina: ad hæc duorū maximorum vitiorū magister est, ignauię mollitięq; iuuentutem ad formæ curam assuefaciens, & florem ætatis effœminās, qui ad vires ac robur exerceri debuerat. Denique more mali agricolę fœcunda arua inculta sinit squalescere, sterilitatē eis inducēs: alia verò ex quibus nullus fructus expectari potest, colit interdū noctūq;. In causa est opinor, quia apud plerasq; ciuitates impudicis & mollibus proposita sunt præmia: vbi videre licet istos semiuiros in medio foro frequētissimāq; turba versari, & cubito protrudere alios, festis quoq; diebus in pōpa præcedere, & tractare sacra incestis manibus, interessēque ac præesse

myst

mysteriis Cereris. qui verò cæteris insanores omnino descierunt ad mulieres exactis genitalibus palliolati purpuratīq; tāquam optimē de patria meriti incedūt cum satellitibus, & vertunt in se obliuorū oculos. quos si maneret indignatio, qualis est nostri legislatoris, vt piaculares & patrię probra tollerētur sine venia, vt eorū exemplo deterrerētur alij. supplicium enim representatum nō mediocriter recundit audaciam simili morbo laborantium. Nūc quidam imitatores luxus sybaritici, post epipara conuiuia largāsque; potationes per saturitatē prorūpunt in lasciuiam voluptatēsque; distenti ventris comites. Nam saturitas gignit petulantiam. ita fit vt mētis impotes rabięque; perciti insaniant nō iam in mares fœmināsve homines sed in brutas pecudes, sicut narratur de Pasiphaë Minois olim Cretensis regis vxore: quæ taurum tantò amabat impotentius, quantò minus sperabat cōcubitum, vt ferè vsu venit amantibus. Tandem communicauit cōsiliū cum Dædalo, fabrorum eius ætatis præstantissimo. is vt erat artifex rerum inuentu difficilium, in vaccam ligneam inclusit Pasiphaën. Taurus sui generis animal ratur in eam insiliit, reddiditque; grauidam, vnde natum dicitur monstrum semiferum Minotaurus nomine: & crediderim esse alias quoque; Pasiphaas infreni libidine, nec solū mulieres, sed etiā viros insanire in bestias, vnde nascuntur abominanda prodigia, hominum cupiditates scelestas & fatuas testantia: ex quo genere fortasse fuerunt fabulosi centauri, chimæræ, alięque; similia. Tanta verò fuit sacrarum legum prouidentia cauēdi ne homines polluerentur coitu nefario, vt disertè cautum sit ne admittantur pecudes diuersi generis. hircū nullus pastor Iudæus sinet in ouem scandere, nec in capram arietem, nec taurum ad equam admittet. Quod si fecerit, dabit pœnas vt qui naturæ iura violauerit, distinguētis genera quo in sua synceritate permaneant. mulos quidam præferuat iumētis omnibus, quod bene compacta neruosiq; habeāt corpora, & in equarum pascuis stabulisque; asinos prægrandes, quos calones vocant, nutriunt, ad gignendam eis sobolē. illæ pariunt mulos speciei confusæ animal, cuius genituram vt cum natura pugnatem prorsus interdixit Moses edicto generali, ne coitu misceatur animalia disparia. qua ratione prospectum est ne indecorè confunderentur naturæ ordines, simulque; cautum est hominum temperantię, vt sic discat viri atque; mulieres abstinere à nefariis cōcubitibus. Proinde siue vir ineat quadrupedem, siue mulier eam admittat, neca

K ij bunt

buntur & homines & quadrupedes: illi quia per intemperantiam transgressi sunt prescriptos terminos comminiscendo noua genera libidinū, & voluptatē insuauē captādo ē rebus etiā dictu turpissimis: hæc verò quia se prebuerūt probris talibus, & ne pariat abominandū aliquid, qualia nasci solent ex huiusmodi piaculis detestabilibus, quæ nemo honestus ferat in suis possessionibus abhorrens ab eorū vsu & ministerio, atq; adeo aspectu quoq; vt renouante memoriā foedissimā, vel solo attractu omnia contaminantiū. cū igitur his nemo libēs vtatur, nil aliud sunt quàm telluris inutile pondus, vt quidā ait. Præterea scortū lex eiicit ē republica, vt honestate, pudore, sobrietate ac cæteris virtutibus vacuum, & replēs viros fœmināsq; impudicitia, deturpāsq; immortalem mētis pulchritudinē, solam verò corporis venustatē breui periturā excolens, prostituens se prætereūtibus, & florem ætatis vendicans, ad illectandos iuuenes omnia tum dicēs tum faciens. Eadem cōmittit amatores suos, inhonestū premiū seipsam proponens ei qui plura dederit: ergo vt pestis labēsq; publica saxis obruetur, quòd naturæ donis abutatur, quæ virtutibus exornasse debuerat. Adulteris deprehensis conuictisq; lex præsentem pœnam infligit: suspectas autem cōmittit naturæ iudicio nō hominū: quandoquidem manifesta cognoscunt homines, Deus occulta etiam, qui solus animos introspicit. sic igitur zelotypo viro præcipit: Die dicta vxori, sanctam ciuitatē pete cum ea: & vbi corā iudicibus cōparueritis, suspicionē tuam de tege, non vt calūbiator aut insidiator, captans modis omnibus victoriam, sed vt incorruptus inquisitor veritatis. At mulier in gemino constituta periculo, mortis & morte grauioris ignominia, rem ipsa secum expendat, & si est innocens, purget se cū fiducia, quòd si arguatur suapte conscientia, satius fuerit se abdere, & peccatum pudore tegere, quàm peruicaciter ambire victoriam. quòd si lis nequeat dirimi, neutrius coniugū argumentis præualentibus, ambo in templum eant: tum maritus ante altare stans coram sacerdote illius temporis, suspicionem suam prodat, offeratq; pro vxore pultem ordeaceam, vt appareat eū non malo sed sano animo certis de causis pudicitiam eius reuocare in dubiū. sacerdos verò protensa manu mulieri regmen capitis detrahat, vt iudicetur aperto capite sine pudoris insigniis, sicut mos est in omnibus cōtrouersis capitalibus. sed neq; oleū neque thus, vt in aliis sacrificiis aspergitur, quia tristes non lætorem diuinam faciunt. puls autem adhibetur ordeacea, fortassis

ideo

ideo, quia hoc genus frugum vsus est duplex, & promiscuè præbetur brutis animalibus & pauperibus hominibus: quo signo subinnuitur, adulteram nihil differre à bestiis, quæ sine discrimine & sine disciplina ruunt in venerem: pudicā verò & purā à crimine, imitari vitā propriam hominibus. Pergit lex, iubēs vt sacerdos urnā fictilem aqua è vino fonte hausta impleat, & terræ puluerem è templi solo collectū indat in eā: quod ipsum eò spectare opinor, vt figuratè significetur veritatis inquisitio. nam urna fictilis adulteræ conuenit, cui mors opranda est, solēnis pœna violatæ conjugalis fidei. terra autem & aqua sic assumuntur, velut testes periclitantis innocētia, videlicet quæ ambæ sint causa generationis, incrementi perfectionisq; rerū omniū. nec temerè vtraq; ornatur suis epithetis, dum aqua pura viuāq; dicitur, quia mulier insons pura est mereturq; viuere: terra verò sacra, vt ex tēpli pauimento desumpta, quod sua sanctitate placet, sicut & mulier sua castimonia. His ita paratis illa capite aperto accedat, vt dixi, pultem offerēs. sacerdos ex aduerso stās cum fictili aquam terrāq; cōtinente, hæc verba pronūtiat: Ni violasti iura cōiugalia, nīve cū alio viro cōgressa es proculcatis legibus, insons esto & à crimine libera, quòd si cū iniuria mariti te implicasti nouis amoribus, scito te deuorā diris omnibus. quibus manifestè pœnā lues corpore. Bibe iam redargutionis poculum, quod incerta occultāq; nudabit ac reteget. Eadem verba inscripta chartulæ deleat aqua in fictili, mōxq; bibendam mulieri porrigat: illa post potum abeat, expectatura pudicitiaæ præmium, aut extremam pœnam intemperantiæ. nā si est passa calumniam, conceptum partūq; speret, nihil de sterilitate sollicita. quod si culpa non caret, non euadet ventris inflammationem tumoremq;, & cruciabile vuluæ vitium, quam puram seruare marito noluit, cum quo in matrimonium ritè cōuenerat. intantum autē prospicit lex puritati coniugij, vt etiam post legitimos complexus cōiugum nihil sineat eos attingere, prius quàm abluantur purificenturq;, quo magis absint ab adulterij criminibus. Quòd si quis viduæ siue defuncto siue dissiūcto marito stuprum obtulerit, duplo leuiore culpa quàm adutterij, nō luet quidem capite: cæterū propter libidinosam audaciā violentiamq; prælatas cōtrariis virtutibus accusatus, ex arbitratu iudicum flagris cedatur aut mulctetur pecuniis. germanū verò cognatūq; adulterio crimē est puellarū vitiatio, quādoquidem vtrunq; ex eadem matre incontinentia nascitur: vtcunq; à qui-

K ij busd

busdam res turpes appellatione honestiore prætexcibus amor vocatur, quia verū fateri pudet. attamen quamvis cognatū, non est omnino simile: quia talis iniuria nō grassatur per plures familias, sicut adulteriū, sed consistit apud vnā virginem. His igitur verbis obiurgāda erit amatoris cōcupiscentia: Heus tu, mitte impudentem istam procacitatē, & desine insidiosos laqueos clamve, palamve tēdere, ne improbitatis notā lucrifacias, sed si bene affectus es erga virginē, accede parētes eius si fortē viuūt: sin minus, fratres aut tutōres, aut quoscunq; in quorū est potestate: & amorē ingenuē detegens pete illius cōiugium, & ne te vt indignum fastidiant. nemo enim ex puellæ curatoribus tam erit difficilis vt instantiores preces reiiciat, præsertim si habita inquisitione cōperiat non fingi amorem, nec leuiter te afflauisse suis ignib⁹, sed citra facū penitus insedisse precordiis. Quod si quis agitatus insana rabie, rationibus omnibus ablegatis furori violentiam ac libidinē addiderit, posthabitūq; legibus raptam vitiauerit, tanquā ancillis abutens ingenuis, & pacis tempore iniurias belli perpetrans, ducatur ad iudices. tum si pater violatæ sperfuerit, agat cū vitiatore de spōsalibus. quæ si ille recusauerit, mulctetur pecuniis in dotem puellæ nupturæ alteri, quod si assenserit, sine dilatione ducat eā, assignata dote nihilominus: nec ei cūctari tergiuersariue liceat: vel suamet causa, ne videatur per libidinē non per amorē inobediēs fuisse legibus: vel propter puellā, vt læsam eius pudicitia soletur cōnubio stabili, nec vnquā diri mēdo ante obitū. Sin autē orbata patre fuerit, iudices percontentur pariter de voluntate ducēdi. & siue assentiatur siue renuat, idem ius seruetur quod viuente patre seruatum fuisset. Sunt qui putāt medium quiddā esse inter stuprū & adulteriū, interceptū concubitū, quoties desponsa, nōdum tamen nupta, dolo aut vi opprimitur ab alio: me verò iudice hæc quoq; species est adulterij. nā sponsalia tantundē valent quantū nuptiæ, quando in solenni amicorū conuentu mariti vxorisque nomina inscribūtur tabulis. propterea lex reū & ream iubet lapidibus obrui. si accessit etiā puellæ consensus ad nequitia qui ni accedat nō possunt ambo hære in culpa eadē. itaq; pro ratione loci reputatur crimē grauius aut leuius. meritō enim habetur atrocius, si cōmittatur intra mœnia: leuius autē si extra in solitudine. hic enim nemo poterat succurrere puellæ vociferanti, reluctāti, & nihil nō tentāti ad seruandā virginitatē integrati. in vrbe verò præsto sunt curiæ tribunaliaque, prætores,

ædil

ædiles, magistratūq; cæteri, ad hæc vicini vniuersūq; populus. innatum est enim etiam plebeiōrum animis odium scelerum, quod per occasionem proritatum se aperit, & vltro fert opem patientibus iniuriam. itaque violentum stupratorem vbiq; sua pœna sequitur, nec excusatur locorum differentia flagitium: puella eo quo dixi discrimine, vel meretur veniam, vel certum laet supplicium. Verūm de hac curiosē debet iudex inquirere, locorum etiam considerando circumstantias: potest enim & in media vrbe inuitæ vis inferri, & extra urbē volens libēnsq; nefarium coitum admittere. ideo rectē cautēq; lex patrociniatur stupratē per vim in solitudine, dicens: Vociferata est adulescens, nec erat qui succurreret. Itaq; si nec clamauit, nec repugnavit, sed volens se præbuit, non est innoxia, quantumvis prætextat culpæ locū solitariū. In vrbe quoq; quid iuuat pro castitate tuēda conari omnia, si puellam opprimat violator longē superior viribus & pollētior? Quid enim si colligarit eam funibus: si os obturarit, vr ne in clamorem quidem valeat prorumpere? quid tum ei proderit in propinquo habitantiū vicinia? nam hoc pacto vel in vrbe licet inuenire solitudinē, vbi nemo succurrit. eadem ratione cōsensus in solitudine nihil differt ab eo qui fit in urbibus. Sunt item quidā qui facile appetitas fastidiūt facilius, mulierosi simul & infensi mulieribus, è diuersis promiscuisq; conflati moribus, primis quibusq; cedentes affectionibus, quas refrenare fuisset satius: nunc sinunt eas inconsideratē tanquam cæcas ruere, & in quaslibet res aut in quævis corpora impingere, ac præ impetu nimio procidere cū offensione mutua. Ad eos reprimendos hæc lex est opposita. Si quis post epulum nuptiale cum puella nō maritali affectu, sed tanquā cum meretrice libidinis causa congressus, deinde nō habens quod ei propalam expreret, calumniosē vertat se ad occulta crimina, dicēdo in primis cōplexibus eam à se mulierem deprehensam non virginē vocetur vniuersus senatus vt iudicet: adsint etiā accusatæ parētes, communem causam acturi. in tali enim controuersia, quando de castitate corporis quæritur, non imminet periculum soli filia, sed etiam eius curatoribus: non modò quia vsque ad suum tempus non custodierunt natæ pudicitiam, verūm quia vitiatam ab alio desponderunt pro virgine, decepto qui eam sibi vxorem petiit. qui si litem vicerit, mulctetur calumniator ex iudicum arbitrio tum pecuniis tum verberibus: &, quod ei grauisimum erit, confirmetur id matrimonium, si modò vxor

K iij cum

cum tali cohabitare sustineat. his enim lex relinquit liberum, abire an manere malint. maritis eadem potestas non permittitur, propter recentem calumniam. Qui hominē occidit, appellatur homicida, sed reuera est sacrilegus, & quidē insignis. quippe qui perpetravit sacrilegium maximū, sublata ē mūdo re pretiosissima sacratissimaq;: quādo nihil est Deo tam simile, quā hoc sigillum pulcherrimū expressum ē matrice pulcherrima, ad exemplar ideæ rationalis effectum. Ergo quilibet homicida confestim pro impio sceleratōq; habendus est ob perpetratum facinus impium atque nefarium, & debet ē medio tolli ut maleficus. meritis em̄ plurimas mortes exoluit se vnica, quia natura non fert eum affici pluribus suppliciis: nec iniquum videri potest si quod prior fecit, idem & ipse patitur. quāuis idem nō est quod tēpore, facto, proposito, personāq; distinguitur. An non iniuria laceſcere prius est quā vim vi repellere? nōne homicidium res iniustissima est, sicut ediuersō iustissima homicidē supplicium? homicida explet suā concupiscētiā patrato facinore: occisus verō sublatus ē medio, nec iniuriā potest reponere, nec ex ultione voluptatē capere. ille sua manu impetit ex insidiis: alter nihil potest officere aut nocere interfectori suo, nisi cognatis amicisq; propugnātibus ex affectu misericordiae. Si quis gladio petit aliquē occidendi animo, etiam si nō succedat, reus est homicidij quod destinauerat, nec prodest ei q̄ conatu suo frustratus sit. proinde pari pœna plectatur. Item si quis non ausus cominus aggredi, dolo malo aggreditur ex insidiis hominem, & necē ei machinatur, scelestus est & execrabilis, pollutus animo prius quā manibus. Quēadmodum enim hostes habentur nō solum qui nos iam impugnat classibus aut exercitibus, verum etiam qui utrosq; apparatus faciunt, & machinas aduentus portibus ac mœnibus. etiam si nōdum ad manus venerit: ita homicidæ cēfendi sunt nō solum qui interimunt, sed & qui nihil nō conātur clamq; palām; ut interficiāt, etiam si nō perpetrarint facinus, quod si prę metu vel audacia, vitiis cōtrariis, in templum irrūpere tentarint impunitatis inueniēdæ gratia, prohibendi sunt. si autem iam subreperunt, dedendi sunt ad supplicium, cum hoc preconio: Hominibus nefariis in fano ius asyli nō deberi. nam quisquis malum dat incurabile, inimicus est Deo. homicida autē lædit immedicabiliter, quia occisus nō potest in integrum restitui: nisi fortē innoxios ante solennē purificationem in tēplum non admittimus: pollutos verō in elu-

bili

bili scelere, abolendo nulla mora temporis, dignabimur aditu sacrarum ædium, quos ne priuata quidē domus honesti viri & sanctitatem amātis reciperet. Ergo si peccatum peccato cumulantes impietatem addunt homicidio, ducendi sunt ad supplicium, ut non vnā mortem meriti, sicut iam ante diximus. alioqui cognatis amicisq; per dolum necati non parebit templum quod homicidam excepit, qui nunquam sub idem tectum succederent. Iniquissimum autē fuerit propter vnū multos, & propter violatorē iuris excludi affectos iniuria, nullo suo merito in luctum cōiectos acerbissimū. Et fortasse legislator prudenter in futurum prospiciens, præcauere voluit, ne in templo cōmitteretur homicidiū, si illud frequētarent occisi hominis necessarii, qui præ impōrētī affectu vel propriis manibus confecturi homicidam videbātur, patraturiq; impietatis summæ facinus. sic enim victimarum sanguis misceretur cum homicidarum sanguine, sacratus cum execrabili. propterea iubet ut ab ipsis aris abstrahatur homicida. Ceterum qui gladio, hasta, fuste, saxo, aliōve telo interi mūt fieri potest ut inconsulto repētinōque impetu perciti scelus admirtāt, furori non rationi obsequuti, ita ut dimidiatum videatur facinus cui nō accessit lōga deliberatio. alij verō sceleratissimi, polluti mēte ac manibus, magi ac venefici per otium & in secessu dant operā malis damnatisq; artibus, captantes occasionē variarum calamitatum inferendarū proximis. ideo lex vult veneficos & veneficas ne vnū quidem diem viuere, sed mori quamprimū deprehensi fuerint, nec vllō pacto differri supplicium. nam qui propalam & cominus aggrediuntur, utcumq; caueri possunt, occultæ autem insidiæ veneficiāq; nō animaduertūtur facile. præstat igitur ut noxa quā illaturi erāt aliis, auerratur in ipsorū capita. & alioquin etiam qui gladio vel alio quouis simili telo grassatur, non enecat multos eodem tēpore. venenis autem letiferis innumerari perimuntur, inter esculēta clam admixtis confusisq; per insidias. & accidit aliquādo in numeroso conuiuio sodalibus ad eiusdem salis eiusdemq; mensæ societatem collectis, inter libationes violari sodalitaris fœdera, repētē mutatis rerū vicibus, & in conuiuij locum succedentibus funestis exequiis. quapropter etiam mitissimos clemētissimosq; iudices sequere in id genus cōuenit, nec saluti eorum vnquā parcere, tantum non propriis eos tollendo manibus absq; vlla cōtagione sceleris, etiā si non vtatur ministris supplicij. Quid enim est iniquus, quā-

K v alimen

alimēta ad tuendam vitam facta vertere in perniciem, & naturæ beneficia corrumpere: vt qui ex cibo potūq; petunt refectio- nem necessariā, in insidias præcipitati pro salute mortem inue- niant. Eadē pœna manet eos qui non letifera venena cōficiunt, sed longos morbos & rabem lentam inferentia. nam sæpe sa- tius est emori quàm ægrotare, præsertim diuturno morbo non habituro felicem exitum. respuunt enim medicinā morbi con- tracti è veneficiis. molestiores autē sunt in hoc genere; animo- rum noxæ quàm corporum, quoniam inde nascuntur deliria & intolerabiles insanix, quibus mēs, qua nihil pretiosius homini datum est diuinitus, obleditur, vel potius in totum demigrat si- ne vlla spe reditus, brutā deteriorēmq; animi partē relinquens corpori, communem cum bestiis: quandoquidem sublata ratio ne homo in feram mutatur, vtcunq; lineamēta humanę speciei retinet. Veram quidem illam magiam, hoc est perspectiuā sciē- tiam, per quam naturæ opera cernuntur clarius, vt honestā ex- petendāmq;, non plebeij solūm sectantur, sed etiam reges regū maximi, præsertim Persici, tam curiosi harum artium, vt regna- re nō liceat nisi cum magis versato familiariter. ex hac adulte- rata deprauatāq; descēdūt quas maxime proprio vocabulo ma- las artes dicimus, circulatorū ariolorūmq; studia, & mulierum mācipiorūmq; nequissimorū expiationes lustrationēsq; profi- tentium, mutationēsq; amoris in odium, aut eduersō in amo- rem odij, per quasdam poriones amatorias & incāta menta ido- nea: atq; his dolis inuncāt simplicissimum quemque, donec in calamitates ingentes pertrahant, vt nōnunquam magnæ fami- liæ cognationēsq; paulatim sidendo sine ruinx strepitu interci- dant. His omnibus opinor consideratis noster legislator non si- nit procrastinari veneficorū supplicia, sed absq; mora vult exi- gi: quòd dilatio noxiis opportunitatem peccādi præbeat, vltro ad mortem properantibus, cæteros verò suspitione metūq; re- pleat, existimātes quicquid illorum vitæ accedit, sua securitati decedere. idcirco sicut viperas, scorpios, aliāsque venenosas bestio- las, prius quàm mordeant, aut sauciant, aut omnino se commo- ueant, sine mora ad primum aspectum occidimus, præcauendo genuinā eorum malitiā prius quàm noceāt: eodē modo etiam homines plectendi sunt, qui cum sint animalia rationalia, nihi- lo secius à natiua mansuetudine in ferinos mores degenerāt, & pro delectamento habent lædendi quotquot possunt licentiam. Hastenus in præsentī de veneficis dictū sit. Sciēdum tamen hoc quoq;

quoq;, interdū accidere vt aliquis nihil minus cogitans cōmit- tat homicidium, nō destinato consilio, nec paratus ad id antea, sed repētino furore percitus, impotēti malo & obrepāti facilē, quod non minus nocet commoto, quàm sustinēti talem debac- chationem. interdū enim aliquis progressus in forū vt agat sua negotia, casu homini vel lingua vel manibus petulanti sit ob- uis, lacepsitūsq; aut ipse contentionē exorsus, vt rixa citius di- rimatur, aut pugno ferit, aut eminus lapide. Tū si letali plaga ictus alter moritur, percussor quoq; ferat quod intulit, quòd si non statim ab ictu perit, sed decumbit læsa valetudine, ac mox curatus si nō suis pedibus, saltem aliis sustentātibus, aut scipio- ne subnixus obambulat, duplicem mulctam luat, tum eam qua rependatur percussor otium, tum qua satis fiat medico. hac perso- luta immunis sit à supplicio: etiāsi percussus moriatur postea. fortassis enim non ex ictu, post quem cœpit obambulare vale- rēq; meliusculē, sed aliis de causis interiit, quæ repentē aggress- se vel sana corpora enecant. Quòd si quis rixando cum muliere grauida, pugnos in ventrem infixerit, ita vt abortus sequatur, si abortium informe fuerit, mulctetur, tum propter violētiam, tum quia fuit impedimento naturę exorsæ opificium hominis, animalis pulcherrimi. Quòd si formatus fœtus absoluta mem- bra & in ordinem digesta habuerit, moriatur percussor, iam e- nim erat homo qui in naturæ officina interemptus est, nōdum ab ea prolatus in lucē, similis statux latentis apud fictorem suū, & nihil aliud expectāti quàm dum libeat illi spectandam pro- ponere populo. Hæc lex etiam grauius quiddam prohibet, ex- positionem infantium, quæ apud multas gentes propter nati- uam inhumanitatem vulgaris est impietas. nam si prospicien- dum est, ne ante præfinitum natiuitatis tempus vim patiantur in vtero, quantò magis conseruandi sunt iam editi, & quasi no- uelli coloni adscripti cæteris hominibus, vt vnà fruantur natu- ræ donis, quæ in terra, aqua, aëre, cælo proueniunt. cælestia con- templationi & spectaculo, terrestria verò vt vsibus seruiant, & expleant omnium sensuum desideria: menti quoque famulentur tāquam regi magno per eodē sensus seu satellites: aut etiā sine horum ministerio, duntaxat in his quæcunque sola ratione possunt percipi. Hæc tanta bona quisquis adimit pueris, & ali- mēta statim à natiuitate denegat, sciat se violare iura naturę, & hoc modo incidere in maxima crimina, libidinosus, immanis, homicida, atq; adeo infanticida prolis propriæ. libidinosus vt qui

qui non liberorum causa cōseruandiq; generis cū vxore cōgreditur, sed voluptatē captans ex coitu more suū hircorūmq; immanis autem quis potius censebitur, quā natorū suorum inimicus implacabilis? nisi quis est tam faruus, vt credat nō temeraturū fœdera inita cum exteris, eum qui cognationis iura & communis generis societatem nodosq; arctissimos ducit p̄ nihilo, certē homicidæ infanticidæq; sunt manifestarij, siue scelus id peragunt suis manib⁹ immaniter elidēdo p̄afocādōve recētem spiritum: aut in flumen marēve proiiciendo ē sublimi quo celerius mergantur ac profundius: siue in deserta loca deportatos exponitur, vt ipsi aiunt nō desperātes de salute: sed reuera vt abiecti miserius intereant. nam quæcunq; feræ carnes humanas appetunt, accurrūt & auidē fruūtur bellis epulis obiectis sibi à parentibus, qui soli aut p̄cipui cūratores infantis esse debuerāt: atq; etiam reliquias eorū carpunt alites carniuoræ si ferius veniant. Nā quoties maturē p̄sentiunt, decertant pro p̄da cum terrestribus bestiis. Sed fac alicuius p̄tereuntis miseratione colligi exposititium, & alimēta ceterāmq; educationē consequi: hoc beneficium quid aliud est quā parentū ipsorum cōdemnatio? Siquidem exteri faciunt horū officium, parētes verò ne eam quidem curam natis impēdunt quam exteri. immensum igitur quantò magis expositionē infantum vitam inuit, qui auctori abortus infligit p̄nā capitis, si fœtus iam formatus erat in vtero. quāuis infantem rātis per dum matrice clauditur, partem matris aiunt scrutatores naturalis philosophiæ, cūmq; his medicorum probatissimi, qui paraturā hominis inspexerunt, nō foris solū, verum etiam dissectis corporibus, ne quid eius ignoratū in curādis morbis afferret causam ingenitis periculi. hanc cōcretionem partus secernit, absoluēs animal, ita vt nil ei desit eorū quæ natura humana postulat: proinde sine controuersia homicida est quisquis infantē interi mit, ætate nō obstante, cū lex vindicet iniuriam illatā generi. attamen si ætatis quoque rationem haberi placet, maiorē indignationem infanticida mereri videtur. nam perfecta ætas multis modis iritat offenditq;: infantibus verò tum recēs in lucem ac vitā ediris ne falsum quidem crimen licet obiicere propter summā eorum innocēciam. ideo seuisissimi omniū & immanissimi iudicādi sunt qui his struūt perniciem, meritò capitalem p̄nam daturi legibus. Ei autē qui nolens eadem cōmisit, occisum sacra lex ait in manus à Deo traditum: vel quo excuset cul

pam

pam. nunquā enim Deus clemēs ac propitius infontem ad necem dederet: sed aliquoties qui apud humanū tribunal euadūt modis variis, in naturæ iudiciū adducti dānantur, vbi sola syn-cera veritas spectatur, nec cōfuscat vllis verborū p̄stigiis. imò ne opus quidē verbis est, vbi nudātur cōsilia, volūtatesq; occulte antea in apertū producūtur. vel quo percussor licet exemptus crimine homicidij, quasi minister iudicij diuini, tamē declaretur obnoxius exiguo cuidā piaculo, quod veniā impetrare debeat, nōnunquā enim Deus paruis delectis & sanabilib⁹ vititur ad puniēda magna atq; insanabilia peccata, non q̄ ipsos ministros prober, sed quod eos putet instrumenta p̄narū idonea, ne quis alioqui tota vita purus & è puris prognatus parētib⁹, cede vel iustissima suas manus cōtaminet. ideo cede p̄ter animi sētentia pollutis exiliū indicitur, certis quidē locis circūscriptū, non tamen perpetuum. Sex enim ciuitates attribuuntur huiusmodi exulibus, octaua pars possessiōnum quæ sorte obuenerūt sacratæ tribui, & ex re nominantur profugorum receptacula. finis autem exilij est idem qui vitæ pontificis, tunc enim reditus permittitur. quod ad locū exilij attinet, hæc causa redditur. tribus de qua loqmur, has ciuitates accepit in cædis piæ iusteq; p̄miū, propter operam nauatam egregiē. Cū enim propheta in celsissimum ac sanctissimum eius tractus montē accitus, ex ore Dei capita iuris acciperet, semotus per dies aliquot à cōspectu hominū, quidam seditiosi per absentiam p̄cipis multa mala inuexerunt, & ad extremum impietatem his adiecerunt, vnus veri Dei cultu expulso, & cōsecrato iuueno aureo ad exēplar typhi Aegyptiaci: vacabātq; profanis sacrificiis & festis nefariis, inconcinnisq; choreis, cantātes hymnos cū debuerint lamētari potius. hanc repentīnam à bonis moribus defectionē indignē ferens ea tribus, ira zelōq; accensa armavit se velut ex cōposito, & vino simul orgiisq; furentes contemptim aggressa trucidauit, initio cædis factō ab amicissimis & cōiunctissimis, pietate tantū metiēdo necessitudines. itaq; exigua parte diei ceciderūt vigintiquatuor milia, quorum clades reliquos in officio continuit, similem p̄nam veritos. eam voluntariam militiam pro pietate cultūq; veri numinis susceptam non sine periculo, ipse rerum pater approbavit, pronuntiauitq; interfectores puros ab omni scelere, & honorauit sacerdotio, virtutis ergō pietatisq; ideo quisquis inuitus necauit hominē, iubetur in nonnullas huius fortis ciuitates secedere, ad eius casus solatiū,

néve

néve desperet de securitate fretus loci priuilegio, redigentis in memoriam, quòd qui contra voluntatem suam necesse habuerunt ferro grassari in vitam quorundam, honores etiam & magna præmia supra impunitatē olim adepti fuissent. tãtò magis absolui debere à crimine, qui idem peccatum commiserūt per imprudentiã, & saltem hoc impetrare ne plectãtur capite. Vnde discimus, non omne homicidium damnãdum esse, sed ea solum quæ cõiuncta sunt cum iniuria: quandoquidem licet interdum laudem hoc facinore quærere, si per æmulationē & virtutis amore patratū sit. certe veniam meretur qui nolens occidit. Altera causa est hæc. Vult lex incolumitatē eius qui necauit imprudens, quoniã insons est animo, licet manibus ministrarit iusticiæ rerum humanarum præsidii, infestatur enim & ad mortē expetitur ab occisi cognatis proximis, quos vel miseratio vel domesticus luctus ad ultionē stimulat, nec sinit iura naturæ diligēter expendere. ideo datur huiusmodi homini refugium, nõ in templum, utpote nõdum expiato: nec in obscurum aliquem neglectumq; angulum, ne contemptus dederetur facilè: sed in urbem sacerdotale, hoc est mediam inter sacram profanamq;, quæ est quasi templum quoddam secundarium. nam sacrificiorum oppida religiosiora sunt ceteris, sicut augustiores ipsorum incolæ. proinde ob receptaculorum priuilegiū certa securitas contingit eò fugientibus, terminum autē reditus præfinit lex, ut dixi, mortem summi pōtificis, ob causam hanc. quemadmodum quisq; occisus cognatos habet superstites ultionis avidos, ita vniuersæ gentis in cõmune cognatus & propinquus est pontifex reddens omnibus iura cõtrouersiãsq; dirimēs, & sacra vota; quotidie faciēs, omniãq; fausta petens tanquã fratribus & liberis & parentibus, ut omnis ætas cunctæque partes gentis in vnum ceu corpus coëant coaptenturque, & sic pace fruantur ac cõmunibus legibus. hunc igitur timere debet quisquis inuitus cædem patrauit, ut propugnatorem & protectorem necatorum, cõtinerēq; se intra sua receptacula, si modò cupit sine periculo viuere. cum igitur lex dicit, nõ reuertetur exul in patriã donec moriatur summus pontifex: perinde valet ac si dicat, donec moriatur cognatus omniũ publicus, q̄ solus habet ius in viuos pariter ac mortuos. hæc est causa quæ placet recētioribus: altera verò autores grauiores habet antiquiorēsq;, hæc videlicet. A peccatis volūtariis debent esse puri plebeij homines, aut etiã sacerdotes, si cui libet hos quoq; addere: princeps verò sacerdotū siue pontif

pōtifex per excellentiã ab vtrifq; volūtariis pariter ac inuoluntariis, nefas est enim hūc quicquã pollutū attingere vel sponte sua vel casu fortuito, ut cū sacris præsit, ornatus sit parte vtraq;, rum mēte irreprehensibili, tū vita nullis probris obnoxia. itaq; rali merito suspecti sunt qui nolētes cædem fecerunt, non ut scelerati, sed ut minus puri à peccato: ut cunq; voluntati naturæ videretur præbuisse ministeriū aduersus prædamnatos illius occulro iudicio. Hactenus de ciuibus & ingenuis: deinceps etiã de seruis lex loquitur occisis p vim ac iniuriã. hos fortuna & cõditio vilior distinguit à suis dominis, de cætero natura vtrifq; cõmuni accõmodat. ideo decet dominos nõ abuti sua potestate cõtra famulos, cauereq; ab insolētia, cõtempu atq; sæuitia. nã ista non sunt indicia placidi animi, sed impotentia tyrannicæ, exercētis licentiam pro arbitrio. quisquis enim domum suam tanquã arcem munit, neminem domesticorū sinēs loqui liberè, asper in omnes præagnata vel etiã afflicta sæuitia, tyrānus est apparatus tantū minore differens: vnde satis apparet eum progressurū ulterius, si quid opibus accreuerit. Trãscendet em̄ mox ad ciuitates, gētes, regionēsq;, oppressa prius sua patria, ut specimē de se præbeat, quã immitis sit futurus in cæteros subditos. Talis igitur certò sciat, nõ semper, nec in omnes habiturū se peccãdili centiã. Vltrix em̄ ei resistet iustitia, propugnatrix iniuriã patientium, reposcēq; rationē necis quam ille suis intulit: nec satis erit dicere inflicta plagas castigãdi nõ occidēdi animo. nõ enim statim dimittetur impunè, sed ad iudices ductus diligenter examinabitur nõ vera dicat, volēs an nolens interemerit, si dolus malus & nefariū propositum cõpertum in eo fuerit, moriatur, nec profit ei ad salutē quòd sit dominus. sin autē nõ mox post verbera, sed altero tertiove die seruus expirauerit, iam nõ erit reus cædis dominus, excusationem habēs hoc ipsum quòd ille inter vapulãdum non sit mortuus, permissus intra ades viuere quamdiu potuit, licet breui tēpore. Huc accedit, q̄ nemo est tã fatuus ut aliũ velit lædere cum suo incõmodo, at quisquis seruū interficit, seipsū mulctat, cariturus eius ministerio, & insuper pretium perditurus, fortasse nõ modicum, quòd si seruus meruit suppliciū, ducatur ad iudices, & crimen eius indicetur, ut legib⁹ pœnas luat nõ suo domino. Quod autē attinet ad brutam mortē merita: si quē taurus cornupeta interemerit, obruatur lapidibus. nõ est enim idoneus sacrificio, & carnibus eius vesci

non est fas. quam ob rem? quia non est purus cibus homini, animal quod interfecit hominē. quod si dominus eius sciēs ferum immanē sicut; nec alligavit nec inclusit, ac ne ab aliis quidē præmonitus eum asservavit, reus esto. nec atq; cornupera, ipse quoq; tollatur è viuis, aut certè caput suū pretio redimat, iuxta æstimationem iudicū. Si servus fuit qui sic peremptus est, pretium eius restituatur ipsius domino. Quod si non homo, sed pecus cornu cōfixum fuerit, mortuū sumat cornupera dominus, reddatq; aliud simile, propterea quod incautè servavit pecudis suæ ferociam, quod si ipse alienā necarit pecudem, restituat similem, & boni consulat non multari se gravius, cum prior leserit. Quidā profundos puteos fodiunt, aperiēdo viuos latices, aut ut pluivales aquas colligant: deinde nec os putei sepiūt, nec addunt operculum, per summam negligentiam vel amentiam sinentes id patere ad quorundam interitum. in hos si quis viator incautius incedendo prolapsus perierit, actio sit cuiuslibet defuncti propinquo contra fossore: tum iudices litem æstimēt, & multam ab eis exigant, quod si iumentum eò prolapsum perierit, quanti viuum æstimabatur, tantū luant domino, ipsis cadaver tollere liceat. Huic modo dicto crimini admittūt simile qui ædificata domo solariū relinquunt siue lorica, nec cauent nequis deferatur in præceps. nam ut verum fatear committunt homicidium, quātum in ipsis est, etiā si nemo delapsus intereat proinde pœnam eandem debebunt, quam illi qui puteos relinquunt absq; operculo. Homicidis lex non indulget ut pecuniis luant, quod luendū est capite aut exilio: sed exigit rigidè, ut sanguis expietur sanguine, & insidiatoris capite satis fiat interempti manibus. alioqui peruersa ingenia nunquam satiātur maleficiis, sed facinora cumulāt facinoribus, augendo vsq; malitiā, nec ullis eam circumscribendo terminis. Cōtra tales mille supplicia decreuisset legislator, si potuisset: id quia non poterat, novam pœnā addidit, iubens in ligno suspendi homicidas. mōxq; ad suam clementiam revertitur, humanitatis erga inhumanos non oblitus: Non occidat, inquit, sol superpēdentes in ligno, sed depositi ante occasum sepeliantur. nam necesse fuit eos qui omnes mūdi partes infestarāt. sublimes tolli ut ostēderetur soli, cælo, aëri, aquæ, terreq; illorū supplicium: mōxq; in sepulchro condi, ne quid super terrā contaminēt. Quin & illud pulchre cautum est, ne patres moriātur pro filiis, neve filij pro patribus: sed ut quisq; mortē meruit, pro se luat, proprio capite. atq; ita lex

hæc

hæc opponitur, iis qui vel ius collocant in violētia, vel suos nimis tenero affectu adamāt. tales enim se libenter supponerent mortis vicarios, infontes pro fontibus, lucrū ducētes nō videre supplicium vel parentū vel filiorū, utpote insuauem & morte tristiore vitam victuri postea. Quibus respōdebimus, Intēpestiva est vestra ista beneuolētia, nec potest probari quicquid sit alieno tēpore: sicut ediuerso laudātur quibus in suis factis cōstat ratio temporū. debemus amare quos amore dignos censemus. malus autem nemo verè amicus est. genere coniuncti amici, ut vocātur, alienāt se scelerib⁹. arctius enim cōsensu virtutū q̄ cognatione sanguinis astringimur: quas si quis deseruerit, nihil verat eum referri in hostiū, nedum alienorū hominū, numerū. Cur ergo affectibus istis parū virilibus beneuolētiaz humanitatisq; fallā nomina prætextis? nisi fortè apud virū fortè miseratione plus valebit q̄ ratio: præsertim cum peccetis nō simpliciter, dum noxios vultis eripere supplicio, vos ipsos verò infontes pro illis pœnæ subiicere. Verū istis increpatio satis fuerit, nō exutilitate publica indulgētibus suis affectibus, & alienā salutē suam morre redimere cupientibus. ceterū illorū immanitatē quis nō detestetur, quorū tā dira est ferocia, ut clamve palamve pro aliorū culpis ab aliis pœnas grauissimas exigere audeāt, obiciendo eis cognationē reorū, aut societatē, aut amicitia aliudve simile, ut in vitā eorum sæuendi occasionem habeant. & hæc interdū faciunt nulla prouocati iniuria, tantū ut per auaritiam rapinas exercent. Nuper quidā tributis exigēdis apud nos præfectus, quoniā aliquot qui debere videbātur, fugerāt, ppter inopiam, veriti ne torquerētur, vxores eorū & liberos, parētes, cognatosq; ceteros vniuersos per vim abduxit, prorufos, verberibus affectos, & omnia cruciatib⁹, ut aut indicarēt profugorum latebras, aut pro illis depēderent, cū neutrum possent. alterū quia nesciebant, alterum quia ipsi non minus erant pauperes. nec prius abstinit, quàm nouis tormentis eos enecaret, inauditōq; mortis genere, suspensa de collo sportula plena sabulo: ut pressi onere grauissimo sub diuo in medio foro, variis modis vexati, vērō, sole, prætereuntiu ludibriis, miserè deficerēt. quod tam crudele spectaculum sic affectit nōnullorū animos, ut aliorum exēplo docti mortem præoccuparent gladiis, aut venenis, aut laqueis, in tam misero rerū statu partē felicitatis existimātes absq; cruciatu interitū. ceteri moras inter ac deliberationes correpti, prius quàm ipsi sibi necem conficerent, velut sortito

L duce

ducebatur iuxta cognationis ordinem, primum proximi, post hos secundi atque tertii, donec perveniretur ad ultimos: quod si quando nullus est cognatis supererat, ad vicinos transibat ea calamitas. interdum etiam totos vicos & oppida desolabat, colonis diffugientibus & latebras ubicunque sibi quaerentibus. attamen foras minus mirum fuerit tributorum exactores, ingenio barbaros, liberalis institutionis expertes, obsequentes iussis herilibus, collectores annuorum reddituum, nec facultatibus parcetes nec corporibus, in vitæ quoque periculum multos variis de causis adducere. nunc ipsi legislatores penes quos sunt iuris regulæ, periniquè statuunt, opinionem suam magis quam veritatem secuti, proditorem plecti unam cum liberis: tyrannum verò unam cum quinque familiaribus cognatione proximis. libenter discere cur ita. si unam peccarunt, simul etiam puniantur. quod si nec socii fuerunt eorum nec imitatores, nec felicitatis voluntatisque domesticorum participes, cur interimentur? idèone tantum quia cognati sunt? genus enim non scelus punitis. nimirum vos o venerandi legislatores, bonas habetis familias: alioqui si malæ essent, opinor nunquam vobis in mentem venissent instituta huiusmodi: imò ne alios quidem ferretis hæc statuere, ut ob cavenda scelera innocentes quoque involvantur alienis periculis. nam hic metus ita cautus debet esse, ut tamen non contemnatur cuiusquam incolomitas. Cæterum qui nimium securitati consulit, cogitur sæpe innocens non parcere. His rationibus consideratis noster legislator simulque animadvertens quantum hic peccetur ab aliis contra rem publicam, damnavit pariter & negligentiam & inhumanam severitatem: nec passus est quenquam pro auctario dedere ad luendum alienam culpam supplicium. ideo disertè cautus ne filii pro parentibus, neve parentes plectantur pro filiis: æquum censens ut qui peccant, iidem puniantur etiam siue multa pecuniaria, siue flagris & cruciatiibus, siue talione læsi mutilati ve corporis, siue ignominia exhibeantur, aut quacunque tandem pena legitima. dum enim unum genus exprimit, non permittens caput plecti pro capite, latenter & de cæteris subindicat suam sententiam. Fora, curiæ, tribunalia, sodalitia, comitia, & subdiuina vita quæ causis agendis rebusque gerendis in bello ac pace peragitur, viris conveniunt: foeminis verò cura rei familiaris, & domus custodia. virgines penetralia, mulieres aulam non egrediantur. duæ sunt enim civitatum species, maiorum minorumque: maiores urbes vocantur, domus verò minores. harum prefecturæ sorte obuenerunt, viris

ma

maiorum, hoc est respublica: mulieribus minorum, hoc est res domestica. Absit igitur ut mulier aliquid extra familiæ curam faciat, sed amet solitudinem, nec tanquam prostituta in publico in conspectu virorum operetur, nec nisi ad templum procedat, ac ne tum quidem sine pudore per forum frequentissimum, sed turba iam domum reuersa, ita ut decet mulierem ingenuam & verè civilem, persolutis sine strepitu votis atque precibus ad auertenda mala & bona impetranda. Rixantibus autem pugnantibusque viris mulieres audèter procurrere velut in auxiliu, non mediocris fuerit impudentiæ, quando etiam in bello vacationem habent militiae, vbi de communis patriæ salute agitur: adeo decorum & honestas fuit curæ legibus, ut semper & ubique immotum seruaretur: quod in hoc incomparabili bono sita videatur victoria, etiam si cætera veniant in periculum, quod si qua tam impotenter amat maritum, ut iniuriam ei factam dissimulare non valeat, tamè sexus memor sit etiam cum opem ferre parat, periniquum enim fuerit, si ut virum contumelias eximat, ipsa sibi faciat contumeliam, oblita pudoris foemineæ, & probrum sibi concilians ineluctabile. itane decet mulierem conuitiari per vias, & verbis uti non licitis, ac non potius si alius conuitiatur fugere obturatis auribus? at nunc nonnullæ procurrunt armatae non lingua tantum sed & manibus, natis exercitatisque ad lanificium, non ad protrudendos pulssandosque obuios more pugilum, cætera tamen utcumque tolerari poterat: illud verò immanis audaciæ fuerit, mulierem inter rixandum inuolare aduersarij genitalia. Non debet enim hic valere causatio, quæ marito ferre opem conata sit, seuerè potius cohibenda est audacia: ut nec ipsa posthac possit peccare similiter, nec aliam petulantiam hanc imitentur, exemplo in eam edito deterrita. Erit autem pena, mutilatio manus ipsius, quæ nefaria licentia rem illicitam attigit. Laudandi sane gymnycorum certaminum praesides, qui foeminas arcet ab huius generis theatris, ne viros nudatos contemplata, probitatem pudoris depravarèt contemptis naturæ legibus, quæ insigniter discreuit utrumque sexum nostri generis. nam ne viros quidem decet interuenire exuris veste mulieribus: sed uterque sexus debet ab altero nudato visum auertere, ita ut natura postulat. ergo si temerarius visus reprehenditur, quanto magis manus procaces culpanda sunt? nam oculi nonnunquam incidunt in ea quæ videre nollent, si esset ipsis integrum. manus verò cæsentur inter obsequentissimas partes corporis, promptè ad exhibenda nobis ministeria. Hæc est causa, quam vulgus affer-

L ij re

re solet. aliam autem audiui à viris diuinis, qui plerumque leges autumant apertis verbis significare obscura mysteria. est autem illorum sententia hæc. Duplex animæ vis, quali sexu distincta, coniuncta genere, altera ut mascula ad mares pertinet, altera ad feminas, ut foeminea: mascula soli Deo deuota, paræti, factori, auctori; omnium; foeminea verò pendens à generatione corruptioneque; & extendens tanquam manum suam potentiam, ut in obscuro apprehendat fortuita, generationi heres multis modis mutabili, cum debuerit potius amplecti diuinam illam naturam nunquam mutabilem, ter beatam & felicissimam. Merito igitur lex figuratè iubet refecari quæ apprehendit testiculos, non ut mutiletur corpus parte maxime necessaria: sed ut ex anima excidantur cogitationes impiæ, insidentes omnibus rebus generationi obnoxias, testes enim generationem significat. Addam & illud, vnitatem esse primæ causæ siue primi auctoris imaginem, dualitatem verò, passibilis & diuisibilis materiæ, quisquis igitur dualitatem plurius quam vnitatem facies arripuerit, sciat se Deo præferre materiam, ideo lex æquum censet excidi hunc affectum tanquam manum ex anima, nulla enim maior est impietas, quam rebus passibilibus ascribere illius summi agentis potentiam. Illi quoque reprehendendi sunt qui non pro dignitate peccatis poenas statuunt, percussori multam pecuniariam, vulneratori ignominiam, homicidæ exilium, furi vincula. nam ista inæqualitas & disparitas inimica est rectæ institutioni reipublice. at nostra lex æquitatem docet, ut quisque pro his quæ facit: patiatur similia. si facultatibus sui ciuis nocuit, luat de propriis: corpore verò, si membra læsit aut instrumenta sensuum, quæ in vitæ struxit insidias, ipse vita mulctetur. nam aliam pro alia poenam exigere in rebus toto genere dissimilibus, soluere leges est non constabilire. hoc autem dico, si circumstantiæ rem non variant, non enim perinde fuerit verberare parentem ac quemvis alium, conuicti priuato ac magistrato, illicitum aliquid in sacro ac profano loco facere, aut in celebritate festoque publico, ac in alio quouis die non eximio: & in vniuersum quæcumque sunt huiusmodi differentiarum quæ crimine aut minuunt aut exaggerant. Item si quis, inquit, seruo ancillæ ve oculum extuderit, manumittat eos liberos, quia sicut in corpore principatum natura dedit capiti cui summum locum tanquam regiam attribuit, reliquis membris omnibus quæ à ceruice usque ad imos pedes pertinent, ei pro basi suppositis: ita inter ceteros sensus imperium penes oculos esse voluit. ideo hos quoque in sublimi collocauit ut principes, & quidem variis modis honora-

tos. sed præcipue loco tam insigni ac conspicuo. quantam verò utilitatem ex his genus humanum percipiat, recedere longum fuerit. vnam tamen dicemus eximiam. Philosophia defluxit quidem è caelo in hominum animos, sed oculis sequestris deducta est id hospitium. nam hi primi conspexerunt vias, quæ à caelo ad nos tendunt, regias, honorum autem omnium, quæ verè bona sunt, fons est philosophia. ex eo si quis haurit ut virtutem sibi quærat, laudandus: contra vituperandus qui solam inde petit africanam. nam alter similis est coniuæ exhilarati & se sodalium: alter verò meribibo ingurgitati se usque; debacchationem tamen in seipsum, tum in ceteros. nunc dicendum quomodo philosophia per oculos deducta sit in nostrum hospitium, sublato vultu in ætherem viderunt illi solem, lunam, stellas fixas & erraticas, sarratam caeli militiam, & ipsius mundi ornatum. adhuc ortus harum occasusque, choreas coccinillas, statos circuitus, conuersiones, defectus, emersiones. deinde incrementa detrimetamque; lunæ, solis motus transuersos à meridie septentriones petentis, ac rursus recipientis se ad partes austrinas à septentrionalibus, atque ita variantis annua tempora, ad absoluenda maturandaque; omnia multosque; alios effectus mirificos. inisdem collustratibus aërem, terras, maria, cuncta hæc mens percipit ipsorum indicio: & quæ per se videre non potuerat, eorum ope contemplata, non hic substitit: sed vterius progressus discendi studio, & spectandi dulcedine, rationibus coniecturisque; affecta est, hæc non temere ferri suo tempore impetu, sed gubernari Dei prouidentia, quæ paratè conditorumque; rerum nominare fas est. Item non esse hæc infinita, cum circumscribantur vnius mundi terminis, orbe illo extremo ceu urbem includente, stellis fixis conspicuo. porro illum summum parentem lege naturæ curare suam progeniem, tum vniuersitatem ipsam, tum partes eius singulas, amplius considerauit quænam sit essentia rerum visibilium. & num eadem omnium quæ mundo continentur, an aliarum aliarumque singularum materia, quæve causa finalis, quæ vires quibus conseruatur, & utrum hæc corporeæ an incorporeæ. nam horum & similitum scrutatio, nihil aliud appellari potest quam philosophia, sicut ipse vestigator proprie dicitur philosophus. nam mundi consideratio, & contentarum in eo stirpium atque; animantium, tum explorum intelligibilium & effectuum sensibilium, quidque; in his singulis insit virtutis aut vitij, res est hominis studiosi cognitionis, auidi contemplationis, & veterum philosophi. at hoc summum generis humani bonum acceptum fertur oculis: quos dignatos opinor eo privilegio, quia sunt dilucidiores ceteris sensibus & magis illustrat animam. habet quidem

omnes familiaritatē quandam cū eo, verūm hic tanquā cognatione proximus primū locum obtinet, sicut multis argumentis licet colligere. quis enim nescit gaudere animo subridere oculos hilariter: sicut eodē mōtente ipsos quoq; submitti ac languescere. q̄ si grauior premat molestia, lacrymas etiam exprimit. iidem per irā tumescūt, & ignitum quiddam tuētes suffunduntur sanguine: remissiores verò præ se ferūt mansuetudinē. inter ratiocinandum considerandūve stant immotæ pupillæ & ipse cogitabundē, quodāmodo: fatuorū autem oberrāt, quorū ne oculi quidem possunt quiescere præ stultitia. deniq; omnib⁹ animi affectibus afficiuntur & oculi, variis mutationibus declarantes naturalem quandam cognationem. equidem nullam opinor inuisibilis rei tam evidentem imaginem à Deo factā, quā rationis oculos. Ergo si quis conuictus fuerit hunc præcipuum sensum dolo malo impetisse, & extudisse oculū ingenuo homini, talionem feret. sin seruo, non ita em. non quod venia dignus sit, aut minus peccauerit: sed quoniā si talione ageret seruus, infestior herū esset habiturus, acceptæ calamitatis semper memorem, & implacabiliter vindictam meditantem quotidie, donec eum iniquis iussis vsq; magis ac magis grauatum ad mortem adigeret. Prospexit igitur lex ne vel maleficium sineretur impunitū, vel orbatus oculo grauiora pateretur insuper, statuens absque controuersia mancipium manumitti, cui herus extudisset oculū. Sic enim dupliciter mulctabitur, & pretio serui & ministeriorū quod est utroq; grauius, maximo afficiet beneficio quē maluisset habere semper obnoxii suæ scuitiæ. at læsus duplex habebit solatiū, libertatē lucratus, & erept⁹ seruo imperio. eadem lex iubet vel pro dente excusso libertate donari mancipiū. ~~ca~~ ita: quia vita nihil pretiosius, cuius instrumentū natura dētes fabricauit ad ciborū dispositionē. his enim cōciduntur, dictis ab edendo detortovocabulo, sicut molares dicuntur qui attritu frustra cōminuunt. quapropter ille rerum parens & conditor. cuius nullum opus est superuacuum, dētes nō vt cætera mēbra nascenti statim addidit, ne infantem lacte nutriendum grauarent inutiliter, & fontes vberū per quos alimēta deriuantur, vexarent inter sugēdum: sed in tempus præstitutum, hoc est ablaſtandi, exortum eorū distulit. quos prius abderat: scilicet quia iam solidiores cibi hæc instrumenta postulant, cessante nutrimento lacteo. Si quis igitur præ nimia superbia dentem seruo excusserit, priuarit hominem instrumento

ad sustentandam vitam necessario, manumittat læsum tā grauius, & mulctetur viuo instrumēto cariturus eius ministeris. Dicit aliquis, Ergo pari pœna vindicatur dēs & oculus? Respōdebo, & meritō. par enim vtriusq; vsus est, in suo duntaxat officio, in aspectu oculi, dentis verò in edendo. imò si hæc diligenter inter se comparentur, apparebit oculum esse honestissimā partem corporis, vt contēplatorem cæli quo nihil in mūdo augustius: dentem verò nō minus vtilem, vt qui præmadendo cibos vitæ ut ad miniculum. præterea visu orbatus potest nihilominus viuere: dentes verò extusos sequitur mors miserabilis. Hos igitur si quis infensus seruo adimat, sciat se ipsi famem in annona quantumlibet bona inuehere suis manibus, quid enim proderit ciborum copia per summā domini crudelitatem spoliato instrumentis ad vescēdum necessariis? & hæc est causa cur alibi interdicitur ne quis scenerator à debitore molā superiorem inferioremve sumat pro pignore, nō sine præfatione legis, quod qui hæc facit, oppignorari tibi sinit vitam hominis: nam qui aufert vitæ sustentacula, fit homicidio proximus, non parcendo vel animæ. Intarū autē sollicitus fuit legislator, ne quis alteri necis causam præberet, vt eos etiam qui cadauer fatali morte defuncti hominis attigissent, impuros pronūtiat, tantisper dū se lauacro purificarent. à templo autem etiā post purificationem tales arcentur per septem dies, iubenturq; tertia latere atque septima. præterea funestam domum ingressos lex vetat quicquam attingere prius quā ablūatur vnā cū suis vestibus. eo enim contactu vasa & quæcunq; supellectilē pollui iudicat. nam anima facit hominē, qua demigrante reliqua cōtaminantur omnia, destituēte se diuina imagine. mens enim refert Dei similitudinem, formata iuxta exemplarem ideam illius summæ sapientiæ. Addit lex impurū fieri quicquid ab impuro tangitur, per cōtagionem videlicet. Videtur autem latē patere hoc sacrū oraculū, nō consistens intra corpus, sed amplius inquirēs etiā in mores animæ. nā propriē loquēdo impurus dicitur quis quis est iniustus & impius, cui nulla iuris humani diuinique reuerentia, qui omnia miscet conturbatq; propter immoderatos suos affectus & vitia nimia. proinde quæcūq; aggreditur negotia, omnia reprehensionē meretur, vt viriata per autoris sui nequitiam. Sicut ediuersō actiones bonorū virorum laudantur, per virtutem eorum meliores redditæ: quandoquidem ita natura comparatum est, vt effectus similes fiant suis autoribus,

PHILONIS IVDÆI, De circumcissione.

APERTA legum specialium, id est decem præcepta quæ vocant decalogum, superiore libro diligenter tractauimus: nunc superest vt speciatim mandata consideremus, ordine quo in sacris literis sunt prodita. initium autem faciam à re iuxta multorum opinionem ridicula. Ridetur enim maiorum nostrorum circumcissio, quâuis in non mediocri honore habita etiam apud gentes alias præsertim Aegyptiacam, præcellentem hominum tam frequentia quàm sapientia. ideo conuenientius erat absque; cauillis puerilibus prudenter & serio quærere causas cur is mos inualuerit, quæ præpropera sententia damnare facilitatè gentium nobilium, cum verisimile sit non temerè circumcidi tam multa hominum milia, perferrèque; cruciatus mutilationis in suis & charissimorum pignorum corporibus: imò esse causas per multas quæ suadeant ab hoc prisorum instituto non discedere, sed quatuor præcipuas. Vnam, vt caueatur morbus curatu difficilis, quæ vocat carbunculum, opinor ideo sit appellatū, quæ vrat inflammatione, quæ præputiatis facilius innascitur, alteram vt totum corpus sit purius, nec impediatur officia sacerdotalis ordinis: quæ obrem etiam radunt corpora Aegyptij sacrifici, ne quid fordiū vel sub pilis vel sub præputiis hæreat, quod possit obesse puritati sacris debita. tertiam, quæ cordis similitudinē quandam habeat circumcissa hæc particula. ambe enim generationi seruiunt. nam ab altera spiritus animales, ab altera genitura proficiuntur. ideo prisca æquum censuerunt occultæ illi potiorique; ceu fonti censum animi, ad similitudinem hæc visibilem: vnde origo crassiorum sensuum corporis. quarta porro causa summe necessaria, est cura foecunditatis & numerosæ sobolis, aiunt enim ita semine recta eiaculari integrum nec diffluens per sinus præputij: & ideo circumcissas gentes foecunditate polere, esseque; populosissimas. Hæc sunt que ad aures meas perueniunt, tradita per manus à diuinis viris nostris maioribus, qui Moysi placita diligenter explicauerunt suis interpretationibus. equidem præter iam dictas rationes per circumcissionem significari arbitror duo quædam valde necessaria. vnū. excissionem voluptatum quæ mentem fascinat. quonia enim inter omnes voluptatum illecebras

bras principatum tenet viri congressus cum muliere, instrumentum eius legislatores mutilari iusserunt, inuadendo refecundas voluptates superfluas, non vnus tantum huius generis. sed omnes per vnā subindicantes, alterum verò, quo moneatur abiicere arrogatiam, grauem morbum animæ. quidam enim velut præclari fictores, iactant se posse hominem animal pulcherrimum producere, & inflati hac superbia gerunt se pro diis, vero autore generationis dissimulato, cum tamē eum errorem consideratis aliis quibuscumque versantur: potuerint corrigere. multi enim sunt inter eos viri steriles, & infœcundæ mulieres multæ, atque; ita vtrique; consenuerunt in orbitate. hæc igitur praua opinio excidenda est ex anima, sicut & cetera quæcumque; pietati repugnant. verum de his hastenus. nunc vertendus est stylus ad leges speciatim proditas, ac primum ad eas quibus debetur initium, pertinentes ad caput de monarchia.

PHILONIS IVDÆI, De monarchia liber I.

VIDAM solem, lunam ceteraque; sidera crediderunt esse deos rerum dominos, ad quos omnium quæ sunt causas retulerunt. at Moses opinatur mundum & creaturam esse, & more amplæ ciuitatis magistratus habere ac subditos: magistratus, quotquot in cælo sidera vel fixa vel erratica: subditorum vero loco naturas quæ lunam inter & terras degunt in aere. ceterum dictos magistratus non esse potestatis liberæ: sed sub præfectos vnus patris rerum omnium, ad cuius imitationem iuste legitimèque; administrant singula negotia. sed hebetes quosdam qui summum illum rectorem non videant, inferioribus istis, quasi liberæ potestatis essent, causas rerum attribuerunt. quorum ignorantiam sacer legislator castigat verbis his: Caue ne conspicias solem, lunam, sidera, omnemque; cæli ornatum, opinione falsus adores ea. Rectè admodum & pulchre fallaciam vocat diuinum cultum rerum supradictarum. nam quidam animaduertentes solis processibus ac recessibus temperari anni tempora, quibus animalia, stirpes, fruges, proueniunt maturescantque; lunam verò ministram solis & absentis vicariam, vt quæ noctu præsit rebus quibus sol interdum, alias ite stellas afficere variè

terrestria, in errorem inducti sunt inexplicabilē, suspicari nullos esse deos præter hos. quod si studuissent per rectā viam incedere, statim didicissent, quod quemadmodum nostri sensus ministri mētis sunt, sic & sensibiles isti magistratus ministri sunt illius intelligibilis, homini cōsultentes ceteri se in secūdo ordine. ridiculū autem esset opinari, mentem in nobis, cum sit parua & inuisibilis, præesse instrumentis sensuum: illam verò vniuersalē maximam perfectissimāq; non habere regnū in reges ipsos, inuisibilem in visibiles. ergo credendum est omnes illos calites qui percipiuntur sensibus, non esse sui iuris, nec habere potestatem propriam, sed sub præfectōrū tenere ordinem, sic natura factos ut sint obnoxij, quamuis summus ille rector non reposcat ab eis rationem, propter virtutē ipsorum eximiā. Itaq; trāscensā per cogitationem omni visibili essentia, pergamus ad cultū illius inuisibilis qui sola mente percipitur, solus Deus deorū tā intelligibilium quā sensibilibum, atq; etiam rerum cūctarum opifex. quod si quis religionem quæ sempiterno conditori debetur, alteri iuniori aut creato tribuat, inter insanos referendus est ac impios. Sunt item quidam qui aurum argētumq; statuariis, quāsi deos fingere scientibus, suppeditant. hi mox acceptam rudem materiā ad exemplar mortale formāt, ut (quod est absurdissimum) talia simulacra pro diis colantur, fanis cōstructis & dedicatis altaribus: honorenturq; pōpis, sacrificiis & ceteris ritibus atq; ceremoniis per sacrificos & sacrificas augustū in modum exquisitis cura quoad fieri potest maxima, id rerum pater vetat prædicens: Nō facietis vobis deos aureos & argēteos. tantum non expresse docēs, ne ex alia quidē vlla materia deos manufactandos esse, quando præcipuis duabus interdicitur. argentum enim & aurum primatū in metallis obtinent. Verum præter hoc apertum interdictum, videtur mihi subesse hic & aliud præceptum vtile moribus, avaros valde arguens, vnde cunq; argentum & aurum sibi querētes, & acquisitum tanquam numen recōdentes in penetralibus, totam suam felicitatem acceptam illi ferendo, quin & illos qui cum non possint proprias diuitias colere, quod his careant, alienas mirātur, nō minus avari quā illi priores: quos adoraturi manē ad ædes eorū tanquam ad sanctissima templa cursitāt, bona petitori ab his quāsi numinibus. Hos alibi quoq; lex admonet: Idola non cōsestabitini, nec facietis vobis deos fusiles: figuratē docēs, diuinos honores nō conuenire diuitiis. auro enim argētoq; fermē cōstant diuitiæ. quas

vulgus

vulgus sectatur sub illi⁹ caci Pluti nomine, cui soli se debere felicitatē existimat: hoc est simulacris, ut scriptura loquitur, vmbri & vanis imaginibus, nihil solidum firmūve habētibus. feruntur enim vltro citroq; vëtorum in morem. id verum esse argumēto certissimo colligitur: quia sicut interdū repente aduolat, ita prius quā prehēdatur, possessore illuso rursus auolat. atq; etiam cum adsunt maximē, speculares quāsdā repræsentant imagines, præstigias sensuū, ludibriāq; instabilia. Sed quid opus est fastum istum & opulentiam, quam sibi homines fingunt, vanitatis coarguere, cum non desint qui existimēt animalia stirpēsq;, & quicquid gignitur ac corrumpitur, perpetuò fluere, detrimētis tamen obscurioribus quā ut sensui pateāt, quod naturæ velocitatē visus quantumvis acer assequi nequeat. Nec tantum opulentia gloriāq; habent sua simulacra & inanes imagines, verum & omnes isti fabulosi quos poētæ commenti sunt contra veritatem propugnatores mēdaci, nouis diis velut è machina introductis, ut ille verus sempiternusque obliuioni traderetur. & quo facilius homines allicerēt, carminibus, numeris metrisq; ornarunt mēdaciū, rati se fucum facturos lectoribus. Nec hoc contenti assumpserunt in fraudis societatem pictores & statuarios, ut colorum specie figurisq; affabrè factis & expolitis spectatores inescatos subigerēt, iniectis in præcipuos sensus visum auditūq; laqueis, alterum captū inanimis pulchritudinibus, alterum verò suauī incātatione poëtica insinuante se in animam & vires eius labefaciente atq; constantiā. Propterea legislator non ignarus ad quantam molē ista vanissima persuasio intumuerit, quātōq; stipata sit plerorūq; hominū imperitorū satellitio, sponte sua potentiā eius protegentium, veritus nequādo meditatores incorruptæ veræq; pietatis, ab ea tanquam torrente raperētur inuoluerētūq;, profundos sanctitatis typos in auditorū mētes imprimi & inscalpit, ne vnquā deleatur confundanturve iniuria temporū, cōtinuē cantionem eandē repetens: vnū esse Deū conditorē factorēq; rerū vniuersarū, & hunc dominari creaturis omnibus, quādoquidē verē firma constantisq; penes ipsum solum est autoritas. Dictū est autē omnes viuere, quicūq; Deo verò adherēt. an non igitur felicissima & ter beata vita fuerit, vnū rerum autorē antiquissimū colere potius, quā hoc rege posthabito venerari ianitores eius apparitorēsq;? nā vitæ huius immortalitas relata est in naturæ tabulas, duraturis in æternū vnā cum mūdo literis. Difficile quidem videtur

videtur quærere præcipereq; patrem & rectorem vniuersorū, sed conandum tamen impigre. occurrūt autem hic duo præcipuè quærēda mēti germanē philosophanti: Vnum, an sit Deus, quod negat quorūdam pessima impietas: alterū, quid sit Deus, horum primū non magno discitur negotio: secundum verò non solum difficile est discere, sed etiam fortassis impossibile. cōsideremus vtrunq; Opifices plerunq; noscuntur ex opificiis, quis enim inspecta statua vel tabula, nō statim intelligit pictorem vel statuarium? quis vestibus, nauibus, domibus inspectis, nō cogitat textorem, materiariū cæmētarium? itē dum aliquis adit urbem cuius bene constituta sit respub. ornatāq; pulchris legibus, quid aliud credit quā bonos ei magistratus præesse? sic qui venit in hāc veram Megalopolim, mundū videlicet, vidēs terræ mōtana & campestria plena stirpibus & animalibus, animalibus perēnibus & torrētibus, pabulis & maritimis subuectionibus, tum aëris temperiem & mutationēs vicēsque annuas temporum, ad hāc solē lunāmq; noctis & diei princeps, cæteraque sidera vel fixa vel erratica, totiūque cæli choreas & ambages: nōne verisimilē atq; ad eō necessariam cogitationē de horum patre, cōditore atq; rectore cōcipiet? nullū enim artificiosum opus sponte prouenit. mūdus autē arte summa factus est, dubio procul à conditore optimo ac perfectissimo. Ita iam esse Deū percepimus. Nunc essentiam huius, quāuis vestigatu inuentūq; perdifficilem, tamen quoad fieri potest scrutari libet. nihil enim magis quā verus Deus quærēdum est, etiam si eius inuētio supra vires humanas sit: quādoquidem ipsum per se discendi studium incredibilem affert voluptatem ac lætitiā, sicut testantur quicunq; nō summis labris degustarunt philosophiam, sed affatim oblectati sunt dogmatū eius epulis, horū enim ratio sublimis à terris rapta incedit per æthera, totū cælum cum sole ac luna perlustrans studio visendi omnia, quāuis hebetiore visu vix ferat clarissimum syncerissimūq; splendorē effusum obuiā, ita vt animæ oculis caliget ad eius radios, & quasi tententur quadam vertigine. nec tamen ab incepto desistit præ lassitudine, sed inuicta contētione pergit cōtemplari pro viribus, vel ad secundam palmam aspirans, sicut in sacris certaminibus, quādo non datur primam assequi. post imaginatōnē autē veri coniectura secundū locū obtinet, in quantū non discrepat à bonis rationibus, ac probabilibus. Quēadmodum igitur certo scire nō possumus, cuiusque stellę qualis sit essentia. quærimus tū alacrit

riter, oblectamurq; rationibus verisimilibus propter genuinum discendi desiderium: ad eūdem modum licet verum illud ens Deum non valeamus cernere, debemus indefinenter eum quærere, quādo hęc cōsideratio vel per seipsa citra inuentiōnē, res est summē desiderabilis. nam nec corporis oculis quisquā vertit vitio, quōd cum non possint solem ipsum obtueri, radiorum ab eo in terram defluentium splēdorem extremum aspiciunt. quapropter amicus Dei Moses & mysteriorū eius interpret, supplex precatur: Ostende mihi teipsum; tantū nō diserte proclamare coactus, Esse te docente mundo didici, qui me vt filius de patre, vt opus docuit de artifice. quæ porrō tua sit essentia cum scire cupiam, qui me hoc docere possit in vniuerso mūdo inuenio neminem. oro igitur vt exorari te patiaris ab amico supplice, & qui solus potes opē afferas. Sicut enim lux à nulla re illustratur, sed seipsa ostēdit, sicut tu te solus potest ostendere. sit ergo venia confugere ad te audēt: propter penuriā magistrorū in summo discēdi desiderio. Ad hęc Deus: Ardorē discendi probo vt meretur, ceterū quod petis, neminem natum impetrare fas est. tibi tantū largiar quantū conuenit. nec enim quicquid ego dare possum facile, id & homo potest accipere. ideo cum dignus sis mea gratia, donaberis omnibus quorū capax es muneribus. mei verò notitiā tantū abest vt natura humana capiat, vt ne totum quidem cælum totūve mūdus possit eam capere. Nosce teipsum, nec sinas te cupidine rerū quibus impar es abripi, & sublimiora te noli plus equo appetere. poteris enim omnibus, quib⁹ potiri fas erit. His ille auditis preces iterat: Persuades inquit, mihi me nō posse manifestam imaginationem tui mente cōcipere: oro tamē, vt saltē gloriam tuam videre liceat. gloriam dico potestates quarū stiparis satellitio, quæ hactenus ignoratæ miro me torquent cognitionis desiderio. Tū Deus: Quas quæris potestates, utiq; intelligibiles sunt, non visibiles, sicut ipse sum inuisibilis & intelligibilis. intelligibiles inquā, nō quia iam intellectæ sint, sed quia si cōprehendi possent, duntaxat mente, non sensibus, essent comprehensibiles, cum mentis natiuus viger talium rerum sit capacior. attamen quāuis earū essentia sit incōprehensibilis, videre licet sigillum quoddā & effigiē earum efficacie: quemadmodū apud vos anulis in cerā impressis similēve materiam, exprimuntur figurę variæ, & quidē integræ omnibus sui partibus. tales cogitandæ sunt potestates, quę mihi astāt pro apparitoribus, & qualitates formāsque.

formasq; addunt rebus qualitate formâq; carentibus, absq; vilo sempiternæ suæ naturæ detrimēto, hæc nō temerè ideæ nominantur à quibusdā vestratibus, quia singula *Id 10791801*, hoc est suam cuiq; reddunt proprietatem, inordinata redigūt in certū ordinem, infinita indeterminata, informia formât, definiūt, terminant: & in vniuersum deteriora in melius reparant. Non est igitur quod speres te percepturū vnquam vel me ipsum, vel vllā è meis potestatibus, quorū autē capax es, libērer (vt dixi) facio tibi copiam, patebit tibi mūdi & eorum quæ in ipso cōtinentur spectaculum nō corporis, sed mētis peruigili collustrādū comprehendendūq; oculo, tu modò perge amare indefinēter sapientiam quæ suos discipulos explet laudatissimis honestissimisq; placitis ac sententiis. His auditis confirmatū est in eo sapientiæ studiū, & hodiēq; ad rerū inuisibilium amorem excitat omnes sui similes, cōplectens tum populares, tum eos qui aliunde transitionē fecerunt ad meliorem ordinē: alteros vt à nobilitate nō degeneres, alteros vt in generis societatem ascitos à nobilibus: quales vocātur profelyti seu aduenæ q̄ postquā aliunde venere nouelli coloni sint ascripti in ciuitatem, qui cōtempnis figmentis fabularum, syncera instituta recipiūt, omnes autem æquo iure vti voluit tã aduenas quàm indigenas, veteres ciues admonens vt hos novos nō solūm honorent, verum etiam eximia profequātur benevolentia: & meritò. Cūm reliquerint patriam, cognatos amicōsq; pietatis ergò sanctitatisq;, nō excludātur ab aliis ciuitatibus, familiis, amicitiis, sed pateāt receptacula hominibus ad religionē veram trāsfigientibus. nã vnus Dei cultus est amoris mutuæq; benevolentia: vinculū insolubile. exæquatis autē honore iurēq; cū aliis ciuibus propter abdicatam superstitionem traditā sibi dudum à maioribus, nō permittit effreni linguę perulātia cōuitiari diis creditis falsa persuasione aliarū gētium, ne & illæ irritatæ prorumpant in voces nefarias cōtra Deum optimū maximum, nimirū nō docti verū à falso discernere propter deprauatam institutionem & errorē iam inueteratum, interdum tamen reperiuntur quidam è ciuibus, qui omisso vnus Dei cultu à pietate deficiunt, & ordinem suum deserunt, plectendi pœna vltima, q̄ tenebras præponant luci clarissimæ, & data opera mētē excæcant cū potuerint verum cernere, permissum est autem cuiuis bene nato educatōq; & maiorū virtutis æmulo, à talibus sine mora pœnas sua manu exigere, nō expectato assensu senatus & iudicū, imò ne delato quidem

quidem nomine: & sequi animi amanti Deum infestiq; vitiis impetū cōcitati aduersus impios nulla dignos elemētia, semel accepta potestate senatus, iudicum, prætorum, tribunorū, accusatorum, testū, legum, populi, vt absq; omnibus impedimentis intrepidè pro pietate decertare liceat. & extrat in sacris legū voluminibus exēplum tam præclari facinoris. Vir quidā conspicuus ciues suos in amplexus exterarū ruere, pelliciq; harum blanditiis in ritūs alienos à religione patria atq; etiā sacris earū iniuriari, principem eius factiōnis & legū contemptus autorē præferocem (iam enim propalam ostētabatur audacia nefaria, & si mulacris mactabātur victimæ) in cōspectu totius populi furere diuino percitus, dimotis turbis quæ ad spectādū cōuenerant, fortiter aggressus interemit vnā cū muliere: ipsum quia facilē se discipulū præbuerat ad discēda quæ satius fuisset didiscere, illam verò quòd malitiæ nequitiaq; magistra fuerat, id tā calidum facinus repētè visum castigauit plurimos, & reuocauit ad officium. Quocirca Deus laudauit strenuè nauatā operā iniussu magistratum, & promptā alacritatem honorauit duplici premio, pace ac sacerdotio: tū quia iudicauit immunē à militia debere esse in posterū propugnatorem diuini cultus fortissimū: tū quia sacerdotalis honor pietati debeat merces ppria, quæ est professio seruiēdi caelesti parenti optimo, cui seruire oprabilius est quàm regnare, nedū esse liberum, nō desunt tamen quidam prolapsi eo insanie, vt ne receptum quidem ad pœnitentiā sibi reliquū faciāt, ad cultum simulacrorum præcipites, confirmantes eā seruitutē literis, nō in chartula scriptis sicut mos est micipiorum, sed inustis in corpus ferro ignito ne deleri queāt postea, nam hæc non obscurātur vilo tempore. At legiser Moses vir sanctissimus idem propositū per omnia cetera tenuit, vt potestate veritatis amator atq; magister, cūctis suæ gentis hominibus cupiens hęc imprimere in præcordia, procul reiectis falsis opinionibus, proinde cū sciret hūc errorē vitæ nō mediocriter foveri prauis diuinationibus, totū hoc genus auersatur maxime diuinos cūctos arcēs in perpetuū à sua republica, sacrificos, expiatores, auspices, prodigiorū procuratores, incātatores, fortilegos, omnes enim hi cōiecturis ducūtur in speciem pbabilibus, easdē res aliter atq; aliter interpretando, tum quia subiectū eorū non habet naturam stabilē, tum quia ipsi carent ratione accurata examinandi conceptus suarum mentiū, impietatis apparatus isti sunt: quare? quia qui attendit his & obsequitur, credēs hinc

hinc p̄dere bona malāq; contemnūtq; autorem rerū omnium: nec intelligūt se vitæ curas cōmittere incertissimis alitum motibus per aërem vltro citrōq; volitantū, & reptiliū ē terræ cavernis quærendi sibi causa proreptātium: item visceribus pecudum, cruori & cassis anima cadaueribus collapsis vt mutantur in deterius. requirit enim lex in huic ciuitati ascripto absolutā scientiam, nō istarum artium quibus vulgus instituitur à teneris, quales sunt diuinationū sortilegiorūq; cōiecturis nitentium: sed certæ persuasionis & veritatis indubitissimæ quæ Deus & pietas perdiscitur. sed quoniā à natura insitū est hominibus prenoscēdi futura desiderū, & ideo multi se ad aruspiciam similēsq; diuinādi artes applicāt. sperantq; harū ope se fore voti cōpotes, cum tamē seipse vanitatis coarguāt, seuerē vsus earum interdicitur. nec etiā de fore pietatis veræ cultoribus futurorum præscientiā, exoriturum repenre prophetā aliquē qui vaticinetur correptus numine, nihil de suo dicēs (nec enim scit quid dicat qui verē diuinat) sed quicquid proferet quasi alio diētate impetrās. Deus enim per prophetas loquitur: quibus pro instrumentis vtitur ad significāda quæcunq; voluerit. Hæc & similia postquā de vno vero Deo cognoscendo vates legifer nos præmonuit, deinceps præscribit quo ritu eum coli oporteat.

PHILONIS IVDÆI, De monarchia liber II.

DE I templum alterū summū verūmq; existimandum est, mūdus hic vniuersus, cuius sacrarium sit cælum in tota rerum natura præstantissimum, donaria verò sidera, sacerdotes & æditui potestates angelicæ, animæ carentes corporibus, nō quemadmodū nostræ contēperatæ ē ratioali brutaq; natura, sed totæ quætæ sunt intellectu præditæ, ratione synceritatis vnitati similes: alterū verò manufactū, non erat enim reprimendus impetus hominū ad pietatē proreptātium, & grata sacrificia pro acceptis beneficiis reddere parantium, aut pacem veniāmq; petentium. prospectum est tamē ne vel passim vel vno loco plura tēpla dedicarētur æquissima ratione, quandoquidē vnus Deus nō nisi vnicū sibi dicari postulare videtur. ac ne apud priuatos quidē focos licet rem diuinā facere

facere, sed vel ab extremis terris ab hoc templū proficisci iubētur sacrificaturi, hac quoq; de causa quo morū experimentū de se præbeant. nemo enim nisi castē piēq; sacra facturū sustineat relictis cū patria cognatis amicisq; peregrinari, & diuelli à necessariis coniunctissimisq; affectibus. id verū esse apparet cui libet. innumeri enim ex innumeris ciuitatibus terra marique ab oriēte, occidēte, septētrionibus, meridiēq; singulis festis ad templum hoc cōfluunt, quasi ad quoddā cōmune refugiū vitæ negotiosæ ac tumultuariæ: vt ibi trāquillitate inuenta remittant animam, sepositisq; curis quibus per totā vitam grauātur, respirēt paulisper degentes hilariter, cōceptaq; bona spe vacēt rei cū primis necessariē, sanctitati religioniq; inter se quoq; nouis cōiūcti amicitii, & promiscuis epulis ac libationibus instaurata firmatq; cōcordia. eius tēpli extimus ambitus longē latēq; patens, munitur quatuor elegantissime structuræ porticibus: quarū singulæ duplici cōstant ordine, materie, marmoribus, artificūq; ingenioso labore architectorūq; cura ornatissima. sed ordo interior est submissior, & in apparatu plus austeritatis pre se fert. in medio tēplū ipsum nullis verbis enarrabile, quantū licet ex his quæ foris spectātur cōiecturā facere. nā intima nemini videre fas est, præterquā soli sacerdotū principi, & id ei quoq; vno die dūtaxat anniuersario permittitur, quo introspicit omnia. in fert autē odoramenta & foculū cū ignitis carbonibus. ibi multo suffitu factō fumus circūquaq; offunditur, & visum offuscat, nec sinit lōgius prospicere. Cū enim sit ingens & in magnā substrudum altitudinē quāuis in loco sitū nō admodū edito, istar celso rum montiū attollitur. eius structuræ amplitudo eximia miraculo est omnibus spectatoribus, præsertim hospitibus visentib⁹ & cū aliis publicis ædificiis cōferētib⁹ vel pulchritudinē huius vel gentis in hoc opere magnificentia. Lucus autē nullus est intra dictū ambitū, quia lex id multis de causis vetuit. primò quoniam. deinde quia nō est fas importare quæ faciūt ad virorē arborum, hoc est brutorū excrementa & hominū. tertio quia siluestris materie nullus est vsus, cū sit, vt poētē loquūtur, telluris inutile pondus: mitiores verò arbores quæ mites fructus ferūt, parum cordatos à religione retraherēt. præterea cōdensa siluarū maleficis cōueniūt, ex latebris securitatē & insidiarū occasionē quærentibus. at aperta loca & propatula prospectūq; introgressorum & obambulantū latē admittentia, sacris sunt aptissima.

M redi

reditur autem hoc templū habet non solum ē latifundiis, sed & multo potiores alios, nullo unquam interituros tempore. donec enim genus humanū permanebit, perpetuo reditus hi cū mundo uniuerso stabunt incolumes. institutum est enim quotannis offerri primitias ab anno aratis vigesimo: has redemptionē vocant, ac proinde volentes libentes summa cū alacritate offerūt, quasi hoc pacto suam libertatem, sanitatē, salutemque redempturi in posterum. cū autē hęc gēs sit populosissima, proculdubio hęc primitiæ maximam rerū copiam suppeditāt. quocirca perē opidatum sunt sacra araria, ubi mos est deponi primitias, quā sacram pecuniā certis temporibus legati ad templū perferunt, delecti ex cuiusque ciuitatis optimatibus, cōmittentis huic legationi spes suas, quas in religione oblarisq; ritē primitiis collocant. Huius nationis cum tribus numerētur duodecim, vna ex omnibus selecta fungitur sacerdotio, quod accepit premiū pietatis atq; fortitudinis, quo tēpore plebeia multitudo visa est seduci errore quorundā populariū ad Aegyptiacū delirium & typhum illius regionis familiarem desciscerium, quæ brutis animantibus præcipue tauris miras affingit fabulas. huius igit dementiæ scelestos autores cū internecione deleuissent iniussu magistratū, cōprobatū fuit eorū facinus, & pietati nauata opera. Leges autē de sacerdotibus extant hęc: integritas corporis in sacerdote requiritur, ne quā labē mutilationēve habeat, neve vllam agnatā particulam superuacaneā, siue in natiuitate, siue per morbū postea: neve colorē mutatū in leprā aut feram impetiginem, aut formicites verucas aliāsve pustulas & tubercula. quæ omnia nihi videntur figuratē referenda ad perfectionē animæ. nam si mortale corpus sacerdotis inspicere oportet ne quo cōtactum sit vitio. quanto magis immortalē animā. formatā (vt creditur) ad Dei veri effigiē. sermo autē est imago Dei, quo ille totū mundū cōdidit. post nobilitatē verò generis & integritatē animæ simul & corporis, de vestitu quoque præscribitur, quē sumi à sacerdote sacris operaturo deceat. is est lintea tunica & subligat, alterū quo tegantur partes pudendæ, quas apud altare nudari nefas est, altera verò vt expeditius obeantur ministeria. absq; amictu enim tunicati sacra libationesq; peragūt. & quicquid ad rem diuinam opus est celeriter ac incunctanter suggerunt. pontifex autem iubetur & ipse vestem similem sumere, quando adyta subit vt aram odoramentis adoleat, quia lintea non conficiuntur ē mortali materia sicut vestes lanæ: assumit

tamen

tamen & aliam pictam, quæ videtur mundi referre quandam imaginem, quātum ē paratu eius apparet. primum enim indumentum eius rotūdum est totum hyacinthinum, talaris tunica significans aërem: siquidem aër suapte natura nigricat & ipse talaris quodāmodo supernē à lunari vicinia tensus vsq; ad terrē infima. huic superinduitur textum pectorale thoracis specie, quo cælum subindicatur. nam duō smaragdi preciosissimi eminent in summis humeris, orbiculares, in singulis singuli, qui hemisphæria duo nobis innuunt, alterum superum, alterum subterraneum. in pectore sunt gemmæ x i i. eximiis coloribus, terna serie quadruplici, ad exemplar signiferi circuli. nam & illa terna ē suis x i i. signis in quatuor anni horas distribuit. ceterum tota hęc pars in qua sitæ sunt, rationale vocatur vero nomine, quoniam quicquid cælo continetur, fabricatum ornamentumque est certis rationibus inter se congruentibus. nam ibi nihil non sua ratione nititur. id rationale geminus textus variat, quorum alter claritas appellatur, alter veritas. per hęc subindicatur non esse fas vlli mendacio cælum ascendere, quod totum inde ad terrestria loca relegatū sit, & demigrarit in animos sceleratorum hominum. per claritatem verò, res nostras clarescere naturis celestibus, aliās in obscuro futuras. liquet enim, quod nisi sole illustrante, non essent conspicuæ tot qualitates corporum, nec tot colorum formarumque species, nec dierū, noctium, mēium, annorumque discrimina: & in uniuersum quis distinxit tempora, nisi solis, lunæ, cæterorumque siderū cursus ac recursus concinniores quàm vt enarrari possint humana facundia: vnde numerorū natura nisi ex obseruatione modò dictarum tēporis partium? quis in tāta maris latitudine simul & altitudine vias nautis aperuit, nisi ratio siderū? alia quoque innumera viri sapientias & tranquillitates aëris, felices ac malignos frugū prouetus, æstus remissos & ardentissimos, hyemes asperas aut vernæres, siccitates & pluuias, fecunditatē animantū & stirpiū, aut ediuersos sterilitatē, & id genus alia. omniū enim rerū terrestriū in cælo signa notata sunt. ex ima verò talari pendēt aurea mala punica & tintinabula & flosculi, quæ terrā & aquam significāt: terrā flosculi quæ ex ea germinent floreantque; omnia: aquā verò punica, dicta ῥοαὶ παρὰ τὴν πύργον, id est à fluxu iuxta græcam etymologiam. harmoniam porro consensumque mundi partium tintinabula indicant. quæ omnia sita sunt decentissimè, in summo

M ij

gem

gemmæ, pectorale illud celi simulacrū, quia & calū summū est, sub hoc talaris tota hyacinthina, quia & aër nigricās secundū à cælo tenet ordinem. in extrema verò eius simbria flores & mala punica, quia terra & aqua infimū in vniuerso sint sortitæ ordinem. hoc cultu pōtifex vritur, totū mundū referēs ornatu mirando vel menti vel oculis. Sicut enim hos aspectu ob pretiū simul ac varietatem stupendo percellit magis quā vllū textile in nostris regionib⁹: ita interpretationē sui partiū habet sapientē ac philosophicā. admonet enim pontificē vt cōsiderata vniuersi quam gestat imagine, vitā præstet à natura nō degenerē, deinde vt operādo sacris totū mundū deprecatorē alleget. Decet enim vt patris sacerdos filiū eius mundū hunc ad preces votāq; adhibeat. Est & tertium huius sacre vestis mysteriū non prætereundum silētio. nam alij sacerdotes tantū pro familiaribus amicis ciuib⁹q; solent rem diuinā facere: at Iudæorū pontifex nō solū pro toto humano genere, verum etiā pro naturę partibus, terra, aqua, aëre, igne, precatur & agit gratias: quippe qui existimat mūdum (vr re vera est) suam patriā, solitus supplicationibus ei reddere propitiū parentem cōditorēq; suū. Post hæc legislator præcepit, vt qui accedit altare cōtrectaturus victimas redeuntibus ad se sacre functionis vicibus, à vino temetōque abstineat, quatuor de causis, scilicet vt effugiat pigritiā, obliuionē, somnū, amētiam. merum enim laxatis viribus corporis facit id minus agile, & in somnū velit nolit pertrahit: animi quoq; intentionē remittens, fit ei causa obliuionis ac desipientię. contrā sobriorū & membra sunt leuiora habiliorāque, & sensus puriores synce riorēsq; & mens ipsa perspicacior, ad prospiciendū futuris negotiis, & ad præteritorū reminiscētiā. itaq; in vniuersum vini vsus censetur ad vitam inutilis, quoniam quidē grauat animā, sensus hebetat, denique corpus onerat. nihil enim sinit in nobis liberū, sed quicquid attingit, præpedit. At cū puritati sacrisq; vacatur, tantò est hoc onus molestius, quantò grauius peccatur in Deū quā in hominem. Meritò igitur institutū est sacrificium abstemiū, vt discrimen sit inter sacra & profana, pura & impura, legitima & illegitima. Ceterū quoniam nemo nisi vir cooptatur in sacerdotiū, nō cariturus amplexuum cupidinē, quaruntur ei castæ virginis nuptiæ, sanctis prognatę parentibus ac honestis generosisq; maioribus. Meretricem enim pariter animo impuram atq; corpore, ne aspicere quidem ei licet, etiam si quæstu relicto ad frugem rediit, eò quòd olim pollutū vitę institutum

tutum secuta sit, ipsa verò de cætero quidem eximatur ignominia, propter propositū mutatū in melius: laudanda est enim nequitia poenitentia, nec vetandus quo minus eā ducat quisquam alius: sacerdotem verò ne accedat quidam propius. huius enim est eximiū priuilegium, quod requirit cōsensum mutuū actionum eius omnium inculpabiliū ab initio vitæ vsq; ad exitū. Videtur enim à ratione bonisq; moribus alienissimū, cicatricos arceri sacerdotio propter notas infelicitatis nō malitię: eas verò quæ nō solum coactę, verū etiam interdū spōte formā venditarent, postquā vix tandem resipuerint, ab amatoribus diuulsas iungi mox sacerdotibus, & è lupanaribus migrare in sacra domicilia. manent enim nihilominus in animis poenitentium cicatrices quædam & vestigia nequitia pristina. proinde rectē honestēq; veritum est aliubi, ne merces meretricis inferatur in sacrarium. Atqui numi per se carent crimine, sed quæ hoc accipit vnā cū suo quæstu est abominabilis. quomodo igitur admittetur in sacerdotis consortium mulier, cuius etiā pecunia profana habetur adulterināq; quantūvis probatæ notæ ac materiæ: itaq; tāta requiritur in pōtifice puritas, vt nec viduam sinatur ducere, siue mariti obitu desolatam, siue diuortio: primò vt sacrum semen intacto purōq; aruo capiatur, nec vllō modo misceantur huius natales cum aliis familiis: deinde vt inita cū nōdū deprauatis animis consuetudine, facilius eas suis moribus accommodent. Sequaces enim & flexiles ad virtutē sunt mentes virginū & ad disciplinam promptissimæ. At quæ iā experta est virum alium, probabiliter videtur ad institutionē difficilior, vt quæ non adeo puram habeat animā, nec instar ceræ leuigatā, sed iā ante inscriptis notis asperam, quæ agrē debiles vel non recipiunt figuras alias, vel receptas cōfundunt in æqualitate sua. Virginem igitur ducat pontifex castā à nuptiis: virginem in quam nō solum cū qua nemo cōgressus est alius, sed ne desponsam quidem alteri, quādo nō sola hic requiritur castitas corporis. Reliquis sacerdotibus, quod ad nuptias attinet, præscribuntur eadem quæ pōtificibus: verū his præter virgines etiam viduas licet ducere, nō quævis tamē, sed quarum mariti defuncti sint. nō vult enim lex materiā contentionū præberi sacerdotibus, quas viuis priorib⁹ maritis posteriores vix possunt effugere propter zelotypiam: ceterū illis extinctis, simul affectus talis extinguitur, & alioquin etiam æquum est pontificem puriorem sanctiorēq; sicut in cæteris rebus omnibus, sic in

nuptiis quoq; se approbare, nec nisi virginem puellam ducere. Secundi autē ordinis sacerdotibus permittitur cum mulierib' virum expertis cōnubium. Quin & de genere futurarū vxorū diligēter, p̄scribitur, vt p̄tifici despōdeatur nō solūm virgo, sed sacerdotalis generis, vt sp̄sus sponsaq; gentiles sint & quodammodo consanguinei, quo magis per totā vitam moribus cōueniant, ceteris cōceditur vt quāuis ipsi sacerdotes sint, possint tamen ducere nō sacerdotū filias: siue q̄ leue sit hoc piaculum, siue q̄ non expediat plebē in totū submoueri à sacerdotū affinitatibus. ideo licitū est sacerdotibus huiusmodi cōnubiū, vt cognationi proximū. nam generi loco filiorū sunt foceris, & hi vicissim loco parentū suis generis. Hastenus de cōiugio, & cura procreādi liberos. Quoniā autem generationem sequitur corruptio, etiā de vita functis leges sunt proditæ, quibus decernitur, sacerdotes nō funestari ob cuiusvis amici cognatīve interitū, sed tātūm sex cognationis proximæ, patris matrisq;, filij vel filia, germani germaneue virginis. at p̄tifici in vniuersum luctu interdicitur, nec fortasse immeritō. nā aliorū sacerdotū functiones habent suas vicissitudines vt pro aliis cessantibus ministrent sacris alij, & quibusdā luctu occupatis, nihil tamen omittatur è solēnibus ritibus atq; ceremoniis. p̄tificis autem officia propria cōmittuntur prater ipsum nemini. Quāobrem semper impollutus permanere debet cauēs, à contactu cadaueris, vt paratus sit tēporibus debitis vota sacrāq; sine impedimēto facere. Cū enim alioquin sit Deo dicatus ductorq; sacrati ordinis, oportet eum abdicari omnibus, cognationis affectib', vt charitatē erga parentes, liberos, fratres posthabeat, nec vnq; ea retardatus potiora negotia differat. idem vetatur in domestico luctu vestimēta scindere, & insigne sacerdotij suo capiti detrahere, aut è fano per occasionem luctus excedere, vt ob loci, ornatusq; reuerentiam resistat mœstitiq;, & fortis malit videri, quā miserabilis. Postulat enim in eo viro lex præstantiorē homine indolem, quippe qui Deo sit familiaris præ cæteris, sit in quodā diuinæ humanæq; naturæ (si verū fareri licet) cōfinitio, vt hoc mediatore Deus propitiatur hominibus, eiusdē ministerio porrigat eis largiatūq; suam gratiam. Post hæc præcepit lex de iis ad quos primitiarū vsus fructus pertinet. Si quis inquit, sacerdos oculum, aut manū, aut pedem aliūdvē mēbrū amiserit, aut maculam aliquā contraxerit, ad sacra quidem tractanda nō admittatur propter calamitates huiusmodi, fruatur tamen

tamen sacerdotū honoribus, propter dignitatē generis irreprehenabilem. Quòd si aut lepra sacerdotem occupet aut seminis profluuium, nec sacrā mensam attingito, nec portionē accipito honorariam, donec sistatur profluuium, & lepra decedens cutē relinquat concolorē. Quòd si sacerdos rem quācūq; impuram attigerit, aut somnio venereo pollutus fuerit, ea die sacrificiis abstinere: sed sub vesperā ablatus sinatur partem suam capere. Accola verò sacerdotis & mercenarius arceat à primitiis. Accola ideo, quia non omnibus vicinis mensa cōmuniis est, & cauendum est ne sacra profanentur nimio humanitatis studio. Non omnibus enim danda omnia, sed quæ accipientibus conueniant. Alioquin ordo, quo nihil in vita melius, tollitur è medio, succedente confusione pernitiosissima. Si enim in nauibus onerariis nauæ gubernatoribus pares erūt, & in trirētib' æquabūtur præfectis remiges naualesq; socij, in exercitu verò equites magistris suis, scutari ordinum ductoribus, centuriones legatis & imperatoribus, item in repub. cōcionatores senatoribus, rei iudicibus, & in vniuersum plebei magistratibus, tumultus, seditionesq; nascētur, & ista verbotenus æqualitas inæqualitatem rerū pariet. Nā æqualia dignitate imparibus tribuere, est inæqualitas: inæqualitas verò fons malorū. Quā ob rem honoraria partes sacerdotum ne cum accolis quidem comunicāda sunt, ne propter vicinitatem attingant quæ nefas est tangere. Nā is honor non domui habetur, sed generi. Similiter merces è sacra portione nō est reddenda mercenario. Nam is si profanus sit, in profanum vsu vertet quæ honoris causa tributa sūt nobilissimo sacerdotum generi. Quapropter neminem alienigenam lex admittit in societatem sacratorū fructuum, etiam si ex indigenarum nobilitate paterno maternōq; genere sit laudatus. Simus, vt hi honores incorrupti permaneāt penes sacerdotalem ordinem. Inconueniens enim fuerit, victimas, sacrificia, ceterasq; altaribus ceremonias committi sacerdotibus. præterea nemini, honores verò eorum communicari quibuslibet: quāsi deceat illos diuexari nocturnis diurnisque curis ac laboribus, præmia verò etiam otiosis promiscuè contingere. Vernæ autē, inquit, & emptitio dominus suus sacerdos impartiat cibum potumq; de primitiis. Primum quia seruus nihil lucratur nisi ex domino, cuius ipse est possessio, vt necesse sit seruum ali è sacris prouētib'. Deinde ne quod omnino futurum est, id iouiti faciamus: Nam serui, dum velimus nolimus nobiscū versantur

perpetuò, & cibum potumq; parâdo mensas hilares instruunt, dum ministrât vescentibus & reliquias efferunt, si non aperte desumunt, certè clam surripiunt, necessitate cogète: atq; iram culpæ, si tamen culpa est vti cibus dominicis, alterâ addunt furum videlicet, vt furtim sacris fruantur sine crimine, quod est absurdissimum. Huc accedit causa tertia, q̄ nō est periculū ne primitiæ vilescant seruis cōmunicatæ, quandoquidem hi cohibentur metu dominorū, qui ne insolescat possunt in officio continere familiam. Postremò sequitur lex humanitatis plenissima, sic præcipiens. Si filia sacerdotis nupta sacerdoti per mortē mariti fiat vidua, aut à viuo propter sterilitatem deseratur, retro in paternas ædes reuertatur, vt de primitiis viuat, sicut quādo virgo erat. Nam & nunc quodammodo virgo est potentia, siquidem destituta marito ac liberis, nullum præter parentem habet refugium. Vbi verò supersunt filij filiæ, necessario liberis suis mater attribuitur: qui cū ad paternam domum pertineant, matrem quoq; secum adducent in idem domicilium.

PHILONIS IVDÆI, De præmiis sacerdotum, & honoribus.

SACERDOTIBVS nullā agri partē lex attribuit vnde more cæterorū in vsum vitæ fructus terræ colligant: sed honoris causa Deū ipsum fore sortem ac possessionē eorum pronuntiat, ad res offerri Deo solitas respiciēs, idq; duab' de causis: primò quia summus honor est participes fieri eorū quæ Deo sacrantur à gratis hominibus: deinde vt circa solum Dei cultū occuparētur, ceū curam & possessionē propriam. Huc accedunt & alij honores, virtutis ergo illis habitū, & ante omnia cibus absq; ipsorum cura laborēq; paratus. Præcipit enim lex, vt quotiescūq; panis à pistoribus fermētatur ac subigitur, totius primitiæ separētur in vsum sacerdotū: atq; hoc pacto etiam offerentium pietati prospicitur. Dum enim assuescūt semper alimēti partem Deo decidere, nunquā in eius obliuionē veniunt, qua re nihil invita potest cōtingere felicius homini. Cū autē hæc gens plurimū abūdet numero virorum, necesse

necesse est primitias afferre magnā copiam: vt nemo sacerdos tam pauper sit, quin diues videatur, sed & è reliquis prouentibus imperatur primitia, vinum in singula præla, triticum hordeūq; in singulas areas. similiter ex oliuetis oleum, cæteri q; mites fructus ex arboribus, nec contenti necessariis sustentent vitam durius, aut delicatiore victu careant, sed hilarius mensis fruantur cum munditie. tertium præmium sunt primogenita mascula, ex omni genere terrestrium quæ in vsum hominū veniunt. Nam hæc iure diuino debentur sacerdotibus: ex armētis bouum & ouium caprarūq; gregibus ipsi iuueci, hirci & arietes, quippe cibo puri & sacrificio: pro equis verò, asinis, camelis & similibus æstimationis non iniquæ pretiū: est autē hic quoq; prouētus maximus. nā vetere gentis huius instituto pascuntur multi greges armētāq; omnis generis animalium. hic lex non contenta primitiis omnium prouentuum, alias insuper exigit animarum atq; corporum, nam liberi sunt parētum partes separabiles. imò (si verū fateamur) inseparabiles, propter cōmunem sanguinem & latentē quandam rationem generis emanantem à maioribus, natua benevolentia coniūgente affectus mutuos. Attamen & horū exiguntur primogenita primitiarum nomine: vt appareat gratam esse fecūditatem vel præsentem vel quæ speretur in posterum: id quod cedit in laudem coniugij, sacrari primum eius fructū, simulq; coniuges admonet temperantiæ, curæ domesticæ atq; concordia: vt mutuo cōsensu in verā firmāq; societatem cōueniant. Cæterum ne filij primogeniti sacratiq; disiungātur à parentibus, redimūtur certa pecunia, tādēdē pauper ac diues, nullo respectu vel dignitatis offerētium, vel recēs natorum habitudinis, modò ne quis quātumvis pauper grauetur. Quoniā enim liberi tam humilibus de plebe viris contingunt quā clarissimis proceribus, oblationem parem debere fieri iudicauit, facultatum (vt dixi) potissimū ratione habita. Alios insuper non mediocres redditus iura sacerdotibus tribuunt. dum à singulis exiguntur decimæ frumenti, vini, olei, fœturæ pecudum ex armentis ac gregibus, quanta verò hinc quoq; proueniat copia, licet ex numerosissimæ generis frequentia cōiecturam sumere, ex his rebus liquet iuxta legis iudiciū sacerdotes æquiparari honore ac maiestate regibus: siquidem illis tanquā principibus conferri tributa imperat, id quod fit longe aliter quā in cæteris ciuitatibus sub dynastis degētibus. nam hæc gementes & coactæ vix tā-

dem conferūt, perosa quæstores ceu pestem publicā, nunc haec nunc illas causationes fingendo, ne ad præstiturum tempus tributa representēt. Ad hæc gēs sacerdotibus debitā pecuniā liber gaudensq; depromit, quāsi non daret sed acciperet, addens fauistas ominations & gratiarū actiones populariter, idq; quotannis nec viris cessantibus nec mulieribus, sed alacritate spontanea, quāta nullis verbis exprimi potest, cōferētib⁹. & hæc quidem contribuūtur ex priuatis possessionibus, nec desunt etiam alij redit⁹ ē victimis, digni sacerdotib⁹. Nā de qualibet mactata pecude lex iubet duas certas partes eis decidi, armū dextrū & pectoris pinguedinē: quarū altera significat requi in eis fortitudinē in omni actione legitima, siue dandum siue capiendum siue operādum sit quippi: altera verò animū placatum & alienum ab ira postulat. Hunc enim aiunt habitare in pectore, vbi natura collocavit vim irritabilē, ceu militem in præsidio, munito videlicet cōpage ossium firmissima, neruis adstricta validis. De pecudibus autem quæ aliās mactātur causa viscerationis, tria suo iure sacerdos accipit, armū, maxillā, & quod omentum dicitur. Armū ea ratione quā modò diximus. Maxillas verò, vt capitis, quod inter mēbra præminet, sermonisq; primitias. Nā hic promanare nō potest nisi maxillis commotis, vnde *διαγώνας ἀπὸ τοῦ κείσεσθαι*, hoc est ab huiusmodi cōmōtione Greci hās nominant. Nā his plectro linguæ, percussis, omnia vocis instrumēta consonant. Omentum verò vētris est protuberatio: vēter porrò nil aliud quàm præsepe brutæ cōcupiscētiæ, qui potationibus rigatur & ingluvie, & inūdatur alijs post alias cibi potūsque; deliciis, suis more gaudens in cœni volutabro degere. Proinde locus excremētis dicatus, cōueniētissimus est illi turpi & intemperāti pecudī. Aduersatur autē ei temperātia, quam exerceri & labore studiōq; cōfirmari decet modis omnibus, vt bonū maximum ac perfectissimum, priuatim & publicè utile. Quocirca gulosa cōcupiscētia, cum sit impura profanāq; merito extra virtutis fines exulat. Temperātia verò pura virtus & immaculata, cibi potūsque; negligens, vt contēptrix voluptatum ad vētrem pertinentiū, ad sacrū altare admittitur: aufertq; illā ventris protuberātiā, quo magis admoneatur despiciere gulam insatiabilem, & quicquid accendit hanc concupiscētiā. Quin & holocaustomatū, quorum vix iniri potest numerus, tergora cedūt sacrificiis, vnde quæstus cum primis optimus percipitur. Satis igitur apparet, quāuis tribus destinata diuino cultui

tui exfors agrorū sit, alia tamē ratione prospectum ei honorificentius, vt sine labore suo viuat ē primitiis & oblationib⁹. Sed ne quis ē conferentibus exprobrat accipienti suum beneficiū, iubētur prius in templum deferre munera, vt tum demū inde sacerdotes desumant. Decebat enim pro diuinis beneficiis largissimis aliquam ex rebus victui necessariis deliberari gratiā: autorem verò eorum cum ipse nulla egeat, ista largiri templi ministris & sacrorum curatoribus. Nam quisquis nō ab hominibus, sed à Deo nunquā nō in omnes benefico munus accipit, saluo pudore accipit. Itaque tot præmiis decretis sacerdotum ordini, si quis eorum eget honestè viuens sine crimine, vel tacitus nobis legum contemptum opprobrat. Nam si earum iussis pareremus, & oblationes debitas in quē oportet vsum vertere: cetera delicatioris vitæ subsidia. Sicut ediuersò victus sacerdotum lautior, argumentum euidentis esse potest pieiatis publicæ & legum semper seruatarum summa diligētia. Verūm quorūdam incuria (nec enim turū est id imputare omnibus) sacratis viris affert pauperiem, imò (si verum fateri licet) illis ipsis ab officio decedentibus. Nam leges contemptæ nocent contēptoribus, quamuis seductis & inescatis ad tēpus aliqua illecebra. Ceterū nihil vtilius, quàm sequi leges naturæ, vt cunque prius earum gustus austerus & immitis videtur. Tot lucrorum accessione vbi satis prospectum est sacerdotibus, etiam secūdi ordinis habita est ratio. Hi sunt aditui, pars fungentes ianitorum, pars verò atriensium officio, ne quis profanus volens nolensve transcendat sacrata limina. Alij circumquaq; obuersantur noctu & inrer diu, per vices sortiti diurnas nocturnasque; stationes atq; custodias. Rursum alij porticus atriumque verrunt & exportant scobes ac quisquilias, curantq; mūditiem, & mercedem accipiunt victū ex decimis, vt prouētū proprio. Verūm his ipsis decimis eis frui nō licet, prius quàm harum quoque; decimas offerant primi ordinis sacerdotibus. Tūc enim demum libere fruuntur, non antea. Oppida quoque; quadraginta octo acceperūt luge cōcedente & cuiusque; pomeria per duo milia cubitorum in circuitu pascēdis pecudibus, & in reliquos vsus oppidis necessarios. Ex his selecta sunt sex, tria cis Iordanē, trāsammana totidē, in refugiū eorū qui nolētes cædē fecerint. Quoniā enim qualemcunq; homicidam nefas erat fanum introgredi, vt se religione loci tueretur, iam dicta oppida sunt apertavelut asyla

asyla secundaria, propter incolarum honorem ac priuilegium qui supplicibus contra vim futuri erant præsidio, non armorum ope, sed dignitatis respectu, & iusta reuerentia sacerdotalis ordinis. Cæterum profugus iubetur continere se intra septa oppidi quo receptus est, ne in ultores cæsi cognatos insidat in hominibus quamuis non spontaneum fautores propter extincti desiderium, quod officit æquitatis examini. Quod si oppido exire ausus fuerit, sciat se in manifestam ruere perniciem. Nec enim illius à se occisi cognatos latere poterit, sed confestim peribit interceptus eorum laqueis & cassibus. Terminus autem huius exilij sit idem qui vitæ summi pontificis, quo defuncto impetrabit veniam, & ad patriam reditum. His similibusque legibus perlatas de sacerdotio, deinceps docet de animalibus: quæ nam sit sacrificiis idonea.

PHILONIS IVDÆI, De animalibus idoneis sacrificio, deque victimarum generibus.

ANIMALIA quæ in sacris mactari solent, aut terrestria sunt aut volucra. sed volucrum cum sint innumeræ species, præteritis cæteris omnibus, duas tantum selegit Moses legifer: quoniam columba inter natura mansuetas & gregatim volitantes est mitissima, turtur vero inter solitarias cicuratu facilima. Terrestrium quoque innumeris generibus omisis, tria præcipua secreuit genera, bouum, ouium, caprumque; ut mitiora mansuetioraque. Siquidem armenta magna bouum, magni greges caprarum & ouium, ab vno quouis aguntur, nec solum viro, sed & puero, dum exeunt in pascua, rursumque suo tempore deceter ad septa redeunt. Quod autem animalia hæc ingenio miti sint prædita, vel illud euidens est indicium, quod omnia vescantur herbis non carnibus, nec unguibus ad uncis armata, nec continua serie dentium: Nam gingivæ dentibus aliquot destitutæ sunt. Præterea maxime vitæ iuuat hæc animalia. Arietes vestitum præbent tegendis corporibus. Boues arado terram sementi præparant, & fruges ipsas tritura reddunt alimento vtilis. Ex caprarum

præparum pilis ac tergoribus contextis confutisque; sunt penulæ viatorum, velaminaque; militibus, & aliis quos necessitas aliqua cogit extra vrbes sub diuo degere. Requiritur autem integra hæc omnia, illa sa partibus omnibus, & maculis etiam nevisque; carentia. Tanta enim cautela vruntur in hoc negotio & qui offerunt victimas & ipsi sacrifici, ut probatissimi sacerdotum peritissimique; ab extremis pedibus exorsi per totum corpus inquirent quæ sunt conspicua, ne veteri feminibusque; celetur vel minima labecula. Adhibetur autem hæc cura non propter victimas, sed ut sine omni culpa sint qui eas mactandas offerunt. Submonentur enim his symbolis, ut quoties accedunt altaria, vel nuncupaturi vota vel reddituri, nullum vitium nullumque morbum afferant in animam, sed contentur omnino nitidam & immaculatam in conspectum Dei producere, ne visam auersetur. Quoniam autem quædam sacrificia sunt pro vniuersa gente, quædam pro vniuerso (si verum fatendum est) humano genere, quædam pro singulis rem diuinam facientibus, prius dicitur de publicis. Est enim in his ordo mirificus. Nam alia sunt quotidiana, alia recurrunt septimo quoque die, alia cum sacratis nouiluniis, alia ieiuniorum tempore, alia tribus festis præcipuis. Itaque agni duo iussu legis mactantur quotidie, mane ac sub vesperam, vterque cum gratiarum actione, alter pro diurnis, alter pro nocturnis beneficiis, quæ indefinenter Deus largitur humano generi. is numerus duplicatur septimo quoque die, ut par pari addatur, in æternitatis honorem, quod septimus dies mundi natalis sit. Quapropter hebdomadarias victimas placuit esse similes quotidianis & cœtinuis. Institutum est etiam ut quotidie bis adolerentur odoramenta fragrantissima in ara quæ intra velum est, oriente sole occideretque, ante matutinum & post vespertinum sacrificium: ut sacra cum sanguine fiat pro nobis qui costamus e sanguine, in cruenta vero pro principali nostri parte anima, ratione prædita, factaque; ad exemplar diuinæ imaginis. panes item septimo quoque die proponuntur in sacra mensa, pares numero mensuræ, in qua que serie seni pro ratione æquinoctiorum. Nam seni menses inter sunt vernum inter autumnalique. Post vernum fruges maturescunt, quando fructus arborei se proferre incipiunt: qui mox post autumnale maturescunt, quando sunt sementis initia. Sic natura sempiternis orbibus in sese recurritibus alia post alia dona mortalibus per vices cumulat: quod significatur per bis senos panes propositos. iidem admonent nos temperatiæ inter omnes

omnes virtutes vtilissimæ, quã comitatur facilitas, simplicitas, frugalitas, hostes cupiditatis & intemperantiæ. panis enim alimentum cõtentus esse potest sectator sapientiæ, habiturus sanum corpus & mentem sobriam. cupediæ verò, placentæ, bellaria, cõtinentiaq; alia curiosa pistorum & coquorum, gustui præ cæteris sensibus inerudito illiberaliq; seruientium ad nihil honestũ & spectatu vel auditu dignum, sed ad miseri ventris desideria, cõticiant morbos tum corpori tũ animo plerunq; insanabiles. cĩ panibus autem sal & tus mensæ imponitur: quorũ altero significatur, nullum esse condimentum frugalitate suavius, ex sapientum sententia: altero verò, videlicet sale rerum omnium perpetuitas. nam hic conseruat ea quibus inspargitur, & sufficit vice obsonij. Ridebunt hæc sat scio, isti qui nihil tractant præter epulas & conuiuia, lautarum sectatores mensarum, seruiliter inhiantes auibus, piscibus, carnibus & id genus cæteris, qui ne in somnis quidem vnquam veram libertatem gustarunt. eos ego contemnendos iudico his qui Deo vitam suam approbare cupiunt, docti voluptates aspernari, & assueti mentẽ oblectare naturæ cõtemplatione. Post hæc legislator distinguit sacrificia trifariã, in holocausta, & quod pro salute, & quod pro peccato vocatur. Deinde singula exequitur accuratissimè, seruato respectu decori pietatisq;. Quin & ordo in hac diuisione spectatur apertissimus. nã si quis examinare velit causas, cur illi prisca homines aggressi sint sacrificia, tres præcipuas inueniet. Vnam, cultũ Dei, vel per se honestum ac necessarium: alteram verò, vtilitatẽ sacrificantium. ea duplex est, dum bona impetramus, & à malis eripimur. Cæterum primo illi generi, quod solũ Dei honorem sibi proponit, lex aptè holocausta tribuit, quãdo victima integra igne absumitur, humana cupiditate nihil inde sibi vsurpante. Alterũ genus quoniã ad homines pertinens ipsorum opinionone diuiditur, etiã lex subdistinguit, vt alio bona quarantur, quod nominatur pro salute: alio fuga calamitatis, quod pro peccato dicitur. atq; ita holocausta solius est Dei, cui semper debetur honor etiã nihil expectaremus ab eo gratiæ. reliquæ duæ species ad nos propriè pertinent: altera incolumitatem postulans & profectũ in melius: ea verò quæ pro peccato nuncupatur, veniam delictorum & medicinam languentis animæ. Dicemus de singulis quæ lex ipsa præcipit, initio factò à specie præstantissima, hoc est ab holocaustate. Ante omnia, inquit, seligat mascula victima ex animalibus puris ad sacrificiũ, iuuencus, aut agnus

agnus, aut hœdus. Hæc qui offert, ablutas manus imponat eius capiti. Tum aliquis sacerdos accipiat eã & immolet. mox alius sanguinem eius exceptum phiala fũdat per altaris circuitum. detractõq; tergore victimæ, artus in frustra concidantur, & ablutis intestinis atq; pedibus, tota victima igni altaris tradatur. cõtictis tursum in vnũ partibus quæ modo dissectæ fuerat. Hæc sunt quæ disertè lex præcipit. subest tamẽ intellectus obscurior, qui è signis quibusdam declaratis elicitur. primũ sexus mas in victima requiritur, quia præstantior est quàm femina, & primæ causæ efficiẽti propinquior. nam quicquid fœmineum est imperfectum censetur & subditum, vt quod patiat magis quàm agat. Porro cùm anima nostra constet è duabus partibus bruta rationaliq;, rationalis videlicet intellectus masculini est generis, fœminini verò bruta illa quæ sensus sortita est. Intellectus autem sensui tanquam vir mulieri præstat toto genere, quippe purus inculpatusq;, purificatus perfectis virtutibus. ipsa est tota Deo grata & sanctissima hostia. cæterum quod manus imponuntur capiti victimæ, euidentis indicium est innocentia, vitæq; sine culpa exactæ iuxta naturæ leges & diuina oracula. postulat enim Deus à sacrificante primũ bonam mentem, sanctam & in pietate exercitam: deinde vitam benefactis ornatam, vt dũ manus imponit, possit libera cõscientia dicere: manus hæ nec muneribus corruptæ, nec innocenti sanguine pollutæ sunt, noxam iniuriam vulnus vim intulerũt nemini, nulli rei turpi præbuerant ministeriũ, sed rebus honestis ac vtilibus, quæ viris iustis, honestis sapientibusq; probatur. Sanguis autem circum altare fũditur, quia circulus figura est perfectissima, ne huius libationis exors sit vlla pars animæ. nam animam quodammodo libare videmur sanguine. Figuratè igitur docemur, vt integramente in orbem choreas agitante per omnes consiliorũ dictorum factorumque species Deum colamus. Nec mysterio caret quod iubemur intestina & pedes abluere. per intestina enim lota subinnuitur oportere cupiditates abluere, abstergeq; maculas cõtactas ex ebrietate ac crapula, vitiis humanæ vitæ valde noxiis. Pedum verò lotio significat, non humi posthac incedendum, sed per athera. Amas enim Deum anima re vera in cælũ à terris emicat, sumptisq; alis petit sublimia, cupida oberrãdi cum sole, luna cæterarumq; stellarũ sacra militia, ipso Deo duce atq; imperatore, cuius inexpugnabile regnũ iustè moderatur vniuersa & singula. Quod autem mēbratim victima diuiditur, sic

interpretatur, vel quod ad vnum referatur omnia, vel quod orta ex vno in vnum redeant; id quod nonnulli sufficientiā nominant, alij verò mutuum fomentū ornatūmq; elementorū quatuor. Mihi verisimilior cōiectura videtur, admoneri hoc pacto Dei cultricē animā, vt Ens illud non temerē colat, sed certa ratione atq; sciētia. Ea ratio consistit in hoc, & diuidatur ac distinguantur Dei virtutes & potentia. Nā Deus est bonus conditor parēnsq; huius rerum vniuersitatis, prouidēs suis operibus seruator atq; benefactor, idē beatissimus omniq; felicitate referatissimus: quæ singula tum per se maiestatem habēt mirificam, tum collata cum aliis eiusdē generis. Idem dicēdum videtur & de rebus cæteris. Quoties subituum animus voluntas agēdi Deo gratias propter mundū conditū, age & pro vniuerso & pro integris eius partibus tāquā animalis perfectissimi: atq; vt clarior loquar, pro cælo, pro sole, pro luna cæterisq; vel fixis vel erraticis sideribus: deinde pro terra cū suis animantibus & stirpibus, pro mari ac perēnibus torrētibusq; fluuiis, & his quæ vidētū in eis sibi quærunt: deniq; pro aëre ac huius partibus. Nam hyemis, æstas, ver, autumnus, anni tempora tuendæ vitæ necessaria, mutationes sunt aëris cōmodæ rebus sublunaribus. quod si quando gratias agis pro hominibus, id non in genere tantū fieri oportet, sed speciatim iuxta diffinitiones præcipuas, pro viris ac mulieribus, pro Græcis ac barbaris, pro insularibus æquē ac pro continentem colentibus. item si pro vno viro vota facis, vidēda sunt nō in minutias, sed in ea quæ sunt potissima, vt rei animi ac corporis, & rationis atq; sensuum. Nō est enim ingrata Deo pro his singulis gratiarum actio, vel deprecatio. Hæcenus de holocaustis: nunc sacrificium quod pro salute vocatur, cōsiderandum venit. In eo non refert vtrius sexus sit hostia, verūm ex ea tria hæc debētur sacrificiis, adeps, fibra iecinoris, & renes duo. Cætera in epulum cedunt ei qui obtulit. Cur autem dictæ partes interaneorū sacratę sunt, nō obiter dispiciendū est. equidē sæpe de his rebus cogitās, miratus sum cur ex ea viscera ratione lex desumens ceu primitias fibram iecinoris, & renes cū adipe, nec cor requirit nec cerebrum, vtranq; sedem principalis partis animæ: nec dubitō aliis quoque nonnullis, sacras literas magis mēte quā aspectu perlustrātibus, eandem quaestionem occurrere: qui si causam probabilem inuenerint, & sibi & nobis profuerint: si minus, nostrum commentum iudicent, an videatur verisimile. est autem hoc, principalis nostri pars

capax

capax est iniustitiæ, timiditatis, imprudētiæ, cæterorūmq; vitiōrū: habitat autem in duabus modō dictis sedibus, corde atq; cerebro. itaq; sacra lex æquum iudicat, non oportere ad altare Dei, vbi solet imperrari omnium peccatorū & iniquitatum remissio inferrivas illud & cōceptaculum, in quo mens proclinauit ad iniustitiam ac insipientiā, deflectēs à via ducēte ad virtutem honestatēmq; stultū enim fuerit in ipso sacrificio refricari non aboleri peccatorū memoriā, & hoc est opinor, cur neutrum offeratur principalis partis conceptaculum, neq; cor neq; cerebrum. quæ autem iussu legis offerūtur, cōpetentem habent rationem. adeps propter pinguitudinem protrectricē extorū, est enim pro amictu, & multū ea iuuat sua mollitie. Renes verò propter nervos tendentes genitalia, qui tāquam boni vicini genituram adiuuant, quoties absq; impedimēto natura operatur feliciter. Sunt enim subcruentæ quædam lacunę, per quas se humida excrementa exonerant. Per nervos autem proximos (parastatas vocāt medici) genitura deriuatur. Fibra porrò iecinoris, est præstātissimi visceris delibatio, cuius opera cibus in sanguinem vertitur, mōxq; per venas ad cor promanat, distribuēdus porrò in omnes partes corporis. stomachus em̄ gulæ subiectus cibos dentibus præmandos excipit & præparat. ab hoc traditos venter conficit secūdo ministerio, à natura sibi assignato, eos in succum mutans. è ventre duo caui tubuli enascūtur, facti ad digestionem & mutandum illum succum in sanguinē. digestiuus quicquid concoctu est difficile in fellis secernit vesiculam. alter verò perpurgatum iam calore colatūmq; sanguinē vitalem ad cor trāsmittit, vnde (vt dixi) deriuatur in corporis totius venas sinuosos flexibus, alimentū ei suggerens. Accedit huc quod iecinoris natura sublimis & leuigata refert instar politissimi speculi propter nitorem absolutissimum: vt mens quoties à diurnis curis cessat in somnū soluto corpore, nullis interurbata sensibus, seipsam suōsq; intellectus in secessu purē dispiciat, intuendo iecur tanquam speculum: & in eo syncerē cōtemplata res intelligibiles, circūspiciat sibi obuersantes imagines, quo turpes fugiat, cōtrarias eligat, & ex imaginationum consideratione ceu vates coniecturam de futuro faciat. In hoc genere duobus tantū diebus epulari fas est, ita vt nihil reliquiarum supersit in tertium, idque de causis pluribus. Vna, quia sacræ mensæ vsus tempestiuus debet esse, curādo ne quid corrumpatur mora temporis, cū carnium vel conditarum natura sit

N

obnox

obnoxia putredini, altera, quia victimarum partes non sunt in penum retrudendæ, sed in mediū proponendæ omnibus indigentibus, iam enim sunt non offerentis, sed eius cui litatur: qui cum sit beneficus ac munificus, vult conuiuiis vocatis communicari suū epulum, non eius qui exhibet: quem sic cogitare iubet, ministrum esse ipsum conuiuii non dominum. nam apparatus fit de liberalitate domini, quam dissimulari non decet, præferendo humanitati sordidam parsimoniam, postrema, quia sacrificium hoc pro salute duorum offertur, corporis & animæ: proinde suis cuique dies epularis tribuitur: quod æquum videatur ut primæ diei conuiuium admoneat nos salutis animæ, sicut postera dies sanitatis corporis. Quoniam autem tertium nihil est cui proprie quaratur talus, serio vetitum est præferri epulum usque diem tertium, ita ut ne per obliuionem quidem liceat superesse reliquias absque vitulo. Quod si quis hos ritus negligat, seuerè diuina voce obiurabitur: Hocine homo ridere putas sacrificium? nihil moror tua sacra profana polluta execratæque, carnes istas quas tibi ipse coxisti ventri seruicis, ne in somnis quidem doctus rationem veram sacrificij. Ad hoc genus pertinet illud etiam sacrificium quod laudis dicitur, & fit ad hunc modum. Cum aliquis in nullam aduersitatem incidit vel rerum externarum vel corporis, sed quæta tranquillamque vita fruitur, prosperè degens & feliciter absque offensis, damnisque omnibus longum vitæ cursum ceu nauim in alto dirigens in serenitate perpetua, secundæ fortunæ auribus puppi aspirantibus, necesse est ut Deo gubernatori debeat sanitatem continuam & non interpellata comoda, atque in vniuersum synceras felicitates nullis viriatis calamitatibus: & horum largitorem demereatur hymnis, laudationibus, sacrificiis, & aliis gratiarum actionibus: quæ omnia comprehenduntur laudis nomine, hanc victimam non biduo, sicut priorè illam pro salute, sed ipsa prima die lex iubet absumi: ut qui experti sunt propitium, paratumque fauorem cælestis numinis, incunctanter de hoc sacrificio impertiatur aliis. Sequitur quod pro peccato nuncupatum. Variatur & personis & hostiarum genere: personis pontificis, totius populi, principis, plebei; victimis verò vitulo, hirco, capra, vel agna, vacca quoque offertur in hoc genere, ab iis qui vel per imprudètiā peccarunt, vel sciètes quidem & volentes, sed iam mutata voluntate factum suum dant, & vitam melius instituunt. Pontificis peccata & populi simili expiantur victimam, videlicet vitulo: principis verò minore, tamen & hac mascula. Hircus enim

enim caditur. At priuati etiamnum deteriore. Fœmineum enim non masculum pecus mactatur. Decebat autem principem priuato homini præferri vel in sacrificio: sicut principi populum, quandoquidem totum est sua parte potius. Pontificem verò æquiparari populo in expiatione impetrandaque peccatorum venia, habetur tamen is honor pontifici non propter ipsum, sed quia minister est populi, publicè vota faciens soluenda totius gentis nomine. Præceptum autem quod ad sacra hæc attrinet, est mirificum. Si, inquit, pontifex ignoranter peccauerit: moxque addit, ut deliquit populus: tantum non dicens, verum pontificem expertem peccati esse. Quod si quando labatur, id ei non priuatim sed propter populum accidere, ita ut in promptu sit remedium. mactato enim vitulo iubetur digitum intingere in sanguinem, & septies eum aspergere contra velum sacrarium, quo loco sacra vasa sunt reposita: deinde, aræ quadrangulæ in qua solet suffitus fieri, cornua quatuor eodem vngere, reliquum verò profundere ad basim altaris in atrio: ibi offerre illa tria quæ diximus in salutari sacrificio, adipem, renes, fibram iecinoris, tergus verò atque totum reliquum corpus ad pedes à capite unà cum intestinis efferri in locum mundum quo solent deferri altaris cineres, atque ibi exuri strue lignorum supposita. idem ritus est sacrificij quo totus expiatur populus. Quod si quis princeps peccauerit, capro ut dixi expiabitur: priuatus verò cuius aut capra, aut agna, si malit, nam huic fœmina conuenit, sicut mas magistratui, cætera sunt ritu eodem ab utroque, vnguntur altaris subdualis cornua, offeruntur adipem, renes, & fibra iecinoris, reliqua cedunt sacerdotibus in epulas. Quoniam autem peccata quædam in homines, quædam in ceremonias committuntur, hæcenus de peccatis in homines factis mandatum est, cæterum si quis Deum & sacra eius offendat, expiabitur ariete, si prius luat pro damno dato pretium, quinta parte super iustam æstimationem addita. Hæc & similia postquam legislator prescripsit de delictis ignorantia, deinceps transit ad ea quæ admittuntur à volentibus ac scientibus. Si quis, inquit, meritus fuerit de societate, aut deposito, aut rapina, aut inuentione rei perditæ, deinceps ad vitandam suspensionem iurare non recuset, & tandem arguente se intus conscientia periurium suum abnegationemque ipse damnans confessus fuerit, ac veniam petierit: merebitur delicti obliuionem, quandoquidem veram penitentiam re magis quam verbis approbat, dum reddit depoli-

tum aut rapinā aut inuentum, aut in vniuersum quicquid alienum vsurpauit, superaddita quinta pretij parte in solatiū eius cui fecit iniuriā. Cui postquā satisfecerit, eat, inquit, in templū oraturus veniam & peccati remissionē, nō contēnendam aduocaram adducens curā animæ emergentis è calamitate grauissima, & à morbo penè letali redeuntis ad sanitatē pristinā. Hic quoq; iubetur immolare arietē, sicut ille præuaricatus ceremonias. Nā illud peccatū inuoluntariū lex æquat peccato in hominem volūtario, nisi huic quoq; religionis cōtemptus accedat, vt autem periurus pœnā effugiat, remediū est vitæ correctio. Hic obseruandū, quod quæ pro peccato altari offerūtur ex victima, sunt eadem quæ in salutari sacrificio, adipēs, renes, & fibra iecoris. nam & pœnitētia genus quoddam salutis est, dum animæ affectio quouis corporis morbo grauior effugitur. Reliqua viscera dātur ad cibum, sed aliis, aliōq; loco ac tempore. Nam locus epuli sanum est. tempus verò vnus dies nō duo, & sacerdotes soli epulantur: ita vt nec eorum domestica: scēminæ, nec ipsi qui offerūt, partes capiant. nihil enim exrra sanum effertur, videlicet ne pœnitenti exprobrentur peccata pristina, iactata in vulgum susurris inimicorū & linguis petulantibus gaudentiū aliena ignominia. præstat igitur ea contineri intra sacrata limina, vbi fit expiatio. à sacerdotibus autem absumitur victima de causis cōpluribus. primò, in offerētis honorem, nam cōuiuorum dignitas ornat eum qui excipit conuiuio, deinde vt pœnitentes securius credant se habere Deum propitiū: alioquin eius famuli hanc mensam non accederent, nisi antea actis omnibus obliuioni traditis. Tertia causa est, quia sacrificare nulli sacerdoti, nisi integro, permittitur, cui ne minima quidē insit labecula. Atq; ita monētur quorquot à delictorū via decedunt, vt æmulentur puritatem sacerdotū, qui de oblatione ipsorū epulanti non dedignati sunt. ideo sacrum hoc intra vnā diem absoluitur, quia peccantes cunctatio decet ac procrastinatio, in benefactis verò properandum est. Sed quæ pro pontificis aut totius populi peccato mactantur, damnata cibus exuruntur (vt dixi) in sacro finire. nemo est enim aut pontifice aut gente potior, qui deprecator allegari possit pro his peccātibus, merito igitur viscera cōsumuntur incendio sicut fit in holocaustatis, idq; in honorē offerētium: non q̄ dignitatū respectus habeatur in sacrificiis, sed quia hominū excellēti virtute præditorū verēq; sanctorū peccata nō multò deteriora sunt q̄ benefacta quorundam vulgar

vulgariū. quemadmodū enim vberes agri etiam si spem coloni fallant, tamē plus ferunt fructuū quā suapte natura maligni: sic proborū piorūmq; quātumuis modica officia nō cedunt istorū fortunatorū sed malorū amplis meritis, nonnunquam fortuitis magis quā voluntariis. His ita ordinatis speciatim de tribus sacrificiis, holocaustate, salutari, & pro peccato, addit aliud ex his cōstitutū omnibus, vt eis bene inter se cōuenire nos doceat. id genus ita coniunctū, votū magnū dicitur. Cur autē sic nominetur dicturi iā sumus: Cū aliquis sacrarit omniū suarū rerum primitias ac decimas, tritici, hordei, olei, vini, pomorū optimorum, primogenitorū animalium, mactatis puris, impurorū verò persoluto pretio, non habens amplius materiā in qua pietatem exerceat, seipsum dedicat, pietate ac sanctitate nullis verbis effabilis. ideo magnū hoc votū appellatur. nihil enim quisquā possidet seipso pretiosius, qua possessione tūc ceditur. huius voti reo præcipiuntur hæc. primū ne mero vtatur aliōve potu ex vuis factitio, imò ne alio quidē villo qui afferat temulentiam & mentē labefaciat, vt sacratus iam inde à voti nuncupati tempore. nam qui sacris operatur, sitim aqua restinguat, ne in ebrietatem veritatem incidant. deinde ad præstitutā diem, ritē offeret tres vitiuas victimas, agnum, agnā, & arietem, illum in holocaustum, illam pro peccato, arietem verò in salutis hostiā. nā venienti cōueniunt hæc omnia: holocaustoma, quia non sua solū, sed se quoque Deo dicat: pro peccato victima, quia homo cū sit, quātumlibet perfectus, peccato non caret: pro salute autē, quia salutē suā acceptā fert nō homini medico, sed seruatori verò Deo, huiusq; potentiis. nam mortales ne sibi quidē sanitatē cōferre valent. si quidē nec omnibus, nec iisdem semper profunt, interdū nocent etiam: quia negotiū hoc aliunde pender, nempe à medicamentorum viribus. Mirandū etiā quòd animalia tria quæ sacrificiis diuersis offeruntur, omnia sunt eiusdem generis, aries, agnus, agnāq; significatur enim hoc pacto, sicut paulò ante diximus, hæc sacrificia esse sibi inuicē germanitate quadam cōiunctissima, quia & pœnitēs seruatur, & seruatus recolligit se à morbis animæ, & vterq; properat ad integrā perfectāmq; habitudinē, quæ subindicatur holocaustatis symbolo. Quoniam autē sic sacrificans offert seipsum, & sacrum altare nefas est pollui humano sanguine, & opus fuit omnino eius partē offerri aliquā, electa est quæ detracta nec dolorem afferret nec noxiam. Cū enim corpus sit instar quoddam arboris, tanquam frondes su-

perfluæ capilli ex eo præfecti mittuntur in ignem, quo ritè coquantur carnes salutaris hostiæ: vt quia votiua partem inferre in altare non licet, saltem ignem sacratum lignis admixta nutriat. Hæc sunt sacra omnibus popularibus communia. Sunt & alia priuatim sacerdotum sacrificia, ne se putent immunes propter functionem sui ministerij. Nam & hi offerunt quæ decet offerri ab hoc ordine, non cruentas victimas, sed simillam, cibum hominis purissimum, quod perpetuum & quotidianum est sacrificium, sacra mensuræ decima pars in dies singulos, cuius dimidium manè, dimidiū offertur vespere, frixum in oleo quod non estur tamen. mandat enim oraculum vt quævis oblatio sacerdotis exuratur ignibus, nullis ad cibum seruatis reliquis. Hactenus de victimis, nunc dicemus de has offerentibus.

PHILONIS IVDÆI, De victimas offerentibus.



OFFERENTI victimas lex præcipit, vt purus fiat corpore ac animo: animo quidè à morbis atq; vitiis tum dicta tum facta corruptentibus: corpore verò à maculis, & aliis rebus id contaminare solitis. Vtriq; suæ lustrationes inuenta sunt, animo per hostias sacris idoneas, corpori per lustrationes & aspersiones, de quibus paulò post dicturi sumus. æquū est enim vt prius agamus de potiore nostri parte anima, quæ est igitur huius purificatio? Vide, inquit, tu quisquis es, vt victima quam offers sit integra, eximia, carens maculis omnibus, probata acri & incorrupto sacerdotum iudicio, haudquam fallendo propter cōtinuam experientiam. nisi enim eam tum mente tum oculis exploraueris, nō elues peccata & conuictas in omni vita maculas. siue oblatas inuito siue voluntarias. in hoc enim tam accurato examine victimæ inuenies figuratè significari morum tuorum emédationem & profectum in melius. Nec enim bruta legi curæ sunt, sed animæ rationis compotes. Itaque de offerentibus non de victimis est sollicita, ne quod vitium eis insideat. De cætero corpus (vt dixi) lauacris & aspersibus purificat, nec tamen aspersum semel aut ablutum mox intra fanum admittit, sed iubet foris expectare per sept

septem dies, & interim aspergi bis, tertia septimæq; die, ac tum demum post ablutionem ad sacrificandum ingredi. Nunc consideremus quàm prouidè hæc fiât & quàm philosophicè. Cæteri serè omnes aqua pura lustrantur, marina pleriq; aut fluuiali, aut vrnis lausta è fontibus. At Moses cinere preparato è sacri ignis reliquis (id quomodo fiat mox dicetur) de hoc nonnihil sumptum iubet in vas indere, & aquam superinfundere: deinde hyssopi ramo in hac temperatura tincto lustrandos aspergere. Eius rei causa non absurdè hæc colligitur. Admonet eos qui ad Dei cultum accedunt, vt ante omnia seipsos noscant & suam essentiam. Nam quisquis seipsum ignorat, qui potest summam illam & excellentissimam Dei potentiã percipere? Est igitur nostra, quātum ad corpus, essentia terra & aqua, id quod docemur hac purificatione: quando hoc ipsum creditur ad purgandū vtilissimum, nosse seipsum, ex quibus & quàm nihili rebus constemus, ex aqua & cinere. Nam hæc reputatio confestim arrogantiam insidiatricem animo eximit, simulq; superbiam: atque ita Deum homini cōciliat infensum huiusmodi vitiis. Rectè enim aliubi dictū est: Qui superbis dictis factisq; nō abstinet, nō homines solos sed & Deū irritat, æquissimiū optimarū rerū opificem. itaq; aspersione hac sic excitamur & tangimur, quasi hæc ipsa elementa terra & aqua nos appellent in hunc modum: Nos sumus vestri corporis essentia, ex nobis natura, id est ars diuina contemperatis effinxit humanam speciem, ex nobis compacti prodistis in lucem, in nos rursus soluēdi post obitū. nihil enim in nihilum recidere natura patitur, sed vnde est initium, eodè finis redit. Nunc tēpus est exhibere quod promisimus, quæ nam sit huius cineris proprietates. nō è solis lignis combustis fit, sed è victima etiam ad talem expiationē idonea. præcipit enim lex, vaccam rufam indomitam mactari extra pomeriū: deinde pōtificem desumpto huius sanguine septies eum cōtra templum aspergere, tum totā exurere vnà cū pelle, cornibus atq; interaneis. iāq; subsidēte paulatim flamma in mediã hæc tria superiniici, lignū cedi inū, hyssopum, cuminūq; vbi verò extincta fuerit, cinerem ab homine puro collectū, reponi rursus in loco puro extra pomeriū. Quid autem sibi velint hæc figura, alibi exposuimus in allegoriis. Necessum est igitur adituros templum sacrorū gratia, & corpore nitidos esse, & multò magis anima. Hæc enim domina est regināq; , modis omnibus illo præstantior, vt diuiniore naturæ particeps. nitescit autem mens cogni

tione placitorum sapientia, deducens se ad cōtemplationem mundi. rerūq; contentarum in eo. & cōsuetudine cūm ceteris virtutibus. à quibus promanāt actiones honestæ ac laudabiles. his quisquis se perornavit, eat bono animo in templum, locum sibi cōuenientissimū, seipsum oblaturus pro victima. sin adhuc pectus in se sū est iniustis cupiditatibus, præstat in abdito quiescere, nec temeritati adiungere impudentiā, religione posthabita. nam veri Dei tēplum nō patet profanis sacrificiis. Tali homini dicerē: o bone, nō gaudet Deus centenis boum victimis, cūm sit cūctarum rerum dominus, nec vllius indigeat: mauult pias mētes & viros sanctitatis meditatores, à quib⁹ popana pulrésq; vilissimas vt gratissima munera libēter accipit. imò etiā si nil afferant, ipsos complectitur, absolutos in omni virtutum genere, pro victimis opimis adducentes hymnos in seruatorē suum ac benefactorem, partim vocales, partim absq; ore linguāq; cōceptos in animo, & sic quoq; penetrantes ad Deum, quātum vis non sentiantur humanis auribus. Hæc vera esse, vt non à me aurore sed à natura profecta, testatur vel ipsa euidentia manifestā fidē faciens non cōtentiosis hominibus, testatur etiā lex iubendo poni duo altaria, materia, loco, vsūq; differētia. Alterū enim è saxi collectitiis impositis exstruitur in atrio iuxta templi vestibulum, ad immolandas victimas. Alterum verò aureū, situm est post primum velum in penetralibus, nemini conspicuū nisi sacerdotibus functionis suæ tēpore castitatē seruantibus, quod factū est adolēdis odoribus: vnde liquet, micam turis oblatam ab homine pio, Deo gratiorē esse multis hostiis, si offerenti nō adsit probitas. quātō enim aurum præstat lapidibus, & adytum vestibulo, tantō acceptior est suffitus gratiarum actionis quàm mactata victima. ideo nō solūm materiæ pretio, artificū opere, sanctitatēq; loci ara hæc augusta facta est, sed & hoc quod apud eam quotidie sacra exordiū sumūt à gratiarū actionibus, nō est enim fas immolare foris, prius quàm intus summo manē suffitus factus sit. quo significatur nihil aliud, nisi Deum nō delectari victimarū multitudine, sed offerētis bona mente atq; puritate spiritus, nisi fortē cūm iudex religiosē iudicaturus aspernetur munera partium sententiā expectātium, alioquin ipse corruptelæ reus futurus: imò cū vir probus à malo ne diuite quidē dignetur munus accipere: tu putas largitionibus capi Deū nullius creaturæ indigum? qui cū sit primū illud bonum perfectissimum, perennis fons prudentiæ, iustitiæ virtutumq; omniū,

auer

auerfatur dona iniustorū hominū. q̄ si quis talis offerat, nō nre viderur impudentissimus, de illicito quæstu, furtis, rapinis, abnegatis depositis, Deo tanquā iniquitatis socio partē deciden: equidem hunc pronūtiarim infelicissimū, siue latere sperat, siue deprehendi metuit. si putat fore vt lateat, ignorat Dei potentiam videntis & audientis omnia. sin rem palām fore cogitat, audacissimus est quē peccati nō pudet. itāne decet proferre iniuste partarum rerum specimina, & ostentare inter donaria tāquam primitias? an dubiū est, neq; legem quicquā ab iniustis, neq; solem à tenebris, accipere: atqui Deus & legū primitiuum exemplar est, & ipsius solis sol, illustrans sensibilem intelligibilis, & ex inuisibilibus fontibus ei splendorem visibilem impartiens. Præterea de altari exteriore mandatū extat, Ignis in altari ardebit perpetuus. meritò, vt equidē arbitror. Nam quia perennes Dei gratiæ nec deficiūt nec intermittuntur, sed interdū noctūq; fruendas se præbēt nobis hominibus, gratiarum actionem hæc sacra flāma figurat, semper instaurandam ne quando extinguatur. quin & illud fortasse hoc modo quaritur, vt vno eodēmq; igne continuato coaptentur noua sacra veteribus. quo sacratur vtraq; vt approbetur perfecta gratiarum actio, quamuis pro variis occasionibus aliās plures aliās pauciores adducantur victimæ. verūm sub hac verborum superficie sunt sensus reconditi, veritatis studiosis dispicendi iuxta allegoriæ regulas. Dei altare intelligitur grata sapiētis viri anima, cōpacta è perfectis numeris solidis & indiuiduis. nulla enim sunt virtutum inutilia resegmenta. in hac sacrum lumen inextinctū ardet perpetuò. est autē mentis lumen sapiētia, sicut ediuerso insipientia tenebræ sunt animæ. sicut enim se habet sensibile lumē ad oculos, sic ad rationē scientia, præluceat semper hoc lumine cōtemplationi rerum incorporearum & intelligibilium. Sequitur aliud præceptum: Omni oblationi salē adhibebitis, quo significatur (vt antea dixi) æterna durabilitas, sal enim cōseruator est corporum, secundo post animā ordine. Nam sicut anima causa est incorruptionis corporū, sic sal quàm diutissimè tuetur ea, redditq; quodāmodo immortalia. ideo scriptura vocat hic thysiasteriū eximio nomine, *σαρὰ τὸ διατηρεῖν τὰς θυσίας*, id est à cōseruandis victimis. atqui carnes igne absumūtur, vnde certissimè colligitur, nō victimam, sed mentem offerentis & alacritatem probari, cōfirmatā virtutibus. Illud quoq; legislator iubet, oblationem omnē sine fermēto & melle fieri, neutū vt imppnatur

N v altari

altari dignū existimans. mel fortassis ideo, quia collectrix eius apis animal est impurum, natum ē putribus bouum, vt fertur, ca daueribus, sicut vespas aiūt ex equinis prouenire, siue quod hæc figura doceat, profanam ducendam quancunq; voluptatem nimiam, dulcē hauitu, sed cruciatus afferētem difficiles, à quibus animam concussam labefactari necessum est, fermentum verò propter tumiditatem quam efficit, æquē figurato præcepto, ne quis elatus altare accedat, tumidus fastu & arrogantia, sed aspiciens Dei magnitudinem, suam mortalitatē agnoscat, quātumuis cæteris fortunatior, & vera estimatione animos elatos reprimas, cauens insidiatricem superbiam. Enimuerò cum ille rerū conditor, nullius indigus, non immensam suam potentiam, sed tuam infirmitatem aspiciens, propitius de suo tuam egestatem suppleat: tibi quid agendū censes erga homines naturā coniunctos & ex eisdem elementis prognatos, cum nihil in hunc mundum, ne te ipsum quidem intuleris, nudus enim venisti vir egregie, nudus abibis itidē, post vsuram accepti à Deo tēporis quod intercedit natiuitatem inter & obitū: cui spatium quid magis cōuenit, quàm societatis, concordia, iuris ex æquādi, humanitatis, virtutisq; studiū, abiectis iniustis, iniquis & in pacatis vitiis, quæ hominem animal suo pte ingenio mitissimū, ferum & immanis factū faciunt. Amplius præcipitur vt à vespere manē vsq; lumina intra velū in sacro cadelabro luceant multis de causis. Vna, vt diurnæ luci succedant illustratura sacrarium expers semper tenebrarum ad stellarum similitudinem. Nam & hæc post solis occasum lucem suam proferunt, non deserentes stationē quam in mūdo sortita sunt. Altera, vt noctu quoq; ad Dei cultum fiat oblatio, à diurnis nō aliena, nec interrumpatur gratiarū actio, nocturno tēpori maxime idonea. Est enim genus quoddam sacrificij, clarissimus hic splendor in penetralibus. Tertia verò valde necessaria. Quoniā enim non solūm vigilantes, verum etiam dormiētes iuuamur diuina beneficētia, relaxati à diurnis laboribus, & leuati curis, animo in se ipsum secedente à turbis sensuum, & sibi ipsi vacante: merito lex æquum indicauit gratiarum actiones ita distribui, vt sacra fiant pro vigilantibus, pro somno verò & prouenientibus inde commodis accendantur sacrata lumina. Hæc & huiusmodi sunt mandata interdicitq; ad ceremonias spectantia. Præcepta porrò ad sapientiam conducibilia sic inde licebit elicere. Videretur legislator dicere: Nihil o anime à te Deus exigit graue multiplex & arduum, sed simplicia quædam

dam & facilia: videlicet vt eum tanquā bene meritum diligas. si nō libet reuereri vt principem ac dominum: vtq; incedas per vias ei placitas, colāsq; illum non obiter, sed ex tota mente re-ferta piis opinionibus: tū mandata pius retineas firmiter, & ius diuinum habeas in pretio: quæ cuncta si accuratè obseruaueris, nunquam degenerabis à natura propria. Quod si quid in mundo promouetur, sol, aut luna, stellæ' ve cæteræ, aut cælum ipsum vniuersum, vel terra dum celsis atollitur mōtibus, aut in patēres cāpos liquidæ naturæ more diffunditur, vel mare, dum vertitur in dulcedinem, aut flumina restagnant tāquam maria, statim tamen singula redeunt ad pristinos terminos. Tuus autem profectus erit, si viuas innocēs. Quid hic molestum est aut difficile? non iuberis maria nunquam prius tētata traicere, & tempestate furente in mediis fluctibus suis que de que iactari procellis inter se cōflictantibus, non pedibus emetiri asperos calles & inuios, non itinera ingredi feris infestata & latronibus, nō agere sub diuo excubias expositus insidiis hostium. Absint à bonis hæc molestia. Melius ominandum est in rebus tam vtilibus. Satis est si annuar animus, mox in promptu erunt omnia. An nescis Dei esse cælum, tum hoc sensibile, tum illud intelligibile quod cælum cæli dicere licet: terram item & quicquid ea continet, mundūmque vniuersum visibilem, atque alterum illum inuisibilem ac incorporeum, ad cuius exemplum hic noster est conditus? & tamen ex toto humano genere selegit sibi aliquot præcipuos verè homines, quos curare dignatus vocauit ad suū cultum & religionem, ceu perennem fontem vnde cæteræ virtutes promanant, ad fruendum iucundiores nectare, nec minus ad paradam immortalitatem vtilis. Miseri qui se alienant ab hoc virtutis epulo, miserimi qui ne gustum quidem honestatis vnquam ceperunt, cum liceat deliciari & hilariter degere in sanctitate ac iustitia. Verūm isti sunt corde incircumciso, sicut scriptura loquitur, & contumaces propter morum duritiem, petulantes & immorigeri, quos lex his verbis admonet: Circumcidimini cordis duritiem: hoc est, excidite superflua mētis germina, prognata ex immoderatis affectibus & coalita insitq; in animum à malo agricola insipientia, quàm primūm excidēda summo studio. Et caute, inquit, ne ceruix vestra dura sit: hoc est ne sit refractaria, neve data opera duretur ad ruditatē noxiam: sed ommissa intractabilitate natiua vt perniciofa, flectatur ad ea quæ decet, obsequando naturæ legibus. An non vides, circa ipsum

ipsum Ens primarias maximasque; potentias, beneficam & vltimam? beneficam Deum nominant, quoniam huius opera mundus conditus & ornatus est: alteram verò dominum, penes quem est rerum vniuersarum imperium. Deus non hominum tantum, sed & deorum est Deus, magnus, verè ens, & pollens potènsque. At tamen hic tam ingens virtute ac robore, miseretur egenorum inopiæ, nec dedignatur esse iudex in causa inquilini, pupilli, & viduæ: sed posthabitis regibus tyrannisque & magnatibus, humiles dignatur hoc priuilegio. inquilinos, quia relictis institutis patriis vanitate mendaciisque; plenissimis, amore veritatis ad pietatem se transtulerunt, & versi ad eum, qui verè est, colendum, religiosi animi fruuntur priuilegio, ne frustra ad diuinam opem cõfugisse videantur. Pupillorum autem viduarumque tutelam proficitur, quia hæ maritis, illi parentibus orbiati sunt: quibus humana ope destitutis nullum præterea relinquitur auxiliū. Ideo maxima in diuino spes superest, quia propitiū numen non auersatur huius generis patrociniū. Sit, inquit, solus Deus tua gloriatio. Non diuitiis, non honoribus, non principatu, non pulchritudine corporis vel robore, aut similibus rebus, quibus homines vesani extolluntur, tibi placeas, cogitans primū hæc ad bonorum naturam nõ pertinere: deinde mutari momento minimo, & simul ac effloruerunt marcescere. Illi soli adhæreamus supplices, ac ne deuicti quidē ab hostibus æmulumur impias eorum ceremonias, in honorem Deorum exurtes filios ac filias: non quòd is mos sit omnibus Barbaris: nec enim tam fero sunt ingenio, vt iniuriam, quam in bello ab infensissimis hostibus abstinēt, in pace charissimis pignoribus inferre sustineant, sed quia re vera concremant corrumpuntque; animas ex se prognatorum, dum ab incunabulis in teneras etiam tum nõ inculpūt veritatis dogmata, vnde vnum verū Deum discere valeant. cauendū igitur ne vel deuicti prolabamur in superstitiones eorum, quasi pietatis meritò adepti sint victoriā. multis enim insidiatur præsentēs felicitates, vt inescatos in calamitates maximas pertrahāt. & fieri potest vt quauis indigni, potiantur victoria vt nos id malè habeat, qui educati in diuinitus instituta republica, vt innutriti legibus ad omnē virtutē incitantibus, à prima ætate doctrina imbuti quæ viros deceat, hæc contēptim habemus, & nugæ estimamus cuiusvis pretij, seria verò nihili. quòd si quis sumpto prophetæ habitu ac nomine, correptum se diuino spiritu simulet, atque ita ad externorum deorum cultum inuitet

inuitet, cauendum est ne quis decipiatur à personato propheta. magus enim non vates est. qui quoniam mendacia cõuentus est & falsa oracula, etiam si frater aut filius, vxor aut filia, familiaris aut amicus sit, si per speciem beneuolentiæ seducere te ad impietatem suam studeat: nec adus est tanquā hostis publicus sine respectu priuatæ necessitudinis: & hortatio illius proferenda est ad omnes pietatis amatores, qui absque mora in scelestum irruēt, rati sanctitatis officium, talem hominē occidere. debet enim nobis esse vnica familiaritatis & amicitie tessera, deo placēdi studium, & dicēdi faciēdi que; pro pietate omnia. Cæterū cognationes, siue vt quidam vocāt consanguinitates descendentes à communibus maioribus, tum affinitates quæ sitæ per cõnubia, reiciendæ sunt, si non ad eundem finem properāt, honorē Dei videret, quod est omnis cõiunctiuæ beneuolentiæ vinculum insolubile. nam talibus nõ deerit cognatio sanctior & honestior. attestatur mihi lex ipsa, quæ naturæ placita & virtutem seruātes, filios Dei nominat, dicens: Filij estis domino Deo nostro: mirum ni quia sicut pater dignatur eos sua cura & prouidentia. quæ cura tantum ab humana differt, quanto curator ipse maior est hominibus. præterea profanas initiationes orgiisque; lex sacra omnino submouet è sua repub. quòd periniquū censeat bene ac diligēter educatos cõtempta veritate animū applicare ad huiusmodi mysteria, & sectari pernoctationes tenebricosas, relictæ luce actionibusque; quales diem deceāt. nemo igitur ex Mosis discipulis inirit iniritur: quādo vel docere vel discere hæc iuxta est nefariū. cur enim o myste, si hæc pulchra sunt & vtilia, clausis profundis tenebris tribus tantum quatuorve prodestis hominibus, cum liceat corā omnibus in medio foro utilitates istas proponere, vt omnes ad meliorem feliciorēque; vitā se conferret intrepidè. nã à virtute disiuncta est inuidia. cælent se suaque; præ pudore qui tractant illicita, subeāt secessus terræ obscuros & abditos, ne quis eos videat, qui autē profunt publicè omnibus, in clara luce versentur in foro medio, liberè se in cœtus hominum ingerant, in illustri vitā suam proponāt, & per præcipuos sensus inuāt turbas mortaliū, dum vident stupēda. sed iucunda spectacula, & dulces sermones auribus hauriūt, mētes nõ prorsus indoctorum exhilarare solitos. An-nõ vides naturā quoque; haud occultare sua pulcherrima laudatissimisque; opera, sed in conspectu posuisse cælū cū sideribus omnibus, vt visum allectaret ad philosophiæ desiderium: maria quoque fontes, fluuios, aëris tēperiem,

riem, ventos anni horas moderates suis vicibus, stirpium animantium frugumque; innumeras species, propulisse in usum fructum hominum; & non oportebat vos quoque, illam imitatos omnia necessaria quibusvis dignis vrenda proponere? nunc saepe fit ut nemo bonus initiatur, sed latrones pirataeque; ac mulierum probrofarum & impudicarum sodalitia, modo pecunia numeretur, initiatoribus. Procul semoveantur omnes isti extra fines bene constituta civitatis in qua virtus & veritas colitur. de his haec tenent. Ceterum quia societatem humanitatemque; maxime docet lex nostra, utriusque; virtuti honorem habet meritum, neminem deplorat malum ad eas admittens, sed quam longissimè in rem malam ablegans. Cum igitur sciret concionibus admisceri multos improbos, quod se posse in turba latere autument, ut id caueret in posterum, omnes indignos a sacro coetu edicto prohibuit, exorsus a semiuiris obsceno morbo laborantibus, qui naturam moneram adulterantes, in impudicarum mulierum affectum & formam sponte degenerant. Spadones item & castratos arcet, quod ut florem aetatis servaret diutius, è masculino sexu transcribi se passim sint in foemineam speciem. Pariter repellit non tantum scorta, sed & natos è prostitutis, contactos materno dedecore, propter natales adulterinos. Qui locus, si quis alius, allegoriam recipit, plenam contemplatione philosophica. impiorum enim & scelestorum non unum genus est, sed multa & varia. Quidam enim incorporeas ideas nomen inane aiunt rei verae nullius, tolluntque; è rebus essentiam summè necessariam, quae est archetypum exemplar omnium quae specificantur & dimetiuntur qualitatibus. Hos sacrae legis tabulae spadones nominant. Quod enim convulsus est priuatur qualitate atque specie, sicutque; nil aliud quam (ut proprie loquar) informis materia. Eodem modo opinio quae tollit ideas, confundit omnia, & super veterem illam informitatem quae ante digesta in ordinem elementa fuerat, adducit scenica deliria; quo quid iniquius cogitari potest aut absurdius? nam ex materia creauit Deus omnia, licet eam non attigerit: nec enim fas erat rudem indigestamque; correctari ab illo beato ac omniscio, sed incorporeis potentis, quarum verum nomen est ideae, usus fuit ad aptè formanda singula genera. at ista opinio valde perturbat omnem rerum ordinem. sublati enim ideis vnde qualitates sunt, qualitates ipsas tollit pariter. Alij verò quasi contendunt hos in impietatis stadio post se relinquere, addunt amplius, ut non solum ideas sed & Deum esse regent per summam impudenciam: quasi conducatur vitae vel falso cred

so credi praesentiam inspectantis cuncta numinis, miseri & steriles sapientiae, impietati malo maximo deuoti ac dediti. Tertium genus eorum est, qui viam ingressi contrariam, comminiscuntur deorum multitudinem, mares & foeminas, seniores & iuniores, replendo mundum multis praesidibus, ut de vno vero Deo persuasionem eximant mentibus hominum. Hi sunt quos lex figuratè dicit natos è meretricibus. quae admodum enim haec verum filiorum suorum patrem nesciunt, nec possunt eis quaequam assignare ex tam multis amatoribus, cum quibus habuerunt stupri consuetudinem; eodem modo qui vnum verum Deum ignorant inter multos falsos caecutiunt, neglecto praecipuo fine ad quae ab ipsis incunabulis redere debuerant. Quae enim disciplina est honestior, quam veri Dei cognitio? Tertios autem quatuorque; repellit, quauis ad eundem finem redentes, non tamen eodem cum caeteris consilio. utriusque; enim magnae pesti obnoxij, hoc est amoris sui, quasi communem hereditatem diuiserunt animam distributis inter se partibus eius bruta rationalique; nam alteri rationale, hoc est mentem, sortiti sunt: alteri verò brutam, dissectam in sensus aliquot, qui à mente stant, principatum & regnum in res humanas ei tribuunt, aiuntque; idoneam reuerentiam praeritorum memoriae, tractandis praesentibus, & futuris per coniecturam assequendis, haec enim campos motusque; coeuit plantis ac segetibus, inueto agriculturae ad vitam utilissimo. haec è siderum obseruatione diuersis terris commercia navigationis aperuit, ratione vix enarrabili. haec literas, musicam & encyclopediam totam inuenit simul absolutamque; haec philosophiam rerum optimam excogitavit, ut eius partibus adiutaret genus mortaliu: per rationale ut sermo fallacis careat: per morale ut mores corrigantur, per naturalem ut noscantur mundana & caelestia, Alias praeterea per multas laudes mentis aceruatim congerunt, quae possunt referri ad iam dictas species, nunc praetereundas breuitatis studio. Alteri verò qui patrocinantur sensibus, haud minus eos extollunt, enumerando usus eorum necessarios: aiuntque; duos ex his viuendi causam esse, gustum & olfactum, duos bene viuendi, visum auditumque; quoniam per gustum alimenta traiciuntur, per nares aer, quo totum sustentatur animal. Nam & is alimentum est continuum, non vigilantes solum, sed & dormientes coferuas atque nutritiens, id quod vel hoc argumento certissime colligitur. Liqueat enim si tempore breui cohibeatur respiratio, praeciso spiritu qui solet externè influere, necessario sequi animalis pernitentia. Verum vnus è philosophicis sensibus per quos homini contingit bene viuere

viuere, visus lumen videt rerum pulcherrimū, & alia quoq; huius auxilio, solem, lunā, sidera cætera, cælum, terras, maria, stirpium animaliumq; plurimas differentias, & in vniuersum corpora omnia qualia quātāq; sunt, quorū per cōtemplationē absoluta prudentia magnum scientiæ desiderium excitat. quāuis & aliæ visus vtilitates sint maxime, in dignoscēdis alienis & domesticis, amicis & inimicis, vt caueātur noxia, eligātur cōmoda. Sic aliæ quoq; corporis partes suos vsus habēt valde necessarios, vt pedes ad ambulādum, & ad alia quæcunq; peraguntur crurū ministerio: manus ad operandū & dādum accipiendūq;. At oculi, vt bonū quoddā publicū, & his & aliis partibus præstant facultatē perfungendi suis cuiq; officiis. id ita esse cæci testabuntur verissimè, qui reuera nec manus habent nec pedes, & ideo vel à petulātib; vel à miserātib; appellantur horum membrorū impotes. Auditus porrò carmina, rhythmos, totāq; musicā iudicat. Cātus enim verbāq; sanitatē & salutē afferunt. Cantus quidē excitando perturbationes animi, & quicquid in nobis dissonat, in concentū quendam redigendo reprimendūq; inmodicos affectus certis modulis. Quibus in rebus singulis sunt varietates plurimæ, si musicis & poetis credimus, haud cōtemnendis autoribus. Verba verò rerūdendo impetus ruentes in vitia, & homines occupatos ab inscitia simul ac imprudētia liberādo, perductis obsequētibus, pertractisq; renitētibus profunt plurimū. Hæc sunt quæ vel mētis vel sensuū sodales, p̄ suis partibus tuēdis vndecūq; colligunt, dum ex his ex illāve deos faciunt, oblitū veri Dei præ nimio cōtentiosūq; opinionū suarū studio. proinde omnes hi meritò pelluntur à sacris coëtib; & spadones qui ideas negant: & qui omnino impij cū sint, contemptorēsq; numinis, exfecti dicūtur proprio vocabulo: & his contrarij qui genealogias deorū asserūt, quos scriptura natos ē meretricē nominat: postremò qui amore sui cecati, pars rationem, pars sensum aliquē consecrāt. omnes enim hi ad eundem finem properant, & si nō eodem consilio. At nos Moysi sacri vatis auditores & discipuli nō desinemus eum **Qui est** querere, cū sciamus esse felicitatis finem illius notitiam, & longauā vitam eos qui Deo viuūt viuere; quod dogma ē sacris literis discimus cū primis necessarium, & philosophorum quoq; placitis consentaneum. certum enim est animi morbis laborātes censendos pro mortuis, eos verò qui ordinem in quo adeo constituti sunt non deserunt, vitam immortalē viuere.

PHIL.

PHILONIS IVDÆI, De mercede meretricis non accipienda in sacrarium.

HREGIUM præceptum extat in sacro legū codice, nō decere meretricis mercedē inferri in ædem Deo sacratam, scēminæ formam florentem venditantis, & vitam probrosam professæ quæstus gratia. quòd si mulieris amatoribus suis obsequentis profana ducuntur munera, quantò magis scortātis animæ, quæ se prostrauit constuprādā vinolentiæ, gulæ, voluptatum studio, ambitioni, auaritiæ, aliisq; vitiis innumeris, quorum maculæ an vnquam elui possint nescio. Nam meretricum quæstui finem non nunquam senectus imponit, quando pristina destituta pulchritudine adire nemo dignatur, postquam ætatis vigor floris in morem emarcat, at animam fornicationi iam assuetam & eruditam ad intemperantiam, quæ tandem ætas in honestatem restituet: atas certe nulla, sed solus Deus, cui facilia sunt, quæ nos efficere non possumus. oportet sanè sacrificaturū dispicere vt mens eius integra sit magis etiam quàm victima, videre itidem cur eam offerat, aut enim gratias agit pro acceptis beneficiis, aut præsentis status cōfirmationē futuræ sibi precatur cōmoda, aut deprecatur mala præsentia vel imminētia: quibus modis sanitas & salus rationi quæritur. nam aut pro ante donatis aguntur gratiæ, ad euitādum ingratiitudinis vitium. in bonos enim conferri solent beneficia, aut si quis præsentia bona precatur sibi perpetua, melioraq; vota cōcipit, si nō est inciuilis, dignum expetitis felicitatibus se præbeat. Quòd si aduersitates effugere postulat, caueat ne quod admittat flagitium. duas enim nostrum quisq; vxores habet in suo contubernio, eāsque infensas si biuicem, & animæ domum replentes contentioni bus zelotypis. harum alteram diligimur, quasi amicam blandam & familiarem, quæ voluptas dicitur: alteram odio prosequimur, vt imitem ac tetricam, & nobis minimè beneuolam, hæc virtus nominatur illa nos accedit cū ornatu meretricio, fracto incessu præ mollitiæ, obtutu lasciuo inecans animas iuuenum. re-

O merit

meritatem, & impudentiam præferens in oculis, elata ceruice, supra natiuam staturam assurgens, ridens cachinnabundaque, calamistrata & cincinnatula, fucata faciem, pictis supercilliis recens lota, purpurissata, pretioso floridoque; amicta palliolo, aureis gemmatisque armillis superba & murenulis mundoque muliebri cætero, spirans vnguenta fragrantissima, non tam domum suam quam fora compitæque diligens, petulans, suæ formæ prodiga, ascititiæ verò auida. & cū ea pedissequæ domesticæ, vafritia, iniustitia, nequitia, quibus stipata more principis, sic pertentat animum: Heus tu, omnium bonorum humanorū thesauri apud me sunt reconditi. diuinis enim fruuntur calites, præterea nihil inuenies. ego meos, si mecum consuetudinem habere cupis, proferam, nec inuidebo quo minus vtenda fruendaque continuè depromas pro tuo arbitrio, eorum tibi recensebo multitudinem, vt aut libenter assentias, aut eis tuapte culpa careas. apud me est relaxatio, securitas, quies, laborum obliuio, vtensilium varietas, vocum modulamina, luxus in cibo potuque; odorum suauissimorum plurimæ species, amores perpetui, lusus licentissimi, coitus liberrimi, sermones sine reprehensione, actiones sine castigatione, vita sine solitudine, somnus mollissimus, satietas inexplebilis. Proinde si tibi placet meum contubernium, parata habebis in hac omni copia quæcunque delectant maximè: mihi erit curæ ne quid desideres esu potuue suaue, aut oculis, auribusque gratum & naribus. potieris enim rebus omnibus quascunque concupiueris, pluribus in absumptarum locum subscatentibus. Sunt enim in thesauris modò, dictis perpetuò virentes arbores feraces aliorum post alios fructuum, recentibus & maturescentibus maturos iam ac vietos protrudentibus. Hæc arbuta nullo vnquam externo ciuili bello cæsa sunt, sed ex quo primùm è terra fuerunt edita, ab ea tanquam bona nutrice aluntur, fundata profundè sitis radicibus, eisque firmissimis, stirpes verò inde prominentes ad cælum vsque attollentia: vnde rami enascuntur manibus pedibusque animantium pro portione non absimiles, & in his frondes ad ornatum pro comis additæ germinant, fructusque quorum causa parauit tibi cætera. His auditis altera in abdito stans, sed ita vt exaudire posset verba æmulæ, verita ne fortè illa mariti cõmunis animum ad se solam pertraheret corruptum donis vel oblati vel ostentati, neve specioso aspectu emollitum deciperet, quando ascititio cultu & magicis eum allectari, demulce-

rique

rique animaduertebat præstigiis, repente superuenit ingenio matronalique incessu grauis, vultu serena, genuino quodam pudoris colore suffusa, simplex moribus, vitæ integra, mente semper sui similis, verbis haud blanda sanam mentem veraciter exprimentibus, decora natiuo habitu, moderata gestu, vestitu modica, ornata non auro, sed longè pretiosioribus ornamentis, artibus virtutem decentibus. Comites eam sequebantur, pietas, sanctitas, veritas, religio, castitas, vtraque iustitia, tum quæ Deo debetur, tum quæ hominibus: iuris æqualitas, fides, liberalitas, taciturnitas, sobrietas, honestas, temperantia, mansuetudo, frugalitas, facilitas, reuerentia, fortitudo, generositas, securitas, prudentia, prouidentia, vis consulendi, diligentia, tranquillitas, comitas, bonitas, suauitas, humanitas, lenitas, clementia, magnanimitas, beatitas. dies me deficeret persensentem singularum nomina, protegentium latera dominæ posita, sic exorsa est: Video hanc impudicam nugatricem & præstigiaticem splendide ac scenicè ornatam, blanditiis te aggredi. quâ obrem cum odio natiuo malos prosequar: verita ne per imprudentiam deceptus mala maxima pro bonis eximiis eligeres, ne grauior tibi qualis sit hæc mulier verissimè prædicere, ne stolidè reiectis rebus vtilioribus, inops consilij tibi accersas infortunium. Ergo totum istum apparatus quo se iactat, aio ascititium. nihil enim habet proprii natiuæque decoris, sed assumpsit sibi adulterinam falsamque pulchritudinem, qua te in suos casses pertrahat. id præmonitus, si sapias, irritam eius venationem facies. delectat illa quidem aspectu oculos, aures voce demulcet: animam verò cuius præcipua habenda est ratio, non potest non lædere, per has aliàsve partes se insinuans. de rebus suis quicquid auditu gratum sciebat narravit: cætera innumera, vt iniucunda, malitiosè dissimulauit, quod ea quem vis absterre queant facillimè. at ego hæc quoque delecta in medium proferam, nec imitabor ipsius vaframenta, vt sola ostentem quæ pelliciunt, difficultates verò meas è conspectu submoueam: imò rebus lætis præteritis silentio, quod ipse clamaturus sciam, tantum onerosas nominabo suis vocalibus, vt nudæ in medium propositæ, vel hebetibus qualem singularæ naturam habeant sint conspicuæ. nam quæ ex voluptate cõmoda videtur præcipua, viliora deterioraque sunt quam si qua et me accipiuntur incommoda, sicut vsu quotidiano comper-

O ij tum

tum est. Sed prius quam loqui de me incipiam, quatum potero memorabo quæ illa reticuit. postquam enim suos thesauros percensuit, colores, voces, ac sonos, sapes, odoresque, & vires tactus cæterorumque; sensuum varias, morbos noxasque; non indicavit, necessarios rerum ante dictarum comites, ita ut si aura quadam afflatus ipsas captaueris, mox tenearis laqueo. Scias velim si tu si voluptatis amator fueris, eris & vaser, audax, incompressus, infociabilis, morosus, iniquus, difficilis, iracundus, pernicax, molestus, inobediens, leuis, malitiosus, ineruditus, iniustus, nefarius, sibi viuens, infidus, fedifragus, auarus, male moratus, nemini amicus, exul, sine lare, sediciosus, perfidus, impius, profanus, incostans, instabilis, execratus, piacularis, scelestus, scurra, pestilens, noxius, illiberalis, refractarius, ferus, seruilis, pavidus, perditus, turpis, probrosus, propudiosus, immoderatus, immodicus, inexplibilis, arrogans, sibi placens, suo iudicio sapiens, sordidus, inuidus, calumniosus, contetiosus, delator, vanus, fallax, circulator, temerarius, indoctus, insensatus, nemini conueniens, inobsequens, contumax, prestigiator, dissimulator, simulatoremque; cercops, suspiciosus, infaustus, inscrutabilis, ineuitabilis, perniciosus, maleuolus, inconcinnus, importunus, locax, nugax, innaniloquus, assentator, piger, luctuosus, durus, meticulosus, insidiosus, incircumspectus, imprudens, improuidus, negligens, imparatus, bonarum rerum imperitus, superfluous, errabundus, offensator, indispositus, inaccessus, gulosus, vagus, futilis, mobilis, dolosus, bilinguis, animi ambiguus, impostor, subseffor, petulans, incorrigibilis, semper indigus, incertus, circumforaneus, seductor, inconsultus, obnoxius, insanus, fastidiosus, vitæ auidus, gloriosus, iritabilis, iræ tenax, insensatus, procrastinator, suspectus, implacabilis, suppuratus, male sperans, lacrymosus, alienis gaudens, calamitibus, rabidus, adulterinus, informis, machinator, turpis lucri cupidus, amans sui, seruitutis patiens, simultatis appetens, ambitiosus, de re domestica parum sollicitus, ceruicosus, effeminatus, inanis, profusus, ordax, pugnax, fatuus, vinolentus, infortunatusque. Hac sunt huius formosæ ac exoptatæ voluptatis magna mysteria, quæ libenter omnino regeret, ne iis cognitis auerferis eius consuetudinem. meorum verò thesaurorum copiam & amplitudinem nulla lingua pro dignitate eloqui valeat.

PHIL

PHILONIS IVDÆI, Quòd liber sit quisquis virtuti studet.

SUPERIORE sermone docuimus Theodote, seruum esse omnem quicumque peccet, idque multis probabilibus rationibus verum confirmauimus. addem nunc alterum illius cognatum, imò germanum gemellumque, per quem ostendemus omnem probum esse liberum. Extat sanè inter cætera sacra Pythagoreorum præcepta & illud egregium, quo monemur per viam publicam non ingredi, non ut feramur per rupes deuias: nec enim labore pedibus imperat, sed figuratè subindicatur, nec dictis nec factis utendum proteritis ac vulgaribus. Id præceptum diligenter obseruauerunt, haud aliter quam oraculum, quotquot legitime sunt complexi philosophiam: adeo ut deflectentes à gregariis opinionibus, nouam sibi viam aperuerint, inducta propria quadam specie dogmatum, quam nefas sit aliis præterquam puris attingere. impuros autem cæso quotquot vel disciplinas nunquam gustauerunt, vel eas perperam non rectè acceperunt, sapientiæ pulchritudinem de honestate in specie sophisticas. hi cum propter hebetes animi oculos lumem intelligibile videre nequeant, quod nimio fulgore præstringit aciem, tanquam in tenebris degentes non credunt in die vinctibus, & quæcumque illi perspiciunt adiuti radiis solaribus, prospectris habent ac prodigiosis mendaciis. An non absurdum & mirum videtur, exules dici eos qui non solum versantur in vrbe media, sed curias, tribunalia, rostra occupant, & gerunt ædilitates reliquosque magistratus curules etiam: ediuerso ciues haberi qui aut nunquam ascripti sunt in eum numerum, aut damnati exilio, sub interminatione supplicij, si non dico attigerint solum patriam, sed vel è longinquo fuerint aut prospicere. præsto sunt enim innumeri qui obseruent & animaduertant, cum sponte insensum, tum subministrantes legibus ex officio. An non etiam ab omni ratione alienum, plenum impudètia & insania, aut quomodocumque dicenda est: non enim succurrit proprium tam indignæ rei vocabulum: diuites dominati qui sunt omnium egētissimi, & carè victui necessariis, sordidè se sustentantes ac miserè, vix quotidianum cibum capientes, & vltro sibi famem indicentes in abundantia publica, auram

O iij se nu

se nutrientes, sicut cicadas aiunt rore viuere: pauperes verò qui argèto, auro, pecoribus, redditibus, alijsq; bonis ineffabilibus affluunt, quorù opulètia prodest nò solùm cognatis amicisq; sed nò continēs se intra domesticos parietes, effunditur in turbas tribulium atq; populariù: imò vltèrius etiã se porrigēs, ciuitati multa largitur belli, pacisq; temporibus. Eadē somniatio patritiis, paterno maternòq; genere abauos atauosq; illustres memoratibus, seruitutē audet obiicere: alios cōtrā inscripta frōte vernas, ex similibus oriūdos maioribus, ingenuos pronūtiat. In causa est, vt dixi, hebetudo mētis hominū addictorū opinionibus & sensibus, quorū cōsistoriū semper à rebus iudicatis corrūpitur propter ipsoꝝ incōstantiã. atqui debuerāt, si æmularētur veritatis studiū, nò minus sapere q̄ qui agrotāt corporibus. nã illi desiderio sanitatis cōmittūt sui curã medicis: istos verò piger incitiã depellere, morbū animi, accitis viris sapientib⁹: qui nò solùm proffigare possunt imperitiã, verū etiã scientiam in eius locū inducere, rem omniū pretiosissimã. Et quoniã, vt ait Plato suauiloquus, inuidia extra diuinū chorū sita est, nihil autē sapientia diuinius & magis expositū, nunquã claudit suū auditorium, sed patētibus ianuis admittit sitientes sermonē dulcē ac potabilē, frequētatores suos fluentis doctrinarū abundē proluens, vt inebriētur sobria temulētia. illi verò iam vt sacris iniatiati, furorēq; diuino perciti, damnāt pristinã suã negligentia iacturamq; tēporis, in rebus nihili cōtrita vita per imprudentiam. operæpretiū igitur fecerint, si quorquot ybiq; sunt iuuenes, ætatis floridę primitias eruditioni dedicarint, tã in presens q̄ in futurū paraturi sibi decus & præsiidiū. sicut enim vasa odorem, quo primū fuere imbuta, referunt, sic iuuenū animæ quas primū formas imaginatione cōcipiūt, nunquã aboleri sinūt, ne alijs quidē insuper affluētibus. De his hactenus, nūc quæstionē nostrã dispiciamus accuratius, ne nos obscuritas nominū decipiat. intellectu autē quid sit de quo differimus, demonstraciones aptius adhibebimus. Seruitus quædã animi, quædã corporis dicitur. corporibus dominātur homines, animis affectus & vitia. itidem libertas quædã est corporū, nò subiecta hominibus potētioribus: quædã animi, nullis affectibus obnoxia. de priore genere nūc nò queritur. innumeri em̄ boni viri libertatē amiserunt variis casibus. Nos agimus de moribus quos nò cōcupiscētia, nò timor, nò gaudiū, non dolor subigit, velut è carcere liberatos & vinculis, omiſsa igitur altera illa, libertate fortuita & aliena

alienis à natura, pendentibusq; ex sola opinione vocabulis, verarum, venalitorum, captiuorum, quarum verè liberū, qui solus sui compos est, etiã si multi se heros eius nuncupent. is em̄ exclamabit illud Sophocleum nihil differens à Pythiis oraculis: Deus mi princeps, nò vllus mortaliū. nã reuera solus liber est, qui solū Deum sequitur: imò vt equidē sentio, imperium habet in terrestria, tanquã immortalis summūq; regis mortalis vīcarius. sed præstat sermonē de principatu differre in tēpus cōpenitius voluerit introspicere, liquidò noscet, nullas res tã cognatas esse inuicem, quã libertatem, & curam sui. improbos enim multa impediunt avaritia, luxus, ambitio: probos omnino nihil, resistentes tanquam in certamine, cupidini, pauro, timiditati, dolori, & cæteris id genus. didicerunt enim cōtemne re iussa iniqua dominorum animis imperitare volentiū. quippe libertatis amatores, cuius propria felicitas, hoc est, sua sponte facere quicquid placuerit, laudatur hoc senario:

Quis seruus est, mortem qui potest temerere?
Nimirū intellexerat quisquis autor eius fuit, nihil æquē mentem in seruitutem redigere, vt mortis merū: vsque adeò sumus vitæ cupidi. cogitandum autem, immunem esse à seruitute nò solùm cōtemptorem mortis, sed & paupertatis, & obscuritatis, & doloris: atq; cæterorum quæ vulgares inter mala numerant, cum sint ipsi mali rerum iudices, qui seruum ex vsu suo æstimant, considerantes eius ministeria, cum oporteat mores ingeniosos respicere. nam qui humili seruilq; animo humilibus seruilibusq; negotiis inuicem dat operam, verè seruus est. cæterum qui tempori se accommodans, suapte voluntate tolerat fortunę insolentiam, nihil humanum à se alienum putans, non ignarus diuinas res perpetuò seruare suæ felicitatis ordinē, & hac quoque parte humanis præcellere, agitatissq; fluctuatione continua: vtcunque momenta negotiorum hincinde pragruant, fortiter ferens quicquid acciderit, philosophus mox euadit & ingenuus. proinde non cuiusvis audiet imperia: quòd si quis vrgeat tormenta minitans, reclamabit strenuè:

Combure carnem hanc, concrema, repleto te
Meo cruore. nam prius vel sidera
Terram subibunt, terra vel scandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur vox tibi.
Spectaui aliquando, certantes pancratio, alterum obrudentē
O iij pugnis

pugnis & calcibus, totisq; viribus, contēdentem ad victoriam, tandem lassum & incoronatum ē stadio discedere: alterum carnosum, nervosum, musculosum, refertumq; spiritu verē athletico, tanquā saxum ferreūve nihil plagis cedere, solūq; patientia superare aduersariū, & ad extremum adipisci victoriā. huic similem bonū virū censeo, qui validē confirmatus certo animi proposito, efficit vt aduersarius prius delasseretur inferēdo iniurias, quā ipse quicquam agat præter animi sui sententiā. Sed hoc expertis videtur incredibile. nec mirū, quādo ne illud quidem quod de p̄cratiastis diximus, quisquam, nisi qui vidit, crediderit. nihilominus verum est quod diximus. Vnde profectum est Antisthenis dīcterium, virum bonum esse molestam farcinam. nam sicut insipientia bene fertur & leuiter, sic prudentia grauiter incumbens, premit vehementer suo p̄te pondere. nec facile potest excuti. proinde Iudæorū legislator ait sapientem graues manus habere, actiones eius hoc ænigmate significans, non superficiem contractantes, sed penetrantes in solidum, vt potē subnixas non flectendo mentis proposito. itaque a nemine cogitur, cū sit contemptor & mortis & cruciatuum, lege naturæ præpositus omnibus insipientibus. Quemadmodū enim capris, bubus, ouib⁹ præsumt caprarij, bubulci pastoresq; greges autem non possunt præesse opilionibus: sic & vulgus pecori non absimile, opus habet curatore principe, qui ordo est bonorum virorum, præfectorum suis gregibus. certē Homerus reges solet vocare pastores populi. at natura bonis viris hoc nomen magis competere voluit. Illi pascuntur magis quā pascunt, dediti amoribus, potationibus & cupediis, nequid dicam de auro argentōq; & aliis rebus pretiosioribus. quas expectant, at hi nullis capiuntur illecebris, & insuper alios monēt, caueāt sibi ab insidiosis voluptatibus, q̄ autē publicæ functiones non sint seruitutis indicium, apparet belli tempore. tunc enim vniuersū milites sunt in opere, nō solū armis onerati, sed & sarcinis, comportantesq; in castra aquam, ligna, & iumentis pabulum: ne quid interim dicam de aliis laboribus militaribus, dū vallum aut fossam faciunt, mœnia reparant, triremes ædificāt, artibusq; variis manus exercent cū reliquo corpore. quin & in pace non deest alia nihilo segnior cōsistatio cum paupertate, obscuritate, rerūq; necessariatū inopia, quæ mala inuitos ad eruiles labores adigunt, & fossores, agricolas, sordidosq; opifices faciunt victus parandi gratia, interdum etiā in medio foro

cogunt

cogunt baiulare onera in cōspectu condiscipulorū & æqualiū. Alios seruili natos genere, benignitas fortunæ promouit ad ingenuorum officia. sūt enim procuratores in amplis opibus, interdum etiam cōseruis præficiuntur cæteris. quibusdā vxorum pupillorūq; herilium tutela cōmissa est, ob spectatā ipsorum fidem, posthabitis amicis & necessariis: nihilominus tractāt seruilia, scenerantur, empritāt, reditus colligunt, patronos suos demerentur obsequiis. Quid igitur mirū si aduersus fortunæ fauorem inuolūt se negotiis illiberalibus, & libertatem suam ipsi produnt, vitro se subiicientes aliis. sic parentum mandata exequuntur pueri, sic magistrorum iussa discipuli, nemo enim sp̄o te seruus fit. Sed parentes nunquam sic obliuiscuntur charitatis debitoribus liberis, vt vllum ministerium vel in speciem seruile sibi exhiberi ab eis sustineant. Quōd si quis a māgonibus vili venditus, ob id ipsum cēset in seruorum numero, prorsus fallitur. nam isthæc vēditio nec hunc seruum facit, nec emptorem eius dominum: quandoquidem & patres filios redimunt, & suos parentes filij, vel captos a latronibus, vel iure belli redactos in potestatem hostium, quos tamen summū naturæ ius humanis legibus potētius ingenuitati restituit. quin & illud aliquoties accidit, vt veris rerum vicibus, emptitij suis heris non tam seruiant quā dominaretur. Ipse vidi ancillas formosas & naturali facundia præditas duplici gratia freras sermonum & pulchritudinis, plurimum pollere in expugnandis dominis. sūt enim hæc præcipuæ machinæ contra infirmos & parum constabitos animos, efficaciores multo quā illæ quibus perfringūtur mœnia. id ita esse liquet animaduertentibus eos ad amatis blandiri supplicareq; , captantes eorum fauorem tanquā genij propitij: tum si putent se parum gratiosos, quasi despiciantur, ferre indignissimē. rursus si obtutū hilariorē viderint, exilire præ gaudio, alioquin etiam leonis emptorem dicemus eius dominum: quē ille si vel toruē aspexerit, statim miser suo male doctus ferocitiam eius sentiet. & credimus sapientē seruitutis patientiorē quā beluas: cū maiorem ingenuitatē fortitudinēq; habeat in anima quā cuius vllū corpus capax sit, vt potē a natura seruituti addictum, quantumvis recalcitret. Hanc probi viri libertatem & aliās licet cernere quā præclara sit.

Miser fiet profecto quisque seruulus.

Quid enim miserius quā ne sui quidem esse cōpotem? atquē sapiens felix est, virtutis summariū circūferens in quo sita sunt

O v omni

omnia, vt necessariò consequatur virū bonum esse liberū, præterea Dei amicos nōne liberos fatebimur? nisi forte regum amicis non modò libertatem, verū & imperij societate concedimus simul administratibus repub. cælesti verò numini charis seruitutem exprobrabimus: qui amatores Dei redamatiq; iusto favore honorantur ab incorrupto eius iudicio, sūntq; poetarum quoq; testimonio reges regum & rerum domini. At Iudæorum legislator audet quiddā maius dicere, vt simplicis mediator philosophiæ, amore Dei correptū, & eius solius cultui deditū, plus quā hominē pronuntiās, videlicet hominum Deum nō item naturæ, qui honos vni Deo debetur patri regiq; rerum omnium, & postea tali priuilegio dignatū seruum cēsebimus potius quā ingenuū? qui licet ipse nō est habēdus pro Deo, tamē vt amicus Dei felix est proculdubio. Deus enim nec infirmus propugnator est, nec immemor iuris amicitiae, cui tutor ipse præsidet, gaudētq; inuocari hoc cognomine. Adhæc, sicut ciuitates dominatum paucorū & tyrannidē ferētes seruiūt, oppressa molesto imperio, cōtrā quæ legibus parent, degunt libera: non aliter etiā homines, quotquot in irā, concupiscentiæ, aut cuiuscūq; vitij perturbationisve insidiosę potestatem deueniunt, omnes seruitutē seruiunt: sicut ediuersō liberi sunt quot quot viuunt sub legibus, est autē vera lex, recta ratio, nō huius aut illius mortalis institutū in tabellis charrulisve scriptū inanimis, se immortalis ipsa stylo naturę sempiternæ in mēte immortalis exarata. Proinde mirāda est heberudo multorū, tā manifestas rerum proprietates non considerantium: qui maximis populis Atheniensū Lacedæmoniōq; aiunt ad libertatē sufficere leges latas à Solone Lycurgōq; quarū præscripta obseruātur ab his ciuitatibus. viris aurem sapientibus negāt satis esse dictata rationis, ex qua ceu fonte leges nascuntur, liberum facturæ omnem qui aduersus eius imperata interdicitq; non est contumax. Est autem manifestum libertatis indicium, præter dicta superius, æquum ius differendi de repub. quod omnibus liberis hominibus & probis est mutuum. quamobrem laudantur illi senarij, vt consoni philosophorum sententiæ:

Cum lege seruus nullū habet commercii. rursus alius.

Es seruus, & rationis expers natus es.

Quemadmodū igitur de musica ex æquo licet differere peritis eius artis omnib⁹, & de grāmatica geometriæve grāticis geometrisve: ita de vita rectē instituēda peritis rerū ciuiliū, circa

quas

quas hominū vita versatur quotidie. Domini autē sunt omnes periti rerū taliū, sicut etiā naturæ totius, & inter hos multi liberi. ergo hi quoq; quibus est ius loqui de reb⁹ huiusmodi. vnde sequitur, neminē probū seruire, sed esse omnes liberos. quo argumēto etiā insipientē seruū esse colligitur, sicut enim amicus non est vis ex æquo disputare cū musicis, nec illiteratis cū literatoribus, & in vniuersum expertis artis cum artificibus: ita lex ad vitā instituēdam pertinens nō sinit de hac loqui peritos imperitosq; sine discrimine. vt liberis omnibus ex æquo ius loquēdi cōceditur, inter quos probi nōnulli: & nulli minus sciunt vitā instituere quā mali, sicut nulli melius quā sapiētes: ergo nemo malus liber est, sed omnes seruiūt. Zeno quoq; cū ceteris virtutis admiratoribus fortiter pronuntiat, nō oportere malos viros cū probis cōtendere, ait enim: An nō plorabit malus si bono aduersabitur? Ergo nullū ius sinit malū probo contradicere. Nec me latet fore qui subsannant hanc meā sententiā, & arrogāte insensaramq; iudicēt. verū isti si risu caullisq; sedatis voluerint penitius totā rem introspicere, sciēt nō alia de causa quenquam ploraturum citius, quā si sapientis monita contēpserit. nam pecuniariā iactura, ignominia, exiliū, verbera, similesq; iniuriæ, nō sunt cōferendæ cū vitiis, & ceteris calamitatibus quas vitia secum afferunt. at vulgus non animaduertēs quā perniciosa sit animis rationis cæcitas, tantūmodo externis angitur infortunis, quādoquidē caret iudicio. q̄ si possent visum recipere, cōspicati tot insipientiæ decipulas, tot dāna accepta per ignauiam debacchationesq; luxuriæ, iniquitatesq; iniustitiæ summæ felicitatis amissæ iacturā deplorarēt seriò, nec vllā in tā calamitate cōsolationē admitterēt. Ceterū illa Zenonis sententiā tanquam è fonte hausta videtur ex Iudæorū legibus in quibus narratur de duobus fratribus, altero frugi, altero luxu perditō, q̄ cōmunis amborū pater miseratus cum qui à virtute descuerat, precatur ei vt fratri seruiat, seruitutē quæ videtur malum maximū, existimās rem insipienti vtilissimā: ne si relinqueretur in sua potestate, plaberetur in omnē licentiā, sed p potioris curā emēdatis moribus in melius proficeret. Hæc ad confirmationē rei de qua quæritur, mihi sanē sufficerent. sed quoniā medici solēt variis morbis adhibere varia remedia, necessariū duco istis vt videntur paradoxis propositionibus propter nouitatem alias insuper probationes apponere. quidam enim vix continuatis argumentationibus conuicti errorē suum agnoscunt.

Rectē

Rectè igitur vulgò dici audimus, eum qui prudenter agit, bene agere omnia: quisquis autem rectè agit omnia, peccatum, reprehensionem, culpam, multam euadit. itaque licet ei quidlibet agere, & quomodolibet viuere. at bonus vir prudenter agit omnia: solus ergo liber est. quid ni? cum nec cogi possit nec vetari. ergo nemo bonus seruus est. liquet autem quod nec cogi nec vetari possit. vetatur enim qui à concupitis rebus cohibitus arcetur. at sapiens cupit virtutem, qua non potiri non potest. quod si non cogitur, certe sua sponte agit. actiones verò aut bonæ à virtute proficiuntur, aut malæ à vitio, aut indifferentes sunt & mediæ. quæ ad virtutem attinent, non coactus agit sed volens. cum virtute enim cõiuncta sunt facta eius omnia, quicquid autem vitiosum est, ut fugiendum ne in somnis quidem attingit. idem credibile videtur & de indifferentibus, circa quæ animus pendet tanquam in æquilibrio, doctus nec trahi ab eis ut pondus habentibus, nec eis offendi ut auersandis. Vnde satis apparet nihil inuictum coactumque facere. quod si seruus esset, cogeretur utriusque, ergo liber erit quisquis bonus est. Quoniam autem quidam ineruditi argumentationes tales non intelligunt, quibus in vniuersum de rebus decernitur, solent percontari. ecquando fuerunt viri quales fingitis, aut ubi reperiuntur? respondere licet, nulli seculo defuisse viros virtute præstantes, qui freti ope Dei solius, & iuxta rectum naturæ ius viuentes, non modò ipsi fuere liberi, verum etiã familiares suos repleuerunt ingenuo generosoque spiritu: & sunt nunc quoque imagines quædam viuæ expressæ ad illorum sapientium effigiem quam iuseiam aduersarij fateantur se carere libertate huiusmodi, pertractos in seruitutem ab imprudentia vitiisque ceteris, non statim id existimandum est de vniuerso hominum genere. quod si non videmus prodire horum agmina, nil mirum. primò quia quæ pulchra, ea rara sunt. deinde quia semoti à turba domesticorum vacant naturæ contemplationibus, cupientes quidem si quomodo queant, vitam ciuium corrigere: virtus enim libenter prodest publicè omnibus: sed videntes id onus suas vires excedere, propter absurdos mores receptos in ciuitatibus, & morbos animi auctos vitiorum consuetudine, resiliunt ne velut torrentis impetu transuersi abripiantur. Nos verò si qua cura esset mutationis in melius, deberemus vestigare latebras eorum, & orare suppliciter, ut efferam vitam nostram ad mitiorem statum reducant, & pro bello ac seruitute pacem inducant, libertatemque huius comitem. nunc pecuniæ causa scrutamur intima quæque, aperimus

mus terræ venas duras & refractarias: metallarij puteos fodiunt in planis atque montanis, quærendo aurum, argentum, cuprum, ferrum, cæteras species. Vanitas fastum colēs pro numine profunda maris penetrat, quærens varia lapillorum pretiosorum genera, vel saxis lateribus aduata vel ostreis, & ob hoc ipsum pretiosiora, quantum oculi deliciis ac luxu corrupti iudicant. at prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, iustitiæque causa nemo peregrinatur, ne in peruiis quidam regionibus & hospitalibus: nemo enauigat maria, naucleris alioqui patetia per totum annum vltro citroque cursitantibus. Quamuis non habemus opus virtutes autor naturæ in proximo deposuit, sicut ille sapiens Iudæorum legislator testatur dicens: In ore tuo, in corde tuo, in manibus tuis, subinnuens dicta, facta consiliaque, quæ omnia cultura indigent, ergo qui labori præferunt otium, non solum germinibus officiant, sed & radices ipsas exsiccando interimunt. contra qui otium ut noxium fugientes, ad laborem se applicant, velut generosarum plantarum cultores, continua cura præcellas virtutum stirpes educunt in æthera, immortales virentesque perpetuò, ferentes felicitatis fructum nunquam interiturum: quod quidem iuxta quorundam opinionem non tam felicitatem afferunt, quam ipsæ sunt felicitas, & ut Moses vocare solet composito vocabulo ελοκαρπωματα, quasi dicas frugem solidam, siquidem terrestres plantæ interdum nullum fructum suo cultori afferunt, at quæ inseruntur in anima, totæ quantæ sunt in fructus abeunt, prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ. Cum igitur tales occasiones vltro nobis se præbeant, non pudet querelari quasi negata sit hominum generi sapientia: quam poteramus ceu scintillam in fomitem fumate redaccedere, nos verò ubi res diligentiam postulat ad nos propriè pertinens, segnes & supini sumus, corumpimus virtutum seminaria: quæ autem fugienda sunt desideramus & requirimus, propterea diuitem, illustriū, voluptarios, terra marique plena sunt omnia, prudentum autem, iustorum, proborum exiguus numerus. pauca verò sunt quidem rara, tamè reperiuntur, attestante Græcia simul & barbaria, nam in illa septem meriti sunt cognomen sapientiæ, quamuis alij quoque præcesserunt eos aut secuti sunt: illorum memoriam vetustas obliterauit, recetiores non fuerunt in pretio apud sui seculi homines, ideo minus inclaruerunt. at in barbarico solo frequetior numerus celebratur eorum quibus egregia dicta factaque pepererunt

tam

tam insignem gloriam: quales apud Persas magi naturæ scrutatores præ veritatis cognoscendæ studio, qui per otium diuinas virtutes contemplantur clarius, & alios eisdem initiant myste-riis: apud Indos gymnosophistæ, qui cū naturali moralem coniu-ugū philosophiâ, honestatis probitatisq; amorem tota vita præ se ferēdo. nec Palæstinæ Syriaq; deest hoc genus hominū virtutē sectantium, cuius regionis nō paruam partē populosa Iudæorū gens incolit. in his quidam nominatur Essæi, circiter quatuor milia, à sanctitate dicti, quæ summa religione Deo seruiunt, nō mactando victimas, sed sua metipsum mentes componendo ad sanctimoniam. hi vicatim habitant, vrbes fugiunt. propter familiaria ciuibus earum vitia, gnari non minus periculi esse ab eorum conuictu quàm ab aëris intēperie pestifera, propter cōtagium incurabile: viuuntq; partim ex agricultura, partim ex opificiis in pace florētibus, benefici erga suos & proximos, nullam cōdentes pecuniam, nec parantes ampli redditus latifundia, sed quotidianis necessitatibus quærentes remediū: nam penè soli hominum degunt sine prædiis, sine pecuniis, & propter vitæ institutum diuites habentur magis quàm ob rerū copiam, frugalitatē non vana existimatione ducētes esse quæ-ritum maximū, tela, iacula, gladios, galeas, thoraces, scuta, nemo apud eos fabricat, sicut nec arma cætera, nec machinas, aut aliud quicquā bello vtile: imò ne ea quidem studia reperias ibi, quibus in pace facile abutūtur homines. negotiatores, institores, naucleros ne in somnis quidē viderunt, subtrahēdo materiam auaritiæ. nemo ex illis seruit, omnes liberi ministrāt sibi inuicem: dominationē dampnāt vt iniustā atq; impiam, repugnantē iuri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit educauitq; tanquā mater germanos fratres re vera. nō solo nomine. eam cognationē labefactā conuulsamq; insidiis auaritiæ, huius opera inductam pro familiaritate ab alienationē animi, & odium pro beneuolentia. philosophiæ partē ratiocinatoriam, vt parādē virtuti nō necessariam, relinquunt verborum captatoribus: eam verò quæ naturam scrutatur, disputatoribus, vt humano captu sublimiores, nisi quatenus de creatore mundi & eius creatione differit. in sola morali se exercent sub pædōtribis legibus patriis, quas nō potest cōcipere humanus animus absq; afflatu numinis. hæc ediscunt & alio tempore, sed præcipuè recurrente die septimo, quem sacratum existimant, ferianturq; tunc ab omnibus aliis negotiis: quoties sacras ædes, quas synagogas vocant, ad eunt, pro

pro ætatis ordine iuniores ad seniorum pedes confidunt, & ad audiendum se componūt. ibi alius ex libro prælegit, alius quispian vnus ò peritioribus accedens, quæ obscura sunt, explicat. nam pleraq; per figuras more veterum philosophorū eis sunt tradita. discunt autem sanctitatem, iusticiam curam rei vel domesticæ vel publicæ, verorum bonorum malorūq; scientiam atq; rerum indifferentium insuper, quid expetendum, quid cōtrā fugiendū, quæ triplici regula examinant, amore Dei, & virtutis, & hominum. pietatis erga Deum argumēta præ se ferunt plurima, castitatem in tota vita perpetuam, à iureiurando mēdaciōq; abstinentiam, & quòd ad Deum autorem bona omnia, malum verò nullum referunt. virtutem quoq; sibi esse cordi satis declarāt, dum pecunias, honores, voluptatēq; contemnunt fortiter, viuuntq; continenter in laboribus complexi frugalitatem, simplicitatem, facilitatem, modestiam, legum reuerentiam, constantiam, & id genus cætera. charitatem porro eorum erga homines indicat beneuolentia, mira dictu æquabilitas & omnium rerū societas, de qua non intempestiuū fuerit nūc paucis dicere. Patēt eorū sodalitia hominibus etiā aduenis idē institutū seruātibus. omnibus vnū est præoptuarium, vnde vestitus & mensa cōmuni sumitur. nam contuberniū victūsq; ac mensæ societas apud alios laudatur magis quàm recipitur: nec mirū. quicquid enim lucratur è quotidianis operæ mercedibus, nō sibi quisq; seruat, sed in mediū conferendo cuicunq; volenti fruedi potestatem faciunt. tū si qui valetudinarij nequeunt victū quærere, non negliguntur, paratum habentes è publico infirmitati subsidium, quam securè sustentāt ex cōmuni copia. Senioribus iuniores debitā curam, honorem, reuerentiā exhibent tāquam germani filij, labantem eorū ætatem fulciētes modis omnibus tā cōsiliis quàm ministeriis. Tales virtutis athletas reddit philosophia absq; omnibus curiosis & ambiciosis Græcorū vocabulis. exercens eos in laude dignis actionibus, quibus certa perpetuāq; libertas cōstabilatur. id cōpertū est in multis & variis tēporum difficultatibus, sub tyrannide potentiorū diuersis prædatorū ingeniis. ex quibus alij conati feroces bestias immanitate superare, nullā omiserūt crudelitatis speciē, gregatim mactādo subditos, aut laniorū more viuos frustatim cōcidendo: nec prius finis fuit quàm in easdē calamitates incidere vindicāte diuina prouidentia. alij verò suā rabiē celāres diuerso malitiæ genere, acerbis clades dederūt, placido sermone susurrisq; clāculariis

disi-

disimulantes odium, canum maleficorum more blandiendo, mōxq; infigendo morsus insanabiles, vt oppidatim monumeta impietatis suæ relinquerāt ad perpetuam afflictionum memoriam. nemo tamē vel è crudelibus illis, vel ex alteris fucatis ac subdolis, valuit modò dictos cœtus Effœorū siue sanctorum in culpam inducere, sed omnes discesserūt victi virtutē horum virorum, laudantes eos vt liberos ciues & suo iure viuentes accepto à natura, prædicātēsq; illorū sodalitia, societatemq; inenarrabilem, in qua exemplū felicitis & perfectæ vitæ videre liceat. sed quoniā sunt qui putant perfectas virtutes nō cadere in multitudinem, verūm eas tantum modo quæ subolescūt etiamnum augenturq; testes citabo vitas singulares bonorum virorum, libertatis indicia manifestissima. Calanus erat Indus genere vngymnosophistarū, is patientissimus omnium eius seculi hominum habitus seu indigenarū seu exterorum, quod rarissimum est in admiratione fuit apud reges etiam hostium ob virtutem coniūctam cum eruditione. proinde Alexāder Macedo volens ostentare Græciæ barbarorum sapientiam, & exhibere aliquod eius specimē. primò hortatus est Calanum proficisceretur secū paraturus magnam gloriam in tota Europa simul & Asia. quod cum non impetraret, ait inuitum id facturū. tum ille valde apostitè generosēq; Et quid magnum Græcis ostēdes Alexāder, si potes me cogere vt quæ nolo faciā? Quid hac voce & hac mēte liberius nisi quod hoc dictum liberiore factō cōfirmavit, reliquitq; sempiternā cōstantis in libertate ingenij memoriā, vt literæ ad regē missæ indicāt. CALANVS ALEXANDRO, Amici tibi suadent vt cogas Indorum philosophos, ne per somnum quidem conspicati nostras res & nostra negotia. corpora de loco ad locum trāsferes, animis inuitis nullam vim inferes, nihilo magis quàm si lateres & ligna cogas vocē mittere. Ignis corporib⁹ viuis maximos dolores excitat nō sine pernitie, hūc tamen nos despiciamus dum viui cōburimur. nullus rex, nullus princeps potest efficere vt quicquam agamus præter animi sententiam, nō sumus Græcorum philosophorum similes, qui diu meditates orationes recitant in celebratum conuentibus, sed res à verbis apud nos non discrepant, breui momento & beatitudinem & libertatem adipiscimur. Talibus sententiis nōne decet illud Zenonū succinere: Facilius esse vtrēm inflatum mergere: quàm quemvis virum probum inuitum ad aliquid agendum cogere. nam inuictus animus, rationis rectæ placitis confirm

confirmatus, cedit nemini. Extant de hac bonorum virorum libertate multa poëtarum & historicorum testimonia: quorum sententiis Græci simul & Barbari penè ab ipsis incunabulis innutriti proficiūt in bonis moribus, quicquid vitiorum ex mala educatione aut deprauata victus ratione contraxit anima, recuendo in melius. Vide quid apud Euripidē loquatur Hercules:

Combure carnem hanc, concrema repleto te
Meo cruore, nam prius vel sidera
Terram subibunt, terra vel scandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur vox tibi.

Reuera enim feruilis est adulatio simulatioq;, quoties à mente verba disident. Caterum ingenuè sine fūco è sincera cōscientia liberam sententiam depromere decet generosos animos. Rursum is ipse vir probus, vide vt ne sub hasta quidem inter venalia mancipia feruus sibi videretur, stupefaciens spectatores, quasi non solū ingenuus, sed & emptori suo dominaturus. Mercurius enim rogatus de hoc ipso an malus sit, respondet:

Non vilis est, contrāq; prorsus est graui
Forma, nec abiectus, nec vt serui solent,
Facilis agi: quin splendide vestitus est,
Clauāq; dexter. Nemo vult domi sua
Seruum, seipso qui fiet præstantior.
At te vel aspectu pauescat quiliber.
Nam plena fers ardentis ignis lumina,
Qualis leonem taurus aggredi parat.

Deinde subiungit mores eius cuius incusat silentium.
parere namque non feres.

Nec subiici, sed imperare cogitas.

Idem mox emptus à Syleo missusque ad opus rusticum, re ipsa declarauit satis quantum à seruili abesset ingenio, nam opimo tauro Ioui mactato prætextu festi epulatus est: haustaque meri magna vi decoquebat id cubans. Tum superuenienti Syleo grauitè ferenti rerum iacturam & serui socordiam contemnentis dominum, nihil mutato frontis colore, nec ob perpetrata demissior, confidenter dicit:

Accumbe, potemus, mei periculum
Sic protinus fac, proderit res hæc tibi.

Seruūmne hūc dicemus an herum domini, qui seipsum manumittens, hero insuper imperitat, & nō obsequenti intentat verbera: quòd si quiritetur, vult eum vnà cum opitulanti per-

P dere

dere. Nugas igitur agit qui emptionis instrumentum siue cautionem per notarium curat fieri, quando emptitij nolūt ita se obligari freri viribus potioribus quàm sint literatæ chartulæ, & tineis sitūve corrupēdæ, aut certè ab iniuria diuturni temporis. Sed negabit aliquis adducendas ad nostræ sententiæ confirmationem virtutes heroum, videlicet supra naturam humanā positas & cæli æmulas, propter genus mixtum è mortali & immortali semine, vt merito semidei vocentur, præualēte immortalis genitura, ne cui mirum videatur hos vindicias secundum seruitutem contemnere. Est, quid Anaxarchus à Zeno Eleates, num hi quoque sunt heroës diis geniti: attamen à tyrannīs & suapte natura sæuis, & tū aduersum se iritatis excruciatī tormentis inauditis antea, sic ea contempserunt quasi aut alienis aut etiam ipsorum inimicorum adhiberentur corporibus. nam olim assuefecerant animum, ex quo eum ad disciplinas applicuerant, vt semotus à perturbationibus aspiraret ad scientiā & sapientiam: & quasi demigrassent è corpore, in prudentiæ fortitudinisque agebant contubernio, virtutumque cæterarum. Itaque alter sublimis pendens & distensus, vt arcanum quoddam proderet, ignis ferrique vim superauit: præcisæque mordicus lingua, in tortorē suum eam expuit, ne vlla vox inuito extorqueretur. alter verò stupenda verba protulit: Tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non potes. Hac confidens audacia heroicam generositatem longè à tergo reliquit: quandoquidem alteris decus traditum est à maiorib⁹, citra omnem ipsorum operam: alteri sua sponte subeūtes laborem in virtutis studio, sedulo quarunt immortalitatem. & videre memini pancratiastas tanta obstinatione ad victoriam tendere, vt lassato corpore sola animositate persisterent in certamine: quod assueti contemnere terricula, vsque ad vitæ finem durarent intrepidi, quæ cum ira se habeant, putamus eos qui corporis robur exercendo confirmant, metum mortis calcare spe victoriæ, aut ne victorem aspiciant: eos verò qui exercent mentem suam inuisibilem, quæ verè homo est domicilium hoc sensibile circumferens, & verbis philosophiam, factis virtutem excolunt, grauatim moriturus pro libertate, vt libero spiritu fatalē viam pertranseant: fertur in quodam sacro certamine athletas duos robore pari præditos, non prius destitisse ab inferendis excipientib⁹; iētib⁹, quàm vterq; expiraret in vestigio. Dicat aliquis tali cuipiā. Ah miser, virtus te perdet tua. Sed iuuat gloriose pro

apio

apio frondēve oleastri certantem occūbere: at sapiētem multò magis pro tuenda libertate, quam solam, si verum fatendū est, animus desiderat, vt agnatā non asciticiam, qua resēcta tota hominis compages dissoluitur. Celebratur Laconis pueri, quo in genere præcipuū est virtutis studium, mira quædā ingenuitas. Captiuus enim abductus à quodam Antigoni milite, liberalia quidem non recusauit ministeria, seruilia verò negauit se exhibiturum, quod abhorreret à seruitio. atqui nōdum per ætatem legibus Lycurgi potuerat iæstitui, quas vix degustauerat: tamē præsentī vitæ violentam mortem prætulit vt feliciorem, & desperata redemptione libens sibimet manus intulit. Narrāt Macedones etiam Dardanas mulieres, quæ seruitutem credebant miseriam turpissimā, suos pueros quos in vlnis baiulabāt præiecisse in fluminis gurgitem, acclamando, Vos certè non seruietis, sed priusquam infelicem vitæ cursum aggrediamini, salua libertate compendiarium atque necessariam viam decurretis vltimam. Polyxenam quoque tragicus Euripides inducit contempta morte curam libertatis gerere, dum sic loquitur:

Defungor vltro: nemo tangat corpus hoc:

Præbebo collum fortiter: liceat mori Me liberam.

Ergo cū pueri ac mulierculæ, illi ætate, hæ sexu fragiles, natiuo libertatis amore teneantur, adeò vt ne hanc amittāt, ad mortē tanquam ad immortalitē properent: credimus viros merè sapientes non hoc ipso esse liberos, fruiq; syncera felicitate dum virtutes secum circumferunt, quas nulla importuna vis potest eis eripere, quippe quæ perpetuum regnū suis cultoribus conciliant: quin & integros populos accepimus pro libertate fidēque erga defunctos principes bene meritos, vltro subiisse perniciē, sicut Xanthios recenti adhuc memoria. Cū enim vnus è coniuratis in Iulium Cæsarē Brutus eos obsedisset, odio nō tam partium quàm ipsius ducis, qui amicū & imperatorē suum interemerat, repugnauerūt proviribus, donec eos paulatim deficerēt. postremò in torum his exhausti, conchuserunt suæ quisq; domi uxores, parentes, liberos, atq; ita mactarunt, congestisq; in aceros ignem subdiderunt, & seipsos insuper iugularunt, vt fatali necessitati salua libertate magnanimitatēq; satisfacerent. Sic illi acerbiter tyrannicam fugiendo præulerunt gloriosam mortem vitæ coniunctæ cū ignominia. qui autē seruari sunt fortunæ beneficio, patiētia se munuerūt, imitari animositatē Herculis. nā & ille imperatis Eurysthei non succūbit. Proinde Cy-

P ij nicus

dicus Diogenes tam vasto fuit animo, ut cum ei capto latrones malignè cibum præberent, nec præfenti fortuna, nec illorum immanitate deterritus diceret, iniquissimum esse cum porcelli agniq; venales saginentur diligèrius, hominem præstantissimum animal inedia macerari, quasi hoc pacto non redderetur vilior. itaq; accepto quantum sat erat, cum iam esset vèdendus inter cæteros, sedit & prandebat bono animo, imparties etiam proximis: cumq; vnus ex his valde mœstus cunctanter sumerer: Desine, inquit tristari, & vtere præsentibus.

Nec formosa cibum Niobe non sumpsit, & eius

Pignora sub tectis letho bis scena iacebant,

Sex nata, toridem pubenti corpore nati.

Et cū ei licitatores illuderent iuueniliter, percontando quid sciret, respōdit, Præesse hominibus. Qua voce prodebat ingenuū, generosum verèq; regiū animū. tandem & ipse ad iocos est versus ex more suo, conseruis demisso vultu mœrentibus. cū igitur inter licitatores animaduertisset quendam effœminatū quantum ex aspectu apparebat, accedens inquit: Tu me emitto, viro enim opus habere videris. Sic ille pudefactus cauillo, quod non esse vanū erat sibi cōsciis, in turbam se abdidit, cæteris audacè cōiectorem, sed veridicū, stupentibus. Hunc cæne seruum appellabimus, ac non potius liberū. imò etiam summo dignū magistratu atq; imperio: huius in dicēdo libertatis emulus fuit Chæreas quidā vir eruditus, habitabat in Alexandriæ: cui cū aliquādo iratus Ptolemæus minaretur nō mediocriter, ille suam libertatem nō minoris faciens quàm potentiā regiam, respondit: Aegyptiis impera, ego te tuāq; iram nil moror. habes enim regium quiddā generosæ animæ, quarū splendorē nec fortunæ obscurat iniuria, quod decet opponi amplis dignitatibus, ad retinendam liberis dictis superbiam. Fertur cū Theodorus cognomento Impius Athenis profugus venisset ad Lyfimacū, & quidam ex optimatibus eam fugā exprobrasset, simulq; fugæ causam, q̄ negaret deos, & iuuentutem corrumpere, respondisse: Non profugi, sed idem mihi accidit quod Herculi. nam & ille ab Argonautis fuit expositus, nō ob crimē vllum, sed quod vel solus esset iustum onus navis, & cæteri vectores vererentur ne prægrauata subsideret: ita ego quoq; migravi propter magnanimitatem, quā cū Atheniensium rectores nō valerent assequi, inuidere maluerunt. cumq; Lyfimachus amplius rogasset, cum & patria excidisset per inuidiam ciuium, respōdit: Nequa

quanquam, sed propter excellentiam ingenij, quod nō capiebat patria. sicut em̄ Semele Baccho grauida cū nō potuisset perferre vterum. Iupiter eam miseratus abortiuū ambussit, & inter Deos retulit: sic cū patria mea minor esset quàm vt caperet philosophum, bonus quispiam siue Deus siue genius Athenas in locum fortunatiorem cōmodiorēq; me transtulit. ad hanc sapientum libertatem, sicut & ad cætera bona hominum, videmus aspirare quædam animalia, certè gallinacei tam audacter certare solent, vt non animositate vincantur sed viribus. quod intelligens Miltiades imperator Atheniensium, quando rex Persarum excito Asiæ robore tam multa milia traiecit in Europam, quasi ad primum clamorem oppressurus Græciam, conuocatis in panathenaiicū conuentum sociis pugnates ostendit has lites, ratus hoc spectaculum maiore vim habiturum ad permouēdos quàm orationem, nec eum fefellit sua opinio. spectata enim in brutis patientia pertinacique contentione, vsque ad necem pugnantibus inuicto pectore, correptis armis eam expeditionem susceperunt, quasi debellaturi cum ingenti strage hostium, contemptis moribus & vulneribus, vt saltem infelirentur libero solo patriæ. nihil enim æquè ad rem gnauiter gerendam excitat, ac deteriorum victoria maior quàm sperari poterat. cæterum solennis gallorum gallinaceorum certaminis etiam Ion poëta tragicus meminit his versibus:

Nec iam corpore, vtroq; & oculo

Ictibus obtuso, ille fatiscit,

Robore sed labente gemiscit,

Et viuus seruire recusat.

Et putamus viros sapientes non libētissimè seruituti prælaturos interitum? aut æquum censemus iuuentutem magnanimā in virtutis certamine cedere gallinaceis, vt vix secundum gradum obtineat? atqui ne illud quidem quisquam ignorat, qui modò leuiter literas attigit, libertatem esse rem egregiā, sicut ediuersò seruitutem longè turpissimā: & quod pulchra bonos deceant, malos verò turpia: vnde colligitur euidentissimè, neq; probum quēquam seruum esse, licet innumeri tabulas de huius possessione proferant: neq; insipientem vllum esse liberum, etiam si Cræsus sit aut Midas aut magnus rex. cæterum de celebrata libertatis pulchritudine, seruitutis verò execrabili turpitudine, testimonia multa extant ciuitatum & gētium quarum consecrata sunt origines, & quas mētiri nefas est. senarus enim

& cōciones habētur penē quotidie, nulla magis de causa quā ob tuendam præsentem libertatem, aut recipiendam si iam perierit. Græci barbariq; consistantur bellis continuis, quid aliud volentes quā seruitutem effugere, libertatē acquirere? ideo centuriones, tribuni & imperatores ipsi nullam cohortationē habent efficaciorē in preliis quā Estē viri, libertas agitur, quā nihil hominibus optabilius, ut quæ sit fons felicitatū cūctarum, priuatarum etiam, quapropter Athenienses me iudicē Acutissimi hominū (quod enim in oculo pupilla, in anima ratio, hoc Athenæ sunt in Græcia) quando pompā ducunt Eumenidibus, neminem seruum admittūt, sed per ingenuos viros ac fœminas peragūt omnia solennia, & ne eos quidem vulgares, sed inculpatæ vitæ homines. nam & bellaria in id festum parant adolēscētes honestissimi, putantq; honorificum hoc misterium. Nuper etiam tragœdis fabulam Euripidis in teatro agentibus, & hos senarios pronuntiantibus:

Nam liberum esse maximum dico bonum:

Quod si quis est pauper, putet se diuitem.

vidi omnes spectatores arrectos in summos digitos præ admiratione sententiæ laudatæ acclamantes magnis vocibus & ipsi poetam certatim laudantes, qui libertatis vel nomen magni faciat: Quin & Argonautas admiror, qui nullum inter nauales socios receperunt nisi liberum, ingenuorū contenti ministeriis libertati non officientibus, si poetis fidem habere debemus. sed cur non habeamus, cū sint eruditores omnium hominum, instituendo populos, sicut patres proprios liberos. itaque nauclerus Iason, vir & natus & educatus liberaliter; amatorque ingenuorum, nauem suam neminem seruum permisit ascendere: quam obrem Aeschylus sic loquitur:

Argus ubi sint sacra ligna dicit:

Minis autem quas quidam intentāt sapiētibus, minimè terri conuenit: sed eludendæ sunt exemplo Antigenidæ tibicinis. aiunt enim cū quidam eiusdem artis æmulus ira cōmorus ei dixisset: Abi, emam te pro mæcipio: eum respondisse: Tum ego te docebo tibiis canere. Ergo & vir probus contumelioso & gerenti se heriliter, potest dicere, docendus es sobrietatem atque temperantiam, exilium verò minanti respondebit: Omne solū forti patria, item territātī multa pecuniaria: Mihi mediocri victus sufficit, intentātī mortem ac verbera: Nil istis terriculis moueor, nec sum inferior pugilibus, qui cū tenuē modò ha-

beant

beant virtutis imaginem præ oculis, & corporis tantū habitudine polleant, vtrumq; perferunt fortiter, animus enim rector mei corporis ita confirmatus est fortitudine, ut quēvis dolorē superare queat. caue lū igitur ne quis talem ferā capiat, nō robore solo verū & aspectu ipso formidabilem, & præ se ferētē quā nō sit despiciabilis, sepe asyla hanc securitatē præstāt supplicibus eò cōfugientibus, ut ex æquo liceat eis cōrendere cum aduersariis: & qui per successionem in proauita vel antiquiore seruitute inueterauerūt, quādo ad aras sedent habitu supplicū magna linguæ libertate vtuntur. nec desunt qui nō tantū heris ex æquo responsant, sed ut in causa meliore saūius tuentur fortiter, at quos sua redarguit conscientia, etiā præclaris natalibus fulgeant, suo pte ingenio se gerūt seruiliter, illi contrā quī corpori nō timent freti asyloꝝ priuilegio, miram animi libertatē exerūt, quem solū Deus creauit extra seruitutis aleā. & quis est tam insipiens ut credat loca conferre fiduciam, atq; in dicendo audaciam, virtutem verò qua Deo similes reddimur, nō valere tantūdem existimet, per quā & locis & ratione præditis mentibus accedit sanctitas ac religio: atqui asyulis sua securitas non semper manet inuictabilis, vel arte mulierū corruptarum muneribus, fauorēq; captorum talibus illecebris, vel liberorum negligentia, suos inde abstrahi sustinentium. at virtus velut arx munitissima, cōtemnit omnes machinas quibus eminus impetitur: huius robore quisquis se communit, potest confidenter dicere, alij facile sunt expugnabiles:

At ego me ipsum soluere, imperarēq;

Noui mihi: virtute namq; metior

Omnia.

Hoc est quod de Biantē Prienēsi fertur, qui appellatus à Cræso contēptim & minaciter, iussit eum cepas edere, fletū ciuilitate subiadicās, quādo quidē harū esus ciet lacrymas. adeo sapiētes arbitrabātur nihil esse æquē regium ac virtutē, cuius instituta per totam vitam sequuntur: imperatis aliorum nō terrentur: quo factum est ut omnes vafri ambiguasq; fidei homines vulgō nominentur illiberales & parum ingenui. inde illud:

Erectum seruile caput vidisse nefas est,

Semper id obliquum colla retorita gerit.

Quod enim tortum est de generes mores arguit, sicut erectus habitus apertos & minimè fucatos, quādo dicta cū cogitatis consonant. Illi ridendi sunt qui manumissi à dominis putāt se

P iij factos

factos liberos sunt enim famuli, quamvis meliore conditione. serui autem & verberones sunt omnes quotquot nō hominib⁹, quod leuius est, sed rebus vilissimis, mero, holeribus, feminib⁹, aliisq; coquorū ac cupediariorum curiositatibus in gratiā ven tris dant operā. Quapropter Diogenes conspicatus quēdam li berum iactantē se hac noua felicitate, fauorēq; gratulantiū, miratus est fatuum eorū iudicium, perinde ac si præconis voce declararetur seruū aliquē ī posterū fore grāmaticū aut geome tram aut musicū, qui ne in somnis quidē has artes didicisset, nā præconium sicut doctiorē potest reddere neminē, ita nec libe riorē: alioqui mactū felicitate diceretur: sed in seruitutē tātūm vindicat. Sublata igitur vana opinione à qua pendet vulgus ho minum, veritatē rem sanctissimā complexi, nec libertatem tri buamus his qui se ciues nomināt, nec emptitiis mācipiis serui tute[m] obiciamus. sed omisissis natalibus & tabulis & in totum rebus corporeis scrutemur naturā animi, qui si concupiscētiis agitatur, aut ab inopia ceruice obtorta trahitur, & ipse seruit, & totū hominē heris innumeris seruire adigit. sin autē inscitā prudētia, luxum tēperantia, formidinē fortitudine, auaritiā æquitate superat, imperat etiā, tātūm abest vt seruiat. cæterū qui nōdum ad harū alterū accesserūt speciem, nec serui omni no nec liberi, qua sunt in prima pueritia puri synceriq; præcep tis nutricādi sunt, & ante omnia ceu lacte alēdi cibis teneris, scilicet disciplinis encyclicis, mox alimenta solidiora suggerē da sūt, quorū opifex habet philosophia, vt ad virilē habitudinē firmitatēq; prouecti, ad finē optimū perueniāt: quod est secū dum naturæ ductū viuere iuxta nō Pythij sed Zenonis oraculū.

PHILONIS IVDÆI, De vita contemplatiua, siue supplicum virtutibus.



POST QUAM de Essæis disseruimus, qui vitā actiuam exercēt omnibus, aut quod minus in uidiosum dictu est, plerisq; felicis: ordo postulat vt deinceps dicamus quæ dicēda sunt de cō templationi deditis, nihil affingēdo rei ornā da gratia, sicut poëta scriptoresq; solēt destitu ti vera honestaq; materia, sed simplicissimē veritatē sectando, quam

quam vix vlla eloquētia potest assequi. conabimur tamē & ope ram ei nauabimus pro viribus. nō debet enim huiusmodi viro rum virtus eximia causam præbere silentij his qui nihil hone stum putāt tacendū dissimulandūq; institutum autem huius philosophiæ mox apparet ex ipsis appellationibus. vocatur enī therapeutæ theurapeutridēsq;, hoc est curatores & curatrices, siue cultores & cultrices, vero nomine: vel quia profitētur medi cinam præstantiorē ista vulgata per oppida omnia. hæc enī me detur solis corporibus: illa & animas liberat morbis grauib⁹ & aduersus medelas cōtumacibus, quos inflixerūt voluptates, cōcupiscentiæ, dolores, timores, auaritiæ, insipientiæ, iniustitiæ, & cæteræ perturbationes, vitiorūq; agmē innumerabile: vel quia didicerunt à natura & è sacris legibus colere illud Ens & bono melius & vno syncerius, & vnitare in generādo antiquius atq;, vt ita dicā, principalius. horum pietati quos tandē meritō cōparabimus: istosne qui pro diis venerātur elemēta, terram, aquā, aērē, ignēq; aliās aliis notata nominib⁹: qualia sunt apud Græcos, ignis ἕρως & πῦρ, & τὴν ἕρως, id est ab accedēdo: aēr ἕρως & τὸ ἀίρεισθαι, q; in sublime sit elatus: aqua πρὸς οὐρανῶν, à potu fortasse: terra ἀκμήτηρ, q; mater videatur omniū stirpiū & animalium. Latini Vulcanū, Iunonem, Neptunum, Cererem nomināt. Verūm ista nomina sophistarū commēta sunt. elemē ta autem sunt inanimis materia à seipsa immobilis subiecta opifici suo à quo transformatur in omnia qualitātū genera. sed fortasse illos cōferemus qui alias creaturas colunt, solem, lunā sidera vel fixa vel erratica, aut cælum ipsum vel mundum quan tus est. atqui ne hæc quidem ex seipsis habent originem, ab alio quodam opifice tāta arte condita. quid si illos, qui semideos he roas adorāt: id quidem ridiculum fuerit, qui potest idem mor talis esse immortalisq; nequid dicā de illorū maculosis natali bus, iuuenili plenis lasciuia, quā homines impiis audent affin gere beatæ illi diuinæq; potentiæ, tanquā illa in cōplexus rau liebres insaniat, cū sit felicissima & expers affectuū omniū. statuas enim & simulacra memorare quorsum attinet? quorū materia saxū aut trūcus est paulò antè informis vexatus fabro rum iniuriis, cuius cognatae partes versæ sunt in serias & pellu uia cæteraq; vasa sordida adhibēda secretis vsibus. multo verò magis silenda sunt Aegyptiorū numina, qui bruta colunt nō so lum mansueta sed & seuisissima, consecrādo quæcunq; sub luna sunt. leonē è terrestribus immanissimū, crocodilū ex aquaticis,

miluim è volacribus & ibim domesticam. hxc quãuis vident quibus nascatur originibus, quibus alimētis sustentetur, quàm sint insatiabilia plenãq; excrementorũ sordibus, venefica etiã & humane carnis auida, variis morbis ac morti deniq; obnoxia, violentæ quoq; interdũ non modò fatali, adorãt tamen ipsi mites immittia incircurabiliã, rationales bruta, Deo cognati vix conferenda cũ bestiis, naturaliter subiecta principes ac domini. Verũm isti qui nõ modò suos, sed etiã propinquos inficiunt talibus deliriis, relinquãtur morbo suo, priuati visu præstantissimo sensuũ, visu inquã non corporeo, sed quo verum à falsis discernit animus. at illud hominũ genus therapeuticũ semper in contẽplatione diuinitatis proficiet, etiã sole hoc sensibili præterito, nec vnquam suum ordinẽ deseret tendentem ad felicitatẽ perfectissimã. hu. c. vitæ instituto qui se addicunt, nõ ex more aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerũ cęlestium, & quasi furore diuino perciti, donec ad contẽplationem illam derideratissimam perueniãt. deinde præ immortalis beatãq; vitæ cupidine, quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquunt liberis, aut cognatis, vltro eis possessione cedẽdo, atq; etiam sociis & amicis, si cognati desint. oportet enim vt qui perspicaces diuitias adeptus est, cęcas illas relinquat mētibus cęcutientibus. Anaxagorã & Democritum celebrãt Græci, q; præ amore philosophiæ prælia sua pecori cõpascua reliquerint. probo hos viros contẽptores pecunię, at quantò præstantiores qui non pecoribus suas possessiones depascãdas permiserunt, sed impẽderunt ad subleuãdam egestatẽ hominũ cognatorum amicorũq; vt egere deĩnerent. illud enim inconsideratũ, ne dicam insanũ, factum fuit virorum Græcis laudatorum sapientiæ nomine: hoc verò sobrium & magnæ prudentiæ. quid aliud hostis faceret, excisis arbutis agrõq; vasto redigēs aduersarios ad inopiam, quàm quod suis cognatis fecit Democritus, vltro illis cõscissēs pauperiem, non tam malo animo, quàm per inconsiderantiam & alienæ utilitatis negligẽtiam. hi certè multò prudẽtiores & magis suspiciendi, vt non minus philosophiæ cupidi, sed prouidi magis quàm negligẽtes: quippe qui sua donare maluerunt quàm perdere, quo & sibi prodesse & alijs, dum alios opibus iuuant se philosophia studio. nam cura pecuniæ possessionũq; affert dispendium temporis, cuius præcipua nos docet parsimonia, iuxta illud Hippoc. medici monitũ: Vita breuis, ars longa. idem mihi videtur Homerus subinnuere in Iliadẽ circa ipitia
rhap

rhapsodiz, decimatertiz his versibus:

Myſorum terram aspiciens, queis prælia cordi,

Et facilis victus: siquidem lac pascit equinum

Egregios homines, nullis virtute secundos.

ac si cura victus parãdi sit causa iniustitiæ propter disparitatẽ: iustitiam verò gignat diuersum studium, qua naturæ opulentiã cernitur, non contẽta vulgaribus felicitatibus. Relictis igitur facultatibus & auocamētis omnibus, fugiunt sine respectu fratrum, liberorũ, parentũ vxorũq;, & deserunt numerosas cognationes, societates, amicitias, ipsas deniq; patrias in quibus genitri educatũq; sunt, quandoquidẽ consuetudo magnũ momentum habet ad allecãdõs animos. demigrant autẽ non in aliam ciuitatem, sicut serui qui se vendi heris alijs impetrãt, miseri vt qui seruitutẽ mutant, non effugiunt. quævis enim ciuitas vel optimis ornata legibus, plena est tumultu plurimo, quem nemo sapientiæ sectator sustineat, sed extra mœnia degunt in hortis aut villis solitariis, amãtes solitudinẽ non hominũ odio, sed ad cœnendõs congressus cum dissimilibus, quos sciunt moribus bonis officere. hoc genus reperitur in multis orbis regionib; me ritò vt absolutæ probitatis receptũ à Græcis atq; barbaris. maximè tamen in Aegypto frequẽtatur per præfecturas singulas, præsertim circũ Alexãdriam. ex omnibus autem locis optimus quisq; therapeutarũ tanquã in huius generis patriam colonus mittitur in locũ quẽdã aptissimũ, situm ad stagnũ Mariã in terreno colle accliuĩ leniter, tutũ simul & laudatũ ab aëris temperie. securitatẽ enim ei præstãt villæ vicũq; proxima: aërem verò temperat emissoriũ stagni exonerãtis se in mare, & auræ nunquã non ex alio aspirãtes tenuiter, sicut crassiores feruntur è stagno quibus permixtis temperamentũ existit saluberrimũ. domicilia verò conuenariũ sunt admodũ frugalia, parata cõtra æstum tantũmodo & frigora, nõ contigua vt in vrbibus, nõ enim placet id amãtibus solitudinẽ: nec tamẽ longè remora, quia societate diligunt, vt sibi possint inuicẽ succurrere cõtra latronũ incursus fortuitos. singuli autẽ habent sacras adiculas, quæ semina vocant siue monasteria, vbi solitarij sanctæ vitæ mysteriis dāt operã, nec cibi potusve quicquã eò inferunt, aliudve in vsum corporis, sed legẽ tantũ & prophetarũ oracula diuinitus prædita, hymnõsq; & quẽdã alia pietati sciẽtięq; promouẽdæ utilia. itaq; perpetuam habent Dei memoriã, vt ne in somnis quidẽ aliud eis obuersetur quàm imagines diuinarũ pulchritudinũ & sunt

sunt in his qui somniando produnt præclaras sacrae philosophiæ sententias. Quotidie bis precari solent, manè ac sub vesperâ, oriente sole petentes diem verè felicem, utque menses eorum cælesti repleantur lumine: occidente verò, ut anima in totum exonerata sensibus molèque rerum sensibilibus veritatem vestiget in confessorio domestico. medium verò matutini vespertinique temporis interstitium totum meditationi attribuitur. Versantes enim sacra volumina, dant operam philosophiæ per manus acceptæ à maioribus, scrutando eius allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturæ cõiecturis explicanda probabilibus, habent etiam priscorum cõmentarios, qui huius sectæ autores multa monumeta reliquerunt de allegoriis eiusmodi, ad quorum imitationem posterius se accommodant. itaque non solum contemplantur, sed etiam cõtica hymnosque in Dei laudem componunt vario metrorum carminumque genere, rhythmis concinnatos in augustiorem ac religiosam speciem, per sex dies seorsum quisque in suis illis modò dictis monasteriis philosophantur, nõ progredientes foras, imò ne prospicientes quidem. septima verò conueniunt in cõetum communem, & iuxta ætatis ordinem cõsident deceteri habitu, manus continentes sub pallio, dextram interpectus barbamque, sinistram applicatam lateri, tum progressus in medium natu maximus, & dogmatum eius secte peritissimus differit vultu ad grauitatem composito, voce moderata, non sine magna prudentia, secus quam oratores aut ætatis nostræ philosophi, ostentatores eloquentiæ, ut quibus magis cordi sunt exquisitæ sententiæ diligensque & accurata harum enarratio, quæ non summis incidat auribus, sed per auditum penetrat in animum, ibique firmiter inhaereat. reliqui omnes auscultant per summum silentium, annutantes oculis tantum aut capite, id cõmune semneum in quod septimo quoque die conueniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum & mulierum cõtibus. nam mulieres quoque simul auscultant ex more, duntaxat quæ institutum idem sectantur, medius autem paries à solo surgit tribus quatuorve cubitis, in modum lorici, superiora usque ad rectum patet: vnde geminae prouenit cõmoditas, & quod pudori fœminei sexus consulitur, & quod verba doctoris exaudiuntur facillè absque vllis obstaculis quæ vocem eius intercipient. Temperantiæ tanquam fundamento in anima iacto virtutes ceteras superstruunt. Nec cibum nec potum quisquam sumit ante solis occasum, quod sapientiæ studiū luciduenire iudicet, tenebris verò curam corporis. ideo totos dies alteri

alteri, alteri verò exiguam noctis partem tribuunt. nonnulli ex his vix tertio quoque die famem sentiunt, attentius magis ad disciplinarum scientiam. nec desunt qui prælaute accepti epulo sapientiæ copiose præbentis sua placita, perdurant duplum eius temporis, & vix sexto die degustant cibum necessarium, affueri sicut cicadæ rore viuere, canticis opiner solantes in ediam. septimum verò diem ut festum sacratumque honore dignatur eximio, quo post curam animi corpus quoque reficiunt, sicut iumenta relaxantes laborem continuū, in cibatu utuntur pane simplici, sal vicem supplet obsonij, qui deliciae sunt hyssopi pro condimento adiciunt, potum è fluentis hauriunt, contenti placare dominas à natura mortalibus additas, famem sitimque, absque omnibus lenociniis fruendo rebus sine quibus non licet viuere. edunt igitur ne esuriant, bibunt ne sitiant, saturitatem cauendo ut inimicam animo pariter ac corpori, & quoniam tegminis quoque duæ sunt species, vestis rectumque, de edibus iam dixi, esse incultas & exte poraneas, factas ad presentem usum tantummodo. in veste autem eadem apparet simplicitas, ad arcendos calores & frigora, pro pelliceis crassa tunica in hyeme, æstate verò exomis aut interula linea, in vniuersum enim exercent modestiam, ut fontem veritatis, sicut è fastu mendacium prognatum autumat. profluunt enim è mendacio variae malorum species, cõtrà ex veritate omnium felicitatum humanarum diuinarumque copia. Dicam aliquid & de sodalitiis eorum, quoties hilarius conuiuia celebrant, quo magis elucescant collata cum aliorum epulis. Vulgus enim vbi se merito expleuit, ac si non vinum bibisset, sed insaniam poculum ad rationem penitus profligandam ex animo, offensat & canum ferocium more in rabiem vertitur: motusque coorti se inuicem moribus appetunt, abrodendo nasos, auriculas, digitos, ceterasque partes corporis, ut fabula de Cyclope Vlixisque locis fidem inueniat: quæ poeta solitum ait mandere frustra humanarum carniū, quem tamen immanitate isti longe superat: nam ille inimicos ratus tractauit hostiliter. isti verò cum familiaribus & amicis, interdum etiam cognatis, cõmuni sali mensaque, adhibitis, cõtra iura hospitalitatis omnia, nihil reuerenti sacra libamina quibus cõciliari debuissent, sic cõsistantur tanquam in arena vel pãcratio: laudatam illam cõtentionem quasi monetam deprauantes in deterius, athletis ipsis erinosiores miserioresque. Reuera enim eos licet appellare miseros. nam illi athletæ in stadiis Græcorum interdum captant spectatorum applausus atque gratiam, expectantes artis ac victoriae præmium

mium coronam olympiacam, at isti adulterini athletarū simij, noctu in tenebris ebrij debacchātēsq; , sine industria malitiosas artes exercēt in aliorū iniuriā atq; contumeliam: quos si nemo tanquam præses dirimat, maiore licētia ruunt in mutuā perniciem. nō minus enim læduntur quā lædūt, vt mentis impotes præ vino nimio, quōd (sicut inquit Comicus) non tā alieno malo bibunt quā proprio. itaque qui modō ad conuiuium venerant amici & integri paulō post exeūt inimici & mulctati mēbris quibusdā, aut certē horum extremitatibus: mōxq; alij querunt sibi aduocatos & iudices, alij petunt à chirurgis opē & medicis, qui verō videntur modestiores cæteris, quāsi pro mero bibissent succum mandragoræ. incūbunt læuo cubito, & obliquata ceruice ructātes inter pocula, stertunt altū nihil videntes audientēsve interim, ac si vnicum gustus sensum haberēt, & eum quidē illiberalissimū. noui quosdā qui hilariores facti potādo, prius quā penitus se obruāt crebris inuitationibus, iam tum in crastinū prospiciunt de symbolis, quia putant spem ebrietatis futuræ non mediocriter cōducere ad præsentē lætitiā. atq; ita semper extra domesticos parietes viētāt dissidētes à parētibus, vxoribus, atq; liberis, patrie quoq; inimici & sibiipsis deniq; . nam vita luxu diffuens malū affert omnibus. Sed fortasse probabit aliquis morem hunc cōuiuiorū iam vulgō receptum apud Græcos atq; Barbaros, à Romanis inuentū non tam ad hilaritatem quā ad ostentationē deliciarū & opulētiae. triclinia lectos habēt eburnos aut testudineos, aut prerosioris materiae, gematos plerosq; , stratos auro intertexta purpura, vel aliis floridis coloribus variis oculos allicientibus, poculorū etiam vim magnam, digestorum per suas species, præsto sunt enim cyphi, calices, phialæ, thericlea, toreumatāq; clarorū artificū, ministrāribus formosis mācipiis, non tā ad præstans ministeriū quæsitis, quā ad exhilarandos aspectu conuiujs oculos, ex his minores pueri pincernas agūt, grādiōres aquā afferūt, loti & niditi, fucatiq; ac cincinnatuli. alunt enim capillitium, vel omnino intōsi, vel à fronte tantū præfectis in orbē crinibus, tenuissimas candidāsque præcicti tunicas, anteriore parte ad genua demissas, posteriore ad poplites, vtrinque; mollibus tenis astricti cōmissuras tunicae, propēdentibus ad latera sinibus. sic ornati astāt nutus obseruādo, quid quisque postulet. adsunt & alij adolescētes prima lanigine malas vestiti, qui paulō anrē amatorū suorū deliciae fuerāt. curiosē docti grauioris momēti ministeria, mera ostēratio

magnæ

magnæ opulentiæ, vt cōuiuæ splendore stupefacti faciliē intelligant à quāto viro quāmq; magnifico sint ad mēsam cōmunem adhibiti: cum tamē torum hoc negoriū vera æstimatione nihil aliud sit quā stolidus luxus hominis abutētis fortunæ beneficio, sicut testari possunt quibus cōperta sunt talia. huc accedunt variæ bellariorū, obsoniorum, cōdimentorūmq; species. elaboratæ à pistoriis & cupediariis, quorū est cura non tantū gustū satisfacere, verum etiā oculos exhilarare munditiis, sic fit vt septem vel etiā plures mensæ inferātur, plenæ omnium quæ terra, mare, amnes, aërque; ferūt. selectis suauissimis carnibus terrestrium, aquaticorū, & volucriū, paratura simul ac conditura variantibus. ac ne quid prætermittatur naturæ munerū, tandē apponuntur poma nucēsque; dapfilitate, seruatis aliis eiusdē generis ad cōmessationes quas vocāt. dein alia patinæ effertur vacuata à conuiujs voracibus, more fulicarū explētibus se in tātum vt ossa etiā arrodāt, alia cū fœde discerptis semelisque; reliquiis. vbi verō vsq; fauces expleti nil possūt amplius, edēdo lassati appetitu esuriunt, oculos pascēdo carniū opimarum copia, vidorem verō exhalantē attrahēdo naribus, postremō his quoque; sensibus saturatis, faciunt mētionem de abitu, egregiē collaudata cōuiuatoris magnificētia. Sed quorsum attinet ista narrare prolixius, quæ multis moderatioribus displicēt, vt cupiditates accēdentia, quas minui præstaret, quis enim sobrius nō mallet famē & sitim, quā in talibus epulis nimiam cibi potūsque; abundantiam. in Græcia duo cōuiuia præcipuē celebrātur, quibus & Socrates interfuit: alterum in ædibus Callia, quando is coronato Autolyco amicis epulum victorale præbuit, alterū in Agathonis: quæ literis mādare dignati sunt morib; ac professione philosophi, Plato & Xenophon, visa sunt enim eis digna memoratu, vt essent exemplo posteris, quid & quomodo agendum sit in conuiujs. Veruntamen hæc quoque si conferantur cum nostris contemplatiuæ vitæ sectatoribus, erunt ridicula. habet quidē suas voluptates vtrumque, sed magis decoras homini quod Xenophon prodidit. nam tibicinæ, mimi, præstigiatores, balatrones, iocis tantū placent scurrilibus ad exhilarandos animos. Platonicum verō perē torū disputationi de amore impēditur, non illo quo viri in mulieres insaniunt, aut hæ in viros, sed quo viri in masculos ætate tantū minores. nā si quid ibi de amore venerē; cælesti dictum videtur elegātius, pro cōdimento modō est additū. cæterū maiorē partem vulgaris & promiscuus

amer

amor occupat, fortitudinem virtutem bello pacēq; vtilissimā tollens ē medio, & pro hac morbum muliebrē inducens in animas, & homines reddens androgynos, quos oportebat potius omni contentione exerceri ad confirmandum robur tam corporis quā animi. at isti qui pueros transferunt in amicarū habitum & ordinem cum summa etatis iniuria, ne amatoribus quidem eorum melius cōsulunt, magnis detrimentis afficiēdo eorum facultates, animos, atq; corpora. necesse est enim vt puero- rum amator animum habeat in suis deliciis, & huc tantū acres intendat oculos, ceteris in rebus tum priuatis tum publicis cęcutiat habetatus cupidinibus, tunc præcipuē cōtabescens quando impos voti frustratur, facultates autē duobus modis decre- scunt, partim per rei familiaris incuriā, partim per sumptus & profusiones quæ fiunt in adamati gratiā. huc accedit & maius aliud malū totis populis pestiferum, desolationē enim vrbium & raritatem optimi generis hominū sterilitatēmq; meditatur isti, qui more imperitorum agricolarū præteritis aruis campe- stribus & feracibus in aspreta saxosa salebrośaq; sementē faciūt mox perituram, nec vnquam ad frugem peruenturā. taceo nūc illos fabulosos bicorpores, olim cōcretos vi amatoria, dein dis- iunctos, soluto nexu quo antea cohæserant. habent hæc nouita- tem quandam & illecebram aurium ac mentiū, sed vt superua- canea fastidiūtur à Mosis discipulis, à prima etate veritati assue- tis, vt decipi nequeant, ergo cū illa celebrata conuiuia tātum nugarū cōtineant, vt ipsa se coarguant, si quis rem magis spe- cter quā aliorum præiudiciū, ex aduerso his opponam quæ ex instituto Mosis prophætæ agitatur certis temporibus apud eos qui totam vitam dedicarūt cognitioni naturę cōtēplationiq;. hi numeros in primis obseruādo post septem hebdomadas ela- psas conuentus suos instaurant, venerati non solū simplicem septenarium, sed & vim eius multiplicem. castam enim sciunt hebdomada & semper virginē. is dies profestus est maxime fe- stiuitatis incidēris in numerū quinquagenariū sanctissimum, & naturæ gratissimum, cōstantem ex vi rectangularis triangu- li, quod est initium generationis rerum omnium. vbi verò con- uenere cādidi & læti cū summa grauite, ad signum datum à quopiam ephemerenta (sic huiusmodi ministros nominant) prius quā discumbāt stantes vna serie decentes, sublatiśq; ad cælum manibus atq; oculis, his quoniā didicerunt spectare cæ- lestia, illis vtpote incorruptis à muneribus & à quæstu illicito. precantur

precantur vt Deo placeat id cōuiuium. absolutis precibus senio- res discūbant, ac mox alij pro cuiusq; dignitate, nec enim senio- res ex annis æstimant, sed quātumlibet grandæuos habent pro- pueris, si serò institutū hoc complexi sunt: honorē verò senectū- tis tribuunt his qui exercuerūt se à iuuentute in hac pulcherri- ma diuināq; parte cōtemplatiuæ philosophiæ. Adhibētur mēse- femina quoq; anas plerāq; sed virgines, nō coactæ castitatis, sicut apud Græcos quædam sarificalæ, sed sponte continētes præ amore sapientiæ, cuius studio per totam vitā contempserūt vo- luptates corporis, nimirū diuinæ non mortalis prolis cupida, quam solæ Deo charæ animæ ex seipīs pariunt, excipiētes pro- femine intelligibiles patris radios, vt decreta sapientiæ contē- plando percipere valeāt, discubitus ita distribuitur, vt seorsum viri dextrum latus, seorsum feminae sinistrum teneant, quod si quis suspicatur lectisternia, & si non sumptuosa, certè mollius- cula parari hominibus ingenuis & philosophiæ deditis, sciat esse tegetes rudes ē vili contextas materia, videlicet ē papyro- indigena, sic humi aggestas vt eminendo fulciant cubitos. re- mittunt enim paululum illam Laconicam disciplinæ duritiā, semper & vbiq; probantes liberalem frugalitatē, totis viribus auerlando voluptatis illecebras. in ministerio non vītur man- cipiis, quandoquidem seruitutem cum natura omnino pugna- re autumant. nam ea liberos omnes genuit, sed huius legū con- temprix auaritia, fontem malorum inæqualitatem ei præfe-rens, infirmioribus necessitatem imposuit, vt iussa potentio- rum facerent. ceterū in hoc sacro conuiuio nemo, vt dixi, ser- uus adest, ministrat ingenui, & spōte quicquid opus est faciūt, iussa non expectādo sed præueniendo alacritate voluntaria. nō enim quibuslibet ingenuis delegatur id officiū, sed habito dele- ctu ex omni sodalitatē huius iuuentute, vt quisq; aliquod præ- clarum indolis ac virtutis specimen edidit. hi tanquā germ ani- filij libenter & certatim ministrant haud secus ac parentibus publicis, hanc coniunctionem arctiorem ducentes quā san- guinis, quandoquidē rectē sapiētibus virtute nihil est antiquus. discincti autem & promissis tunicis accedūt ad administrandū, vt absit omnis seruilis species ab hoc conuiuio. Scio quosdam his auditis risuros, duntaxat eos qui descendenda ipsi lamentis que digna faciunt. Vinum per illos dies non præbetur, sed aqua lim- pidissima, ceteris frigidā, caldā verò his inter se seniores tra- ctantur delicatius, mensa pura est à cruentis dapibus, pro cibo

panis apponitur, sal pro obsonio, & pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam. operantur enim ut sacerdotes sacris abilemīs, tota victus ratione castigata ad eandē frugalitatem. nam vinum habent pro veneno afferente dementiam: opiparis autem obsoniis atunt irritati concupiscentiam, beluam insaturabilem. hæc sunt exordia conuiuij. Dicat aliquis: Quid tum postea quam conuiuis ordine suo discumbentibus adtiterunt ministri decenter parati ad obsequium, nullane sequitur compotatio? imò silentiū maius quam antea, ita ut ne mutire quidē cuiquam liceat aut respirare vehementius. proponit quispiam quæstionem ē sacris literis, aut soluit ab alio propositam, nihil de solutione sollicitus. nec enim captat laudem argutarum aut eloquentiæ. hoc tantū agit ut rem diligentius perspiciat, tum perspectam non inuideat minus perspicacibus, sed non minus discēdi cupidis. atq; ita immoratur doctrinæ, subinde inculcās imprimēnsq; animis præclaras sententias. nam expeditā elocutionem, & vna serie continuā, auditorū mens non valēs assequi, à tergo relinquitur, nec satis audita percipit. totum verò auditorium attentum auscultat in vno eodēmq; habitu, intelligere se nutu vultūq; indicās, probare verò, hilaritate ac exporrectis frontibus: interdum & dubitare hærerēq;, moto leniter capite summoq; dextræ digito. Nec minore attentione iuniores qui adstant audiunt. enarrationes autem sacrarum literarum constant ex allegoriis. nam hi viri totam legem existimant habere animalis similitudinem, quod præcepta corpus referant, animam verò sententiæ retrusiores sub velamine verborū abdita, in quibus rationalis anima egregiē seipsam contempletur tanquam in speculo, sub his ipsis verbis miram sententiarum pulchritudinem conspiciens, & explicans ē figurarum inuolucris, atq; ita penitentiorem intellectum in lucem producat, duntaxat apud eos qui per occasionem admoniti sciunt obscura ex aperitis colligere. vbi verò præses visus est rē bene tractando satis fecisse auditorum desiderio, plausus propalā editur ab omnibus. tum ille assurgens hymnum in laudem Dei primus canit aut recens à se compositum, aut desumptum ab aliquo vatū verum. extrāt enim huius generis carmina prisca versu trimetro, & hymni cum suis accētibus inter sacra canēdi ante altaria, vel à stantibus vel à choreas ducentibus moderatas variis flexibus atq; reflexibus. præsulē mox imitatur cæteri decētī ordine omnibus intentē quietēq; auscultantibus præterquā in fine hymni


extremāq;

extremāq; clausula. tūc enim vniuersū vocē extollunt sine sexus discrimine. absolutis hymnis singulorū, iuniores paulò antè dictam mensam efferūt, in qua rite cibus ille sacratissimus, panis fermentatus cū sale apponitur & hyssopo, ob reuerentiam mensæ dedicatæ in templi vestibulo. nam & in ea solent proponi panes cū sale absq; condimento alio: sed panes non fermentati, sal sine vlla mixtura. cōuenit enim sacris pura simplicitas, egregiū diuini cultus præmiū. eam vulgus imitari debet, abstinere tamen ab his panibus, ut potiores priuilegiū habeant. cœnā verò sequitur sacrum peruigilium his ritibus. Vbi omnes consurrexere, duo chori fiunt in medio cœnaculo, alter virorū, alter fœminarum. cuiq; suus incentor præficitur, honore præstans & canendi peritia. deinde cantant hymnos in laudem Dei cōpositos variis metrorum carminūmq; generibus, nunc ore vno, nunc alternis, non sine decoris & religiosi gestibus atq; accentibus, modò stantes, modò prorsum retrorsūmve gradum mouentes, vtcumque res postulat. Deinde postquam vterque chorus seorsum expleuit se his deliciis, velut amore diuino ebrii vni chorū faciunt promiscuum, ad imitationem illius olim instituti in rubri sinus littore post mirandum prodigium, quando mare Deo iubente alteris salutem, alteris perniciem attulit. diductis enim violenter aquis & vtrinq; consolidatis in parietum speciem, medium interstitium laram viam & siccam populo præbuit, per quam ad continentis aduersæ loca editiora traiceret. aquis deinde in suam regionem pristinam hinc illinc resluentibus, & medium solum paulò antè nudatum inundantibus, ausus eos persequi hostis merfus internecone perit. accepto autem hoc tā insigni & insperato beneficio, correpti numine viri pariter ac mulieres, & in vnam choream conglomerati, hymnis gratias seruatori Deo canebant, præcinnēte viris Mose propheta, Mariamne verò prophetide fœminis. ad horū maximē imitationē hic therapetarū therapeutridūmq; chorus cōpositus, & mixtis ad graues virorū acutis fœmineis vocib⁹ cōcinnēteperatus, concentū reddit suauissimū verēq; musicū, pulcherrimis enim verbis includuntur sententiæ pulcherrimæ, religiosi choreis accedentibus. horum porrò vniuersorum finis vnus & idē est pietas: itaq; pducta vsq; ad matutinū hac comessatione honestissima. neq; grauati crapula, neq; nictates, sed excitationes, quā cum venirēt ad conuiuium, verso ad auroram vultu totòque corpore, quamprimū solem orientem aspiciūt, feli-

Qij cena

cem diem & veritatem perspicacemq; mētem sibi comprecantur. atque ita precationibus absolutis ad suum quisq; semueū fecerit, & ad negotiationē culturamq; consuetae philosophiae. Hastenus de therapeutis naturae contemplatoribus, & huic tantum studio curandaeq; animae per totam vitam deditis, caeli & mundi ciuibus, patri conditoriq; rerum propter suam virtutē cōmendatissimis: qua conciliante adepti caelestis numinis amicitiam. praeuium convenientissimum. fortuna virtuti posthabita, euaserunt ad supremum felicitatis fastigium.

PHILONIS IVD AEI, De nobilitate.



VI laudibus extollunt nobilitatē, vt bonum maximū & causam magnorū bonorum, ipsi reprehendendi sunt vel ob hoc quod nobiles censent natos ē familiis iamdudum claris & diuitibus. cum ne maiores quidem illi quos iactāt, propter opulentiam felices fuerint: quādoquidem verū bonū in nulla externa re, nec in corpore, imō nec in quavis parte animae, sed in principali tantum, situm esse natura voluit. postquā enim Deus pro sua bonitate charitatēq; etiam inter nos hoc collocare decreuit, nullum tēplum inuenit ei dignius quā mētem hominis, mens enim circūfert illius bani effigiem, quāuis id persuaderi nō possit his qui ne summis quidem labris degustarūt sapiētiam. caligātib⁹ in luce clarissima. nam aurum, agerum, honores, dignitates, valetudo, forma, sunt in virtutis tanquā reginae ministeriis. quoniā igitur nobilitas expiatae purgataeque mentis fors est praecipua, nobiles dicendi sunt soli prudentes & iusti, etiam si ē vernis aut emptitiis nati sint: malis verò prognatis ex honestis maioribus nullus locus esto inter nobiles. nam nequā ne inter ciues quidem censendus est, cum virtutis exul sit. verae bonorū virorum patriae. talis fieri nō potest, quin sit ignobilis, etiā si auos proauosq; laudatos memoret, ipse tota vita non minus alienus à nobilitate, quā ab illorum studiis. nec satis est malis q̄ sint suapte natura ignobiles, nisi omnes, vt video, perpetuum bellū gerāt cum verē nobilibus, vel contra maiorū suorū dignitatē, obscurantes extingua

quentēsq; si quid superest splendoris gentilitij. Et hoc est, vt opinor cur parentes liberorū amantissimi interdū exhæredant filios, & à familia gentēq; ablegant, quoties natiuā parentum charitatem degeneres nimia nequitia superant. id ita esse etiā aliis argumentis facile colligitur. quid enim prodest oculis orbaro suorum maiorum perspicacitas, nequaquam hereditaria? quid prodest ad dicendū elingui paterna vel auita eloquentia? quid cōferunt ad vires tabe diuturna ex succi ariditq; & vix ossibus hæretis, principes generis propter athleticū robur adscripti fastis olympiacis: imō quid etiā si fuere victores in omnib⁹ sacris Graeciae certaminibus? certe nihil ea de causa decedit virtutis corporis, nullam opem ex præterita familiae felicitate sentientibus. ad eundem sanē modū iniustus liberis iusti parentes, luxu perdiris sobrij, & in vniuersum malis boni vtilitatē nullam adferunt, sicut nec iura iuris violatoribus, ad quorum contumaciam penis coercendam inuenta sunt. & sunt etiam leges non scriptae, nimirum vitae exemplaque sectantium virtutem hominum. ideo puto ipsam Nobilitatem, si Deus ei formā vorcēmq; daret humanam, sic allocuturam istos cōrumaces posteros. Gentilitas non sanguine solo aestimatur apud veritatem iudicem, sed factis studiisq; similibus. At vos in contrarium tenditis, quae odi amatis, quae p̄bo improbatis & auersamini. apud me honor est pudori, veritati, moderationi, modestiae, innocentiae, apud vos in nullo pretio habitis. impudentiam odi, meadacium, impotētiam, superbiam, malitiā, vobis familiarissimas. cur igitur factis alienissimi, verbis fucatis fictisq; vultis obrepere & insinuare vos in amicitiam? nec moror, nec fero vestras fraudes ac offucias. facile est cuius cōminisci sermones bonos in speciem: sed pro malis moribus bonos adsciscere, difficile. hæc consideras & nunc inimicos existimo, & posthac existimabo, quicunq; instaurant causas odij: quos equidem suspectiores habebō, quā eos quibus probro datur generis obscuritas. nā hi possunt excusari, quia nullum cum virtute fuit eis commercium: vos estis inexcusabiles, qui præclaris prognati familiis iustitatis maiorum splendorem ac gloriam: & cum abeuntis exemplis domesticis nulla vobis inhærent maiorum decora per vestram negligentiam. atqui satis liquet vos quoq; nobilitatem virtuti potius tribuere quā illustri generi. iamprimū illos è terrigenis natos quis neget generosos, cum ab hac stirpe descendat omnis patricia nobilitas, videlicet eximii posteritatis

autoribus ortis è coniugio quod primum liberorum causa generisq; propagandi conuenit:& tamen eorum alter maior minorem dolo malo interimere sustinuit, admissoq; maximo scelere fratricidij primus terram polluit humano sanguine. quid huic profuit nobilitas generis, ignobilè præ se ferenti animû quem ipse rerum humanarû inspector Deus vt vidit auersatus damnauit, nō præfenti quidem supplicio quod cōfestim ei calamitatis sensum adimeret, sed mille mortes intentando, vt sentir alios super alios pauores & aceruatas molestias, atq; ita dignam pro maleficio pœnâ reciperet. Aliquantò post fuit quidã vir valde sanctus probatusq; cuius pietas digna visa est legislatori quæ mandaretur sacris literis. hic tēpore diluuij quod omnes ciuitates deleuit funditus, inundatis nimia vi aquarû montibus etiã celsissimis, solus vnâ cum familia seruatus est, ferēs virtutis premium longè maximum, artamē è tribus eius filiis, collati in patrē diuinitus beneficiis consortibus, vnus ausus est parentem cui salutem debebat, irridere, à decore nonnihil per imprudentiam prolapsus in dedecus, atque etiam nesciētibus fratribus nudata ostendit quæ non est fas in genitore aspici. eã ob rem nobilitate clara excidit execrationem meritis, autor infelicitatis etiam suis posteris, vt dignus erat ob neglectum debitæ patri reuerētiæ. Sed quid opus est hos in medium adducere potius quàm ipsum primû terrigenam? qui nulli nō mortali præferendus est quantû ad nobilitatem attinet, artificio summo formatus Dei manibus in statuam corpoream: animã verò adeptus non vllius creaturæ beneficio, sed inspirante ipso numine quantû natura humana capere poterat, an non igitur nobilissimus, cui ne conferre quidē licet hac parte quenquã aliû nam cæterorû decus descēdit à maioribus: maiores autem eorum faere homines, animalia mortalia, temporis momento felicitatē si qua fuerat amittentia: illi verò nemo parens aut orve vitæ, nisi Deus fuit, cuius imaginem quodãmodo referens mente animi parte præcipua, cum debuisset eam seruare immaculatam, pro viribus imitando creatoris sui virtutes ceu exemplar propositas, fugerēq; his contraria vitia, dedecus & mendacium veritati honestatq; prætulit: atq; ita suo merito pro immortalitate mortalem vitã accepit, excussus è felicitate, prolapsusque in erumnas ac miseras, verûm hæc lex communis esto mortaliū omnium, qua præscribitur ne quis virtutis expers claro genere natalibusq; splēdidis magnopere sibi placeat, cæterum

Iudæi

Iudæi habent & alia exempla peculiaria. oriundi sunt enim ab illis, quos maiorum suorum virtutes nihil iuuerant, obnoxios grauibus criminibus, etiam si nemo argueret præter conscientiam, cuius solius tribunal nullis verborum technis circumscribitur. primus gentis conditor multos liberos suscepit è tribus mulieribus, nō indulgens libidini, sed spe ampliendæ familiæ. vnus tamen è multis solus successit in patrimonium: reliqui omnes sicut à pietate degenerarūt, ita separati sunt ab eius gētilitate, cuius nullas virtutes expresserant, exciderūtq; ab illa nobilitate celebratissima. Rursum ex hoc ipso probato herede nati sunt gemelli, nihil præter manus, idque certa quadam prouidentia, habētes simile, diuersi corporibus atq; animis. nam minor vtriusq; parentis benevolentiam demerebat obsequiis, laudatus ob id Dei testimonio: maior verò ventri libidiniq; addictior quàm parentibus, minori celsit ius primogeniti, moxque celsisse, pœnitens, fratri molitus est perniciem, nihil aliud agrans animo, quàm quòd ad patris matrisq; mœstiriam faceret. atque ita euenit vt illi vota pro minore facerent amplissima, quæ Deus absque vlla exceptione rata esse voluit: alterum verò miserati hoc afficerent beneficio, vt fratri eum subiicerent, existimantes id ei fore vtile, si homo nequam in sua potestate non relinqueretur. qui si hæc seruiturem libenter tulisset, poterat mereri secunda virtutis præmia. Nunc quoniam iugū excussit contumax, sibi posterisq; lucretus est magnam ignominiam, vt vita eius nulli optanda literarum monumentis sit prodita, quò magis liqueret nobilitatē nihil prodesse indignis hac prerogatiua generis: quia mali è bonis prognati, nihil adiuti sunt paternis virtutibus, & ipsorū anima sit multimodis oblecta vitiiis. Edidit sō possū quosdã memorare viros melioris ordinis, qui orti ex illaudatis maiorib⁹ vitã vixerūt laudatissimã, ad cōvbitatis exēplar de se præbuerint posteris. primus parēs Iudæorū Chaldæus erat natione, patre prognatus dedito fiderali sciētia, vno ex eorū numero qui sidera, cælum, mūdum pro diis habētes his accepta ferunt facta hominum, ac proinde nullum rerum autorē esse credēte præter eos qui percipiuntur sensibus, & quid indignius aut magis alienum à generoso animo, quàm studio noscēdæ creaturæ prolabi in vnius antiquissimi rerum cōditoris ignorātiā, vel hoc solo nomine venerandi etiam si abessent cætera beneficia plurima, quorū iniri nō potest ratio? horum reputatione vir ille tactus non sine numine, patriam,

Q. iij cogn

cognatos, familiam deserit: sciens, ni faciat, instare sibi à multo-
rum deorum superstitione periculum, impeditura vnus Dei
quærendi studium, à quo vt sempiterno parente originem ha-
bet quicquid vel mente vel sensu percipitur: quòd si demigret,
migraturam & mentem è fallacis transcuramq; ad veritatem
à mendacio, id cognoscendi veri Dei desiderium magis accen-
sum est oraculo, à quo impigerrimum quærendi studium indu-
ctus est: nec prius vestigare destitit, quàm manifestius conciperet
animo quandam imaginem, non essentia (id enim nō est possi-
bile) sed prouidentia, quæ eus homini fas est concipere. ideo
primus credidisse Deo dicitur, qui primus inconcussam fidem
tenuit. esse vnum supremum rerum autorem, cuius prouidentia
mundus regatur & quæ mūdo continetur omnia. adeptus autē
hanc sciētiam virtutem præstantissimā, simul acquisiuit cūctas
alias, vt apud hospites suos autoritatem haberet regiam: non
propter apparatus (priuatus enim erat) sed propter regiam ma-
gnitudinem animi. itaq; honorabāt eum quasi suum principē,
suspiciētes ingenium augustius humano fastigio. nec enim ser-
monibus utebatur vulgaribus: sed diuinitatē quandam præse-
ferētibus. quoties enim arripiebatur numine, modis omnibus
mutabatur in melius, vultu, colore, statura, motu, habitu, voce
deniq; spiritu diuino supernè inspirante animā, & addente de-
corem eximium corpori, sermoni efficaciam, intellectum verò
auditoribus. quis nunc negabit hunc profugū, destitutū amicis
& familiaribus esse nobilissimū, postquā desiderio veræ nobi-
litaris, quæ ad Deum parentem refertur, toto conatu quæsiuit
eius amicitiam? quo factū est vt ascisceretur in præcipuum or-
dinem propheticū, quia posthabitis creaturis maluit ingenito
patri omnipotenti credere. regiam verò autoritatem adeptus
fuit (vt dixi) apud eos quorū utebatur hospitio, nō armis fretus
neq; copiis, sicut quidam solent imperium sibi quære, sed suf-
fragio Dei optimi maximi, piis hominibus honoris causa dan-
tis tantā potentiam ad vtilitatem eorū quibuscum versantur.
hic vir est nobilitatis regula omnibus fugientibus ignobilita-
tem externorum profanorūq; rituum, marmoris lignoque, &
in vniuersum surdis materiis numen tribuētium, migrantibus
verò ad viam rempub. cui præest prospicitq; ipsa veritas. hanc
nobilitatem non solum viri Deo chari, sed etiā mulieres æmu-
latæ sunt, oblitę ruditaris pristinae ac simulacrorum quæ colue-
rant, institutæ verò ad vnus monarchæ notitiam: cuius solius
imper

imperio mundus regitur. Thamar nata fuit in Palæstina Syriæ,
muliercula educata in patria cultrice multorum numinū, vbi
omnia plena erāt statuis delubris & id genus cæteris supersti-
tionibus: sed postquā ei contigit velut è profundissima caligi-
ne paruum quendam splendorem veritatis aspicere, capitis peri-
culo ad pietatem transfugit, nihili pendēs vitam si nō daretur
bene viuere. rectam autē vitam in eo sitā censebat, si daretur co-
lere adorareq; vnum autorem rerū omnium. quamuis duobus
deinceps fratribus ambob; scelestis nupserat, priori puella, po-
steriori ex decreto iudicum, quia prior liberis nullis susceptis
decesserat: & tamen seruata vitæ integritate, tum ipsa in bona
existimatione fuit, tum posteris suis omnibus nobilitatis exor-
diū præbuit. Verūm hæc licet exera ingenua tamen & fortasse
nō obscuris natalibus. aliæ trās Euphratem natæ in Babylonis
finibus, dotales ancillæ suas alūnas secutæ, receptæq; in viri sa-
piētis thalamum, & ipsæ peruenerūt à pellicatu in dignitatem
vxoriam, heras suas æquando propemodū illis (incredibile di-
ctu) fauentibus: sapientum enim animos non subit inuidia, quæ
si absit, bona fiunt communia: & earum filij habitati sunt pro le-
gitimis, non solum à patre, quem non mirum erat agnoscere o-
mnes ex se genitos, sed à nouercis etiam. nam hæ deposito priui-
gnorum odio curam eorum gesserunt: priuigni vicissim vt be-
nevolentia referrent gratiā. illis exhibuerūt reuerentiam quæ
debetur matribus. Fratres quoq; tametsi dimidia tantum parte
coniuncti fraternum affectum seruauerunt integrum, imò condu-
plicatum etiam, videlicet amando redamandoq; & diligentia
supplendo quod deerat natalibus, dum nothi legitimis nolunt
virtute cedere. non sunt igitur audiendi qui bonum alienum
nobilitatem sibi vsurpant, cum exceptis paucis quos memora-
uimus, hostes sint non Iudæorum tantum, verum etiam totius
humani generis, quàm late pater orbis habitabilis: illorū, quia
non sinunt eam gentem securè imitari virtutes maiorum suo-
rum: huius, quia etiam si aliqui euaserint ad probitatis fastigiū,
negant eis profore, eo quòd non sint prognati è probatis auis
atque parentibus. qua opinione nulla potest excogitari nocen-
tior, si neque bonorum degenerem sobolem sua poena seque-
tur, neque bonis malo genere prognatis reddetur debitū præ-
mium, cum lex vnumquemque non pro maiorum meritis, sed
suis propriis, vel honoret vel puniat.

PHILONIS IVDÆI, De præmiis & pœnis.



RACVLA per Mosē prophetā mandata sacris literis in tres diuidūtur species: quarum prima ad mundi opificiū, altera ad historiā, tertia ad leges latas pertinet. Totū mundi opificiū ex dignitate opificis descriptū est à creatō cælo vsq; ad formatū hominem: quorū alterum inter incorruptibiles res perfectissimū est sicut alter inter corruptioni mortiq; obnoxias. siquidem mortalia cōtexens immortalibus cōditor vnum mundum fecit, & hoc alterū principum, alterum subditorum ordinem. pars autem historica vitas malorum honorūmq; continet, præterea vtriusq; generis tum pœnas tum præmia. cæterū quod ad leges attinet, partim præceptis cōstat vniuersalibus, partim institutis particularib; . fertur ipsa legis decem capita. nō per hominem interpretē, sed ex æthere pronuntiata diuinæ vocis oraculo, articulata & ad captum rationis compositæ cæteras leges speciatim ab eodē Deo, sed per prophetā proditas. quæ omnia quoniam tractavi libris superioribus, atque etiam virtutes bello paci; necessarias, nūc series rerum postulat vt transeam ad proposita bonis præmia, pœnasq; maleficis debitas. nam legislator postquā tum præceptis monitisq; blādiōribus tū minis castigationib; q; seuerioribus suos instituit, aduocata concione leges eis consideraturis promulgauit, populus verò quasi ad sacrum certamē inuitatus, suam voluntatē non dissimulatē aperuit. Deinde alij eū pro bi virtutis athleta, spe sua non sunt frustrati. legibus certamen huius stadij moderantibus. alij molles effœminatq; ac degene res animo prius quā validius resisterent conciderunt, risus & ludibriū facti spectatoribus. Quapropter illi victores præmia tulerunt præconia cum cæteris honoribus: hi verò nō solum sine corona discesserunt, verumetiā cum ignominia molestiore quā sit vllum certamen gymniciū, in illo enim genere succubunt athletarum corpora. quæ rursus assurgūt facilem hoc verò tota vita collabitur, quā semel subuersam egrè possis restituere, cæterū priuilegia honorésq; & edinersò pœnæ decernuntur ordine cōuenientissimo, pro ratione virorum, familiarum, ciuitatum, regionum, gentium, magnorūmq; terræ tractuum, sed

sed prius honores considerandi veniunt, vel quòd vtiliores, vel quòd lauditu iucundiores, addetur tamē suū cuiq; parti exordium. Ferrat apud Græcos antiquū illum Triptolemum sublimem vectum alatis draconibus, fruges in vniuersum terrā seminasse, vt pro esu glandium alimēta mitiora genus humanū capefferet. id vt alia pleraq; figmēta relinquatur penes autores fabularum taliū, nugis sophisticis præstigijsq; magis quā veritate gaudentium. nam mox à rebus conditis Deus è terra victū produxit animātibus omnibus, præcipue hominibus, quibus in omnia quæ terra fert dedit imperiū. nā in operibus Dei nullum est serotinum, sed quicquid arte curāq; postea videtur absolutū, vtriq; semiperfectū iam antea fuerat per naturæ prouidentiam, vt non temerè artes inuētas existimare debeamus. verūm hæc aliò differēda sunt, nunc cōsideremus sementem cū primis necessariam, quam fecit cōditor ille in agro bono, scilicet rationali anima. in hac præcipuū semen est spes, à quo fonte victus ratio promanat. nā spe lucri negotiator varios quæstus aggreditur, nauclerus secundum cursum sperās maria traicit, ambitiosus spe bonorum accedit ad tractādā rempub. spe coronarum athleta subit certamina: spe felicitatis ad philosophiā animū applicat quicunq; sunt dediti virtutū studio: quòd eius ope se putent peruēcturos tum ad naturæ notitiam, tum ad vitæ actiue cōtemplatiuæq; perfectionem, quibus in rebus felicitatem sitam existimant. ea spei semina nonnulli hostiliter exurūt incensis natiuis animæ vitiiis, aut velut negligētes agricolæ corumpunt per secordiā: nec desunt qui cū diligētes coloni videātur, sibi magis quā pietatis studiosi, benefactorum causas sibiipsis tribuunt: omnes hi culpandi meritò: solus laudē meretur qui suam spem in Deo collocat, cui hoc ipsum quod est debet, conseruatur munus suū gratuito. Quod igitur præmiū est propositum victori in hoc certamine? mixtum quoddam ex mortali ac immortalī natura animal, homovidelicet, nō is ipse qui præmium accipit, nec alius tamen. Hunc Chaldei nomināt Enos, quod interpretatur homo. eam communem generis appellationem victor accipit eximiū præmium, quasi nemo prorsus hoc nominæ dignus sit, nisi qui in Deo sperat, post hanc spei victoriā superest alterum certamen in stadio pœnitentiæ: quæ ubi è bene constitutæ naturæ statu excidit, accensa repētè amore melioris propositi, à familiari cupiditate iniquitatēq; properat transire ad tēperantiam, iustitiā, virtutésq; cæteras. Nam

. duobus

duobus præmiis p̄santur duo merita, discessus à turpib⁹ & accessus ad honesta, migratione & solitudine. Sic em̄ scriptura loquitur de eo qui relictis corporis affectibus rerū nouarum avidis, transfugit ad animā: Non est inuentus, quia Deus eum trāstulerat, per hanc enim translationē manifestè significatur migratio: per id verò quod non inuentus dicitur, solitudinē intelligimus, & quidem valde propriè. Nam si ex animo decreuit homo affectibus & perturbationibus omnibus superior euadere, contemptis cōcupiscentiis ac voluptatibus, expediat se fugiatq; continuo cursu familiam, patriā, cognatos & amicos pariter. Nam consuetudo vim attrahēdi habet, vt timendum sit, ne hac captus hæreat, inclusus tanta illecebrarum multitudine, quarū imaginationibus excitantur sopita iā rerum turpiū studia, refricata memoria rerū quas præstabat obliuioni tradere. Sic em̄ multis accidit, vt peregrinando ad sanam mētem redirent excussis præferuidis amorib⁹, postquā aspectus representare imagines voluptatis desit. Nam sublatis iritamētis per inane incedit cogitatio. Quin & post migrationē satius est vitare sodalitia & amare solitudinē, nam & apud exteros presto sunt laquei similes domesticis, in quos necesse est incidere, si quis sit improvidus & delectetur multorū cōsuetudine. vulgus enim est enorme, inconditum, immodicū, culpabile, cum quo versari tendēti ad virtutē non expedit. sicut enim à longo morbo se recolligentium corpora leui momento relabuntur in deterius: ita quorū anima nunc primū sanitatem recipit, nutat mēte inualida, vt timendum sit ne in morbū recidat, iritamētis ex incauto cōiuctu accedentibus. Cæterū post poenitentia certamina, tria proponuntur præmia iustitiæ, cuius sectator geminos honores accipit: alterū salutem in perniciæ publica, alterum custodia ac tutelā omnis generis animalium, ad propagandā eorum posteritatē copulatarum per cōiugia. Voluit enim cōditor rerū omnium, vt idem homo & damnati generis esset finis, & initiū innocij, eos qui negant prouidentia, docens rebus magis quā verbis, quod iuxta legem naturæ sa autore proditā, vnus vir iustus potior sit innumeris iniustis mortalibus, eius cōiuctu indignissimis. Hunc Græci Deucalionem, Chaldæi Noam nomināt, cuius ætate ingens illud diluuium acciderit. Post eius tres filios alter sequutus est ternio sanctior & Deo charior in vna familia. Nā pater, filius, neposq;, ad eundem finem vitæ cōtenderunt, vt conditori parentiq; rerū placerent, contēptis quas vulgus miratur opibus

opibus atq; voluptatibus vnā cum honoribus, calcata etiam vanitate, quæ se ornari gaudet mendaciis, spectatoribus fucum solita facere. Hæc est illa præstigiatrix, res inanimas in numerū deorum referēs. arx magna, expugnata perdifficilis, cuius veritatis quælibet vrbs capitur, adeò subrepat in iuuetutis animos. Occupatos enim iam inde à pueritia, vsq; senectutē insidet, nisi si quibus Deus splendorē veritatis affulgere voluit. Veritatis autem aduersaria vanitas est, quæ licet agrè, cedit tamē victa viribus efficacioribus. Verū hoc genus exiguū quidem numero, pollet tamē potētq; plurimum: & quoniam eius amplitudinē totus orbis non capit, ad cælum vsq; pertinet: & cupiditate contemplandi post exquisitam cognitionem naturæ rerum visibilibus, mox transit ad incorporeas & intelligibiles, semotis sensibus vt ministris brute partis animæ, mēte verò & ratione in cōsilium adhibita. cæterū princeps ille assertor piæ sententiæ, qui primus à vanitate se totum ad veritatē magno conatu cōtulit, ad sui perfectionem vsus doctrina eximia, præmiū accepit certam in Deum fiducia. ei verò qui ingenio tā felici præditus fuerat, vt seipse magistro virtutem perdidicerit, præmiū obtigit gaudium. At illi meditati, conatu magno ac pertinaci virtutē affecto, videre Deum fuit operæ præmiū palmariū. ea fiducia, lætitiāq; perpetua, cum visione Dei coniuncta, quid cogitari potest in vita vtilius aut honestius? Inspiciamus singula diligēt⁹, & res ipsas penitus contēplemur nō cōtenti vocabulis. Quisq; Deo credit ex animo, in nulla re creata corruptibilq; collocat fiduciam, ne in his quidem quibus sibi placet maxime, vi rationali sensitiuāq; nam vtraq; habet suum consistorium, sed rationalis intelligibilia solum cōsiderat, cuius finis est opinatio. cæterū opinionū instabilitas & vacillatio vel hinc liquet, quod probabilibus tantū argumētis nituntur & verissimilibus: omnis autem similitudo fallax est, cum sit imago tantū rei quam simulat. itaq; fit vt ratio dux sensuum, dum putat eodem modo tractanda intelligibilia, subinde offensus decipiaturq; dū enim aggreditur tot indiuidua, inualidior fit destituta viribus, & deficit sicut athleta oppressus à robustiore aduersario: at cui cōtingit omnia corpora de sublimi despiciere, & soli Deo cōstāter innitī certissima fiducia, is vere felix & ter beatus censendus est: secū dum præmiū natiuam virtutem sectari, & sine pulueris tactu palmam auferenti, contigit gaudiū. Hunc enim Isaacum Chaldæi, Latini risum nomināt, risus autē est signū quo sese profert occulte

occultum mentis gaudiū, qui affectus est inter omnes alios bonestissimus, replens trāquillitate ac securitate totā animam, letam & Deo patre conditorēq; rerum omnium, & innocentibus actionibus ac cū virtute cōiunctis, etiam si nulla voluptas accedat, modò salus in tuto sit. nam quemadmodū in periculosis morbis medicus interdū corporis partē refecat, vt ad sanitatē id perducatur, gubernator quoque tempestate occupatus iacturā facit, dum saluti nauigantium prospicit, nemo tamen vel hunc vel illum incusat quasi noxium, imò vterq; re bene gesta laudatur quòd vtile dulci pretulerit: eodem modo rerum natura semper suspicienda est contentis statu rerum presentium, modò ab inualitia voluntaria, nec inquirendū quā iucūda sint quæ obveniunt, sed an more bene constitutæ rei publicæ mundus regatur ac gubernetur salutari ordine. itaq; hic etiā non minus quā ille prior maclus virtute viuit lætus, quippe immunis ab omni molestia, ne in somnis quidem expertus virā durā & terricam, eò quòd anima tota occupata sit gaudio. post hūc per naturæ benignitatem præditū genuinis dotibus tertius sequitur ille absolutus mediator, cui præmiū eximium, videre Deū contigit. expertus enim omnia quæ humana vita fert, & in his omnib' versatus non obiter, laboribus nullis vitatis nec periculis, si quo pacto posset optatam veritatem assequi, apud mortale genus multam inuenit caliginē, terra & mari, per aërem ac æthera. nam in æthere, atq; ad eò toto cælo, noctis vidit quandam imaginem: quādoquidē tota sensibilis natura infinita est, quicquid autem infinitum est, cognationē propinquā habet cum tenebris. itaq; prima ætate conuenientibus oculis animæ, præ cōtinuis laboribus vix eos potuit diducere, vt per offusam caliginē cerneret: sed repente affulsit ei purior splendor incorporeus ex æthere, & aperuit gubernari mundum intelligibilem. verū is gubernator circūfus luce purissima, nec videri nec palpari facile poterat radiis visum hebetētib; restitit tamē vir egregius cōtra tantam vim igneā immēso amore vidēdi percitus. quam generosam cupiditatem animaduertens pater miseratusq;, addidit robur visui, nec inuidit sui cernēdi copiā, quantū natura humana capax fuit eius spectaculi, videlicet vt sciret esse Deū, non quod sit etiā: nā is & bonitate ipsa melior, & vnitatis antiquior ac superior, nō potest spectari à quoquā alio. ideo ipsi soli fas est à se ipso percipi, ceterū esse eum percipitur, si non ab omnibus, ceterū ab his qui per potiorē viā incedunt. sunt enim quidā qui esse

vllum

vllum numen pernegant: alij sit ne an non sit ambigunt. alij secuti maiorum ritus potius quā certam rationē aliquā, talem Deum cogitāt qualem didicerunt à suis educatoribus: atq; ita se egregie pios existimāt, si superstitionē pro pietate amplectantur. quod si qui adiuti sciētia valuerunt imaginari rectorē atq; conditorē huius rerū vniuersitatis, ab inferis (vt aiunt) promouerūt ad supera, introgressi enim hunc mundū, velut bene cōstitutam rempublicā, & conspicati cāpos mōrēsque; plenos segetibus atq; arboribus frugiferis, variisq; generibus animantium: & hos rigari stagnis, amnibus ac torrentibus, affari vētis aurisq; miro tēperamēto quatuor annuarū vicissitudinū, præterq; hæc omnia solē, lunā, erraticā fixāve sidera, vniuersamq; cæli militiā obeuntē ordine mirifico hunc mundum dictum vero nomine: tracti admiratione cœperūt cogitare, tam bene ornatas ordinatasq; res non moueri temere: vnde necessariò colligebāt eas ab aliquo mundi opifice regi magna prouidētia. Nam lex naturæ iubet opificē operis sui curā gerere. Verū hi diuiniore cæteris (vt dixi) ab inferis progressi sunt ad supera, quasi per quasdam cælestes scalas rationibus probabilibus tendētes ad ipsum opificē. Quod si qui absq; vllō externo auxilio poruerūt ad hoc spectaculū euadere, inter sanctos verēq; pios Dei cultores referēdi sunt. in iis est Chaldaicè nominatus Israēl, quæ vox interpretatur, videns Deū, Deum inquam, nō qualis Deus sit. id enim iam dixi esse impossibile, sed eū esse, à nullo alio didicit terrestriū vel cælestium, mortaliū vel immortaliū quęcunq; elementa incolentiū: sed ab ipso solo attractus, nec tamē dignato aperire suā essentiam, id quemadmodum contigerit, operæpretium fuerit contemplari per quandā similitudinē. Solem hunc visibilem, num alia re, quā sole ipso, adiuti cernimus? quid stellas, an nō sola stellarum ope aspiciamus? lucis aspectum nōne luci debemus? ad eundē sanē modū etiā Deus per seipsum illustrat sui notitiā, cooperāte nemine, quòd ea res excedat vires omnium. ceterū coniectores isti qui dant operam, vt per creaturas perueniāt ad creatoris cognitionē, perinde faciunt ac si cognito binario scrutentur vnitatis naturā, cū debuissent ab hac initiū facere. ab hac enim binarius incipit. veritatis autem studiosi Deū adiuti Deo quærunt, & lumen ope luminis. hoc igitur quod diximus, maximum fuit præmiū, sed & aliud accepit mediator, omnino sum dictū, si tamē rectē intelligatur, optimū, id figuratē torpor nominatur. nā arrogātia superbiq; per latitudinē significatur.

dum

dam se anima diffundit quò non debet: per torporè verò fastus
tumentis & magnificè de se sentientis contractio. Nihil autem
utilius, quàm effusus impetus & animosus cōtentiones torpore
quodam reūdere: vt immodicum affectuū robur debilitatum,
larum spatium præbeat potiori parti animæ. Hic cōsiderandū
insuper, quàm conueniens cuiq; redditum sit præmium. ei, qui
discendo absolutus vir euasit, fides: quoniam discētem oportet
doctori credere de his quæ docetur. alioqui difficile imò impos-
sibile est non credente erudiri. ei verò qui felici ingenio virtu-
tem adeptus est, gaudium. læra enim res est generositas dotib⁹
naturæ ornata, gaudens acumine mentis & coniectationibus
certissimis, quibus quæsitæ sine labore assequitur, vsa monitore
domestico. est enim gratissima inuentio rerum dubiarum cō-
pendiaria. cæterum illi qui meditādo sibi parauit prudentiam,
datur visio. Post exactam enim iuuentam actiuam in senectute
vita contemplatiua succedit, optima & sanctissima, cælitus de-
missa, vt quasi gubernator in puppi ad clauū sedeat, & cursum
rerum terrenarum moderetur. Nam absq; cōtemplatione iun-
cta cum scientia nihil præclarū geritur. Vnius adhuc viri men-
tionem apponam coronati in sacris certaminibus, ne sim æquò
prolixior, ac mox reuertar ad cœptam seriem. Voco autem sa-
cra certamina, haudquaquam ea quæ vulgus nominat. Profana
enim sunt ista, vbi violentiis, iniuriis, iniustitiis, nō merite pœ-
næ, sed honores & præmia sunt proposita. ego loquor de ani-
mæ certaminibus, dum à prudentia stat cōtra vafriem & stul-
titiā, à frugalitate contra luxum & sorditiem, à fortitudine
contra temeritatem ac timiditatem, & ab aliis virtutibus cōtra
aduersaria vitia, & cum his & inter se pugnantia. Sunt quidem
virtutes omnes virgines, sed harū choros ducat pulcherrima
coniuncta cū iustitia pietas, quæ præcipua sorte theologo Mosi
obuenit. Ideo præter alia plurima præmia, quæ in eius vita in-
dicauimus, quatuor adsequutus est eximia. factus idem rex, le-
gislator, propheta & pontifex. Regnavit enim non more alto-
rū fretus copiis pedestribus, equestribus & naualibus, sed Deo,
cuius autoritate regnum acceperat, subditis volentibus ac libe-
tibus, qui numinis cælestis instinctu eum sibi principem opta-
uerant. Hunc solum memoriæ proditum est sine auro argētōq;
ac reliquis opibus regnum administrasse, confisum perspicaci,
non cæca opulentiā, & vt nil dissimulem, pro suo censu habentē
quicquid Deus possidet. idē & legislator factus est. Regis enim
est

est iubere vetariq; Lex porrò nihil est aliud, quàm iubēs agen-
da, & vitanda prohibens. Et quoniam vtrobq; incertū est quid
conducatur: accidit enim plerunq; per ignorantiam, vt vitanda
iubeamus, agenda vetemus: ideo cōueniebat tertiam adhiberi
prophetiam, ne quid erretur. Nam propheta interpret est Dei,
distantis intus oracula. Quicquid autem fit diuinitus, non est
reprehensibile. Postremò quartus accessit pōtificatus, vt pro sua
facultate prophetica sciret eum Qui est colere, & quādo subdi-
tis res prosperè cedūt, gratias illi ageret: quòd si vlla incideret
offensio, supplex impetraret veniā. Hæc cū ad idem genus per-
tineant, debent contineri cooptariq; mutuis vinculis, & in eodē
requiruntur homine, vt si cui quod vis desit horū quatuor, clau-
dicantis reipub. imperfectus princeps censendus sit. Hactenus
de præmiis viritum propositis: eodem modo proponuntur & fa-
miliis integris, & numerosis gentibus. Iam inde ex quo popu-
lus noster in duodecim tribus distributus est, totidem cōstituti
sunt tribuū principes, non solū ex eadem gēte ac familia, sed &
germanitate iunctissimi. Vnus enim cōmunis pater fuit omni-
bus, cōditores verò totius gentis, auus horū & proauus. Is pri-
mus omniū postquā à vanitate transiuit ad veritatē, valere ius-
tis disciplinis Chaldaicis & præstigiis, vt perfectiore contēpla-
tione frueretur qua facillè captus est, nō aliter quàm ferrū ma-
gnete trahitur, ex sophista sapiens factus est. Hic multorū filio-
rum pater, vnum probauit ex omnibus, ancorā sui generis, cui
fidere tutò poterat. Ex eo prognatus filius generosæ & suapte
natura eruditæ indolis duos suscepit liberos: alterū ferū & indo-
litum, totū iræ cupiditatēq; obnoxiiū, & in vniuersum pro bru-
tā parte animæ pugnantē contra ratione præditam: alterū verò
partes secutū, rationis propugnatorem, aduersariū imprudētiæ.
hic est inter primos gentis cōditores tertius ordine, solus prole
numerosa felix, quam ei totam incolumē seruare cōtiguit: haud
secus ac fortunatus agricola tota segete salua, & ad frugē ma-
tura spectando fruitur. Verū quæ de horū trium singulis narrā-
tus venit, quisquis incipit discere, statim à ruditate migrat ad
scientiam. ruditatis autē est multiplex. ideo primus ille quāuis
multorum pater, vnicū ex his fertur agnouisse pro filio, nam &
qui discit, sobolem è ruditate susceptā abdicat, & vt inimicam
recusat. quandoquidem sic nati sumus homines, vt priusquam
R. absol

absoluator in nobis ratio in collimitio siri virtutis & vitij, ne
trodem vergamus. Vbi verò mēti succreuerunt pinnula, & ani
ma concepit illius summi boni quandū imaginē, iam volucris
facta vltro id appetit, à tergo relicta cognata malitia: quā per
peruo cursu fugiens, vertit se ad viā cōtrariam. & hoc est quod
sacra scriptura subinnuit, dū ait illū bona natura præditum ge
nuisse geminos filios. omnis enim hominis ab ipsa natiuitate
anima gemellis est grauida, quippe quæ malum (vt dixi) & bo
num concepit ex vtriusq; imaginatione. Vbi verò in beatā feli
cēmq; partem incidit, ad bonū proclinat perpetuò, nō ampli⁹
ambigua pendens in æquilibrio. At cui præter bonū ingenium
institutio quoq; bona contigit, & insuper tercia in virtute con
templanda exercitatio, ita vt hæc omnia non in superficie hæ
reant, sed impressa sint altius, & sibi inuicem velut neruis qui
busdam adstrictis cum viribus sanitatem adipiscitur, pudore
tinctā, & bonū habitū præ se ferentē pulchritudine. Sic anima
per naturam, disciplinam, meditationem, res optimas, cōpleta
virtutibus, & nihil sibi ad incrementū faciens reliquū, gignit
perfectum numerū, bis senos filios, ad similitudinem signiferi
circuli, vt hic degat felicius. Hæc est illa integra familia, perfe
cta & coharēs tum in apertis scripturis, tum in significatis sub
eis latentibus, cui præmium contigit vt gentis tribus cōderet:
quæ processu temporis aucta in multitudinem maximā, consti
tutis legitimis ciuitatibus & disciplina prudentiæ, iustitiæ, san
ctitatis, cæterarūmq; virtutum, propagata est amplissimè. Hæc
sunt præmia prisca illis viris laudatis publicè priuatimq; red
dita, sicut nō sine figuris dictum est, ex quibus etiam reliqua fa
cile possint intelligi: superest vt deinceps pœnas malis proposi
tas dicamus in genere, quandoquidē vt singularim scribatur,
tempus non patitur. Exitit quidem fratricida mox ab initio,
nondum multiplicato humano genere. hic est ille primus sce
lestus, qui primus puram terram cruore hominis imbuit, qui
primus effusam eius fecunditatē vbertatēmq; florētissimam
inhibuit, qui primus corruptionem generationi, morem vitæ,
iustū gaudium, mala bonis opposuit. quas igitur dignas pœnas
luere potuit, qui in vno facinore nihil prætermisit impietatis
ac violētiae: respōdeat forsan aliquis: si capitali plecteretur sup
plicio. Verū ista hominū est cogitatio, magnū illud tribunal
non respiciens. Homines enim vltimum supplicium mortem
existimant: at hæc in diuino iudicio vix est pœnarum initium.

Que

Quoniam igitur nouum erat facinus, oportebat ne nā pœnam
in id statui. & quam tandem vt semper moribundus viueret,
damnatus morte infinita quodāmodo. Sunt enim duæ mortis
species: altera, mortuum esse, quæ quidem bona est aut indiffe
rens: altera, ipsum emori, mala omnino, & quò diuturnior
eò grauior. Cōsidera igitur quomodo sit is in morte perpetua.
cū sint quatuor affectus animæ, duo circa bonum præsens aut
futurum, gaudium & concupiscentia, duo circa malum instans
aut venturum, dolor & timor, altera illa bona copula radicitus
excisa est, ne vnquam vel gauderet, vel aliquid boni cuperet, al
tera verò mala incita est ei penitus, mœstitia tranquillitatis
expers, & timor nulla securitate dilutus. At enim sacra scriptu
ra, eam execrationem inflictam fratricidæ, vt semper gerneret
ac tremeret. & signo eum notatum ne interficeretur à quoquā,
neve semel morte defungeretur, sed vt aratam totam moriēdo
exigeret, vt diximus in doloribus, molestiis, calamitatibusq;
indefinitibus, idq; sine intermissione: & quod est omnium gra
uissimum, mala sua sentiret, cruciatūq; præsentibus, atq; pro
spiciens imminetia, præcauere non posset, omni spe sibi absci
sa, quam Deus generi humano indidit, vt habentes intus conso
laticem domesticam, leuius ferrent molestias quicunq; nō pa
trarunt inexpiabilia. & quemadmodum torrente correprus ti
met aquas quibus trahitur, atq; magis etiam que supernè inū
dant: eodem modo mala præsentia maiorum metum afferunt.
metus enim tanquā è fonte molestias exhibet. ita in fratricidā
animaduersum est. extant & exempla in totas familias edita,
coniuratas in societatem sceleris. hi fastu infano turgidi, aduer
sus sacerdotes coorti sunt, non contenti adituorum, in quo tum
censebantur, ordine, quò ad primum aspirarent & amplissi
mum. itaq; autore cōiurationis viro inter ipsos natu maximo,
qui se cæteris ab officio decedentibus ducem præbuerat, deser
rofano & sacri tabernaculi vestibulo, ruebant in ipsa penetra
lia, iubendo sacerdotes loco sibi cedere. quo facto, tumultus, vt
par erat, excitus est in vniuerso populo, cū temerarentur quæ
turhari nefas est, & valde confunderentur cæremonia, adeò vt
præfectus genti rem ferret ægerrimè. ac primū quidem pro so
lita grauitate iram cōpescuit, erat enim ingenio mitissimo, co
natus eos verbis ad meliorē mentem traducere, ne transgrede
rentur præfixos terminos, neve nouitates inducerent in religio
nem sanctissimam. à qua penderet salus reipubli. sed quoniam

R ij nihil

nihil proficiebat apud surdos ad omnia, & putaret eum domestico affectu victum, fratri pontificatum, fratris vero filiis sacerdotium dedisse, non grauatim hoc quauis graue ferebat: illud vero grauissimè, & videretur oraculis, ex quorum sententia sacerdotes optabantur, illudere. Quod autem faustae imprecationes quas propheta benedictiones vocare solet, priores sint, liquet è sacrorum literarum testimonio: Si, inquit, diuinis mandatis obedientes fueritis, nec tantum in aures hæc admiseritis, sed per omnem vitam factis expresseritis, dabo vobis de inimicis vestris victoriam. Non sunt enim nimia præcepta, nec grauiora quam vt perferri possint viribus accipientium: nec longè bonum illud abest, aut trans mare, aut in extremis orbis finibus, vt opus sit diuturna laborio saque peregrinatione: nec iubemur hinc repente sublimes in caelum migrare, quod non nisi penatis alatisque potest contingere: sed in proximo est situm in tribus cuiusque nostrum partibus, ore, corde ac manibus, verbis, cogitationibus atque operibus. Nam si non discrepent sermones à consiliis, si dictis facta consonent, omniaque hæc inter se respondeant coniuncta coaptataque; insolubili vinculo, præsto erit felicitas, hoc est veracissima sapientia prudentiaque, quarum altera Deum colimus, altera dispensamus humana negotia. ergo donec legum præcepta intra verba consistunt, parui & penè nullius momenti sunt. quod si accesserint facta his consentanea in omnibus vitæ studiis, tum verò tanquam è profunda caligine in lucem subducta, illustrabuntur egregia fama simul atque gloria. Quis enim nisi natura malignus & inuidus non fateatur, hoc solum genus pollere scientia sapientiaque, cui datum est diuina mandata non in cassum accepta suis actionibus exequi, & cum laudandis dictis paria facta coniungere? hoc genus propè Deum habitans imaginat semper æthereas pulchritudines. & cælesti amore ducitur: vt roganti quænam sit gens magna, non ineptè responderi possit: cuius preces sanctissimas Deus exaudit, & exoratur ab inuocantibus se pura conscientia. Quonia autem inimicorum duæ sunt species, vel hominum per cupiditatem immodicam de ludæis contendentium, vel ferorum animalium suapte natura nobis infestorum, de utroque separatim dicam, incipiens à bestiis naturalibus hostibus. Nam hæc non erga vnquam civitatem gentemve affectæ sunt hostiliter, neque ad certum temporis spatium, sed per infinita secula. Harum pars hominem vt herum metuens, odio timori mixto prosequitur: pars verò audacior per occasionem eum aggre ditur, quæ infirmiores sunt, ex insidiis, fortiores verò aperta

vi &

vi & propalam. perpetuum enim hoc bellum nullas admittit inducias, quale lupis cum agnis, omnibus hominibus, & omnibus bestiis vel terrestribus vel aquaticis mutuo se infestantibus: quod dissidium mortalis nemo, sed solus Deus potest tollere: quoties aliquem salute dignum æstimat, miribus sedatisque præditum moribus, societatis amatorem & concordiam, qui aut profus nesciat inuidiam, aut eam maturè reliquerit, bona sua libenter comunicantem in utilitatem publicam. nam si tale bonum exoriretur in vita, possemus etiam sperare tempus illud quo feræ mansuescerent, & ante omnia ferini affectus qui stabulatur in anima, quo quid esse possit felicius? alioquin nonne stultitia sit, credere fore vt effugiamus bestias noxias, cum in nobis ipsis feritatem augeamus indies: non desperandum igitur mansuetis nostris moribus posse cicurari & animalia? tum demum opinor leones, vrsos, pardos, & Indicos elephantos atque tigrides, cæteraque inuicti roboris, à solitario victu transitura ad sociabilem paulatim deposita ferocia, & more gregalium latura consuetudinem hominum cum quadam velut erga dominos magistrorumque suos reuerentia: nonnulla etiam eò processura, vt heris gestu caudaque; adblatiantur in morem cellarum Melitenium. tunc & scorpiorum serpentumque; venena cessatura, cæterorumque reptilium. habet Aegyptium quoque; flumem animalia carnes accolarum hominum appetentia, quos crocodilos vocant & hippopotamos, habent & maria multas huiusmodi species: quæ omnia bonum virum tanquam sacrum vererentur violare, virtutis ergo à deo susceptum in tutelam suam & gratiam. hac ratione sedari posset antiquum illud bellum à natura insitum & auctum longa odiorum assuetudine, bestiis etiam cicuratis & mutatis in mitius ingenium, aliud verò illud posterius natum ex avaritia cupiditateque; immodica, tolleretur opinor facile, si homines naturæ ac dignitatis suæ memores puderet hac parte haud ita multum differre à brutis animalibus, à quorum vitiores sunt quam à suo genere. Viderent enim quam sit turpe ac dedecorosum, illa quidem venenis armata & carnum humanarum avida, insociabilia solitariaque; non aspernari pacem, nec abhorrere ab induciis: hominem verò suapte natura mite animal, natum ad societatem ac concordiam, pernicaciter sauire in vitam sui similitum, ac fortasse bellum nunquam penetrabit regiones piorum, sed in ipso conatu corruet, hostibus sentientibus aduersus quales viros certandum sit firmatos inuictis auxiliis iustitiæ. virtus enim augustam & reuerendam præ se fert speciem,

R. iij & sola

& sola potest sedendo magnas calamitates imminentes repellere. aut si præ insania rabidi ruant in bellum pertinaciter, tantisper dū cōgrediantur durabit audax superbia: vbi verò ad cōfictū venerint, discent inanem fuisse suam iactantiā, & frustra conceptam spem victoriæ. reiecti enim maioribus viribus effusissime fugient qui nos centeni, ceteros decies milleni, dispersati per multas vias qui per vnam venerant. Nonnulli etiā nemine persequente suoapte metu per equa iniqua ruent. vt facillè inter necione deleri queant. Egre dietur homo, inquit oraculum, qui bellando imperitādōq; multas ac magnas gentes subiugabit, Deo factis suis submittere debitum auxiliū. Hoc autē est imperterritū robur animi, & vires corporis firmissimæ, quorū vel alterum hostibus incuriat formidinem: ambobus verò coniunctis haudquaquam resisti potest. Eadem oracula pollicentur, quosdam hostes indignos qui pereant manibus hominū, opprimēdos à crabronum examinibus, vt ad internecionem eorum accedat ignominia foedissima, pro sanctis cōtra impios bestialibus pugnantibus. Nec solū incruenta potituros victoria, verum etiam longè latēq; fines imperij prolaturus in vtilitatem subiectarum gentiū, deuinctarū vel metu, vel pudore, vel gratia. Hæc enim tria plurimū faciunt ad constabiliendū imperium, maiestas, grauitas, & beneficentia, quibus artibus facillè perficiuntur ea quæ modò diximus. Nam maiestas parit reuerētiā, grauitas metum, beneficia benevolentiam, quæ res quoties in vnum pectus conueniunt, egregiè continent subditos in officio. Hæc sunt quæ in primis promittuntur Deū sequentibus, & eius mandata semper obseruantibus, accommodantibusq; ad hæc partes vitæ singulas, ne qua pestis aberrantibus obrepat. Secundū pollicitum est opulētia, quæ necessariò pacem & principatū sequitur. sunt autē frugales opes, quas natura postulat, alimento contenta & tegmine. alimenta præbet panis & aqua fontana, quæ nusquam terrarum deficiunt. tegminum duo sunt genera, tectū & vestimentum, quibus arcentur tempestatum iniuriæ, vtrūq; paratu facillè, modò absit superuacanei luxus curiositas. ergo qui naturæ dona boni cōsulunt abdicatis vanitatibus, parsimoniam sectantes & continentiam, in ampla rerum necessariarū copia nō desiderabunt delicias diuitum. nam verè opes fastidita familiaritate illorū improborum & perulantium, migrabūt ad homines qui bonis suis uti sciunt, non vt illi abutuntur in damna ciuium neglecta vtilitate publica. oraculū sic loquitur:

Quicumq;

Quicumq; sacra mandata custodient, his cælum demitter tempestiuas pluias, terra verò fundet prouētus frugum omnis generis, colles quoq; horum vestientur arbutis fertilissimis, nec vllum tempus præteribit vacuum beneficiis, sed alia super aliā gracia diuina cumulabitur, redeūte post mēse vindemia, post vindemiam semente, vt sine intermissione vel cōportentur fructus vel sperentur, alios aliis excipientibus, & priorū sine attingente posteriorum initia, in modum circularis cuiusdā choreæ boni nullius indigæ. nam copiosū prouētus & ad præsentis vsus & ad reponendum in futurum sufficient, nouis fructibus superuenientibus & veterū detrimenta sariantibus. interdum tanta erit fertilitas, vt veteres pro derelictis habeātur, nemine vsu eorum inuidēte cuilibet. nam quibus veræ diuitiæ sunt in cælo reconditæ per meditationem sanctitatis ac sapientiæ, hi res familiaris in terra superest, penū replente Dei prouidētia, ne mēris cogitationes & manū conatus impediātur, quo minus gnauiter se gerant in seriis studiis. cæterū qui exortes sunt rerū cælestium propter impietatem aut iniustitiā, his ne in terra quidem feliciter succedunt opes domesticæ; quòd si aliquo casu obueniant, celeriter se proripiunt, quippe quæ non vt prodesse venerant, sed vt amissæ grauiorem (sicut fieri solet) afferret molestiam. at tunc, inquit, præ nimia fertilitate facies contrarium. nunc enim absq; omni legum consuetudinūq; patriarum reuerentia propter inopiam teris foeneratorum & mensariorum limina, præssus ære alieno vsurisq; grauibus. Tūc autem (vt dixi) facies contrarium. Nam præ nimia rerum affluentia dabis aliis mutuū, idq; nec paucis nec exiguum, Deo fortunante congerentēq; tibi domi honores, magistratus & bonam existimationem rectè piēq; sentienti & promouenti rempublicam: foris verò agros tuos cumulante annuis prouentibus frumenti, vini, olei, cæterorūq; ad vitam deliciaiorem conferentium: quales sunt varii fructus arborum, & foetura gregum armentorūq;. Verū quid ista iuuant, dixerit aliquis, si desit cui relinquatur hereditas? addit igitur velut obsignans sua beneficia: nullus prole carebit: nulla erit sterilis: sed omnes ritè Deum colentes satisficient naturæ legibus quærendo sibi liberos. nam viri fient patres & quidem fortunatæ sobolis, mulieres quoque mactæ liberorum numero, res plurimū conducens ad familiarum frequentiam, cessante nulla parte cognationis appellatiōneque, dum maiores salutantur parentes, patruī, auī, auunculi,

R iij parit

pariterq; minores germani, fratrum, sororumve filij, nepotes, consobrinique, omnes sibi inuicem consanguinei. nec potest quisquam imperfectus aut brevis æui esse qui iuxta naturæ leges nascitur, nec carebit ætate illa ex his quas Deus tribuit humano generi: sed ab infantia certis deinceps ascendens gradibus emensus præfinita ætatû curricula, maturus ad mortem extremam perueniet immortalitati vicinam, felicem domum relinquens liberis successoribus. & hoc est quod alicubi vates diuinus canit dicens: Numerum dierum tuorum explebis. perpulchre usus propriis simul & aptissimis vocabulis. Nam eorum qui nec disciplinis instituti sunt, nec legibus, nec numerus initur, nec habetur ratio iuxta vetus prouerbiû. Quisquis autem disciplinam & sacras leges non negligit, hac prima dignus habetur gratia, quod in numerum & ordinem recipitur, ita ut vir bonus singulis diebus nullum sinat peccatis patere aditum, sed ab omni parte virtutibus interstitia compleat. Nam virtus & honestas in qualitate consistit non in quantitate. Vnde vel vnus dies sine culpa transactus integræ vitæ sapientis æquiparatur, quod etiam aliubi scriptura subindicat, dicens faustum felicemque viri talis tam introitum quam exitum: quia bonorum virorum motus omnes & habitus sunt laudabiles, domi forisque in rebus tum priuatis tum publicis, domi se gerentium ex arte œconomica, foris verò ex utilitate publica. Ergo si vnus vir talis in ciuitate extiterit, facile princeps euadet, ite ciuitas talis, facile circumuicina regionis potietur imperio, quod si tota natio talis fuerit, superior fiet omnibus aliis, velut caput eminentes in corpore, non tam suæ gloriæ priuatim, quam bono publico consulens. nam continua præclarorum exemplorum cogitatio simulacra quædam in animis non admodum duris exprimit: quod dictum volo honesta laudandaque imitari cupientibus, ne desperet mutationem in melius, & velut postliminio redditum à vitis ad virtutem & sapientiam. Nam Deo fauente ac propitio facilia redduntur omnia. fauet autem ille verentibus se, & ab intemperantia proficientibus ad continentiam, damnantibus errata vitæ præteritæ, & quicquid imaginum turpium fuerat in animam impressum expiatis: affectuum verò tranquillitatem sectantibus, & ad peccatam quietamque vitam recurreribus. quemadmodum igitur homines in extremis terrarum finibus habitantes facile Deus in vnum quencunq; vellet locum vel nutu contraheret: eodem modo & mentem diuturnis erroribus passim circumuagatam sectatamque voluptates ac concupiscentias molestas dominas, miseratus seruator ex auiis in viam

in viam facile posset reducere, ita ut continuato cursu fugam capesseret, non illam ignominiosam, sed salutarem, & quam ab exilio reditum appellare liceat. Hæc sunt externa bona, victoria contra inimicos, vires bellicæ, pacis diurnitas, & copia rerum quam secum pax afferre solet, diuitiæ, honores, magistratus, & laudes quæ fortunatos sequuntur ex ore amicorum inimicorumque, has metu eliciente, illas beneuolentia. nunc dicendum de magis propriis, ad corpus spectantibus. hæc quoque promittuntur virtutem exercentibus, & ductu sacrarum legum per totam vitam dicta factaque dirigentibus, fore tum familias tum ciuitates immunes à morbis & pestibus. quod si qua infirmitas inciderit, venturam non lædendi sed admonendi causa, ut mortales se mortales meminerint. ne venium superbiat. emendatos autem mores secuturam sanitatem & integritatem sensum ab omni parte corporis, ita ut cunctæ suo perfungi possint officio. æquum enim cæset Deus, probis rependi præmium, do micilium bene constructum compunctumque à sua dametis usque summa culmina (nam corpus domus est animæ congenita) idque multis de causis vtilibus ac necessariis: maxime quæ mens expiata & diuinis initiata mysteriis, digna videtur requie, ut expers sit omnium malorum corporis, quæ solent provenire ex immoderatis affectionibus vires eius infestantibus & corruptentibus. aut enim perfrigeratur, aut squallidum exsuccumque, aut diuerso vitio fluidum redditur, quæ omnia menti officium, ne possit inoffensum vitæ iter peragere. quod si in corpore sano domicilium habeat, minimo negotio vacabit sapientia, sortita vitam beatam & felicissimam. huiusmodi est mens inebriata mero beneficæ Dei potentia, & satiata sacrarum dogmatum epulis. in hac propheta Deum ait inambulare tanquam in aula quadam regia: mens enim viri sapientis est reuera Dei regia. huius proprie Deus dicitur quod est Deus rerum omnium: sicut populus eius eximius, non qui huic aut illi paret principi, sed qui sanctificatus vnicum agnoscit verum principem sanctissimum, hæc antea multis oppressa fuerat concupiscentiis, plurimis necessitatibus adigebatur ad vitia. huius miseræ Deus corripuit seruales comedes, ipsamque in libertatem restituit: hæc libertate dicendi agendumque potita per sui benefactoris fauorem inclutum, non in caudam collapsa est, sed assurrexit ad verticem capitis, quod figurate dictum sit. sicut enim in animantibus caput præcipua pars est & optima, cauda verò vltima vilissimamque: non tam necessaria ad explendum membrorum numerum, quam muscariū quoddam abigendis volucris bestiolis corpus infestantibus: sic caput &

queat: quādo potestas ei præbet lædendi licentiā, nec voluntas deest propter inueteratum odium. quamobrē Deus populo suo minatur infensos dominos, qui tractēt contrēptores diuini iuris inclementissimè, nō solum subactos ipsorū viribus verum etiā vltro deditos metu malorū inopinorū, famis atq; necessitatum similium. quidā enim minora mala eligūt, vt maiora effugiant, si tamen minus incōmodum cēsendum est post amissam libertatē imperata immitium dominorū facere, & afflicto corpore subire dura ministeria, & quotidie vidēdo ingrata spectacula, etiam animo deficere. videbūt enim in ædificiorū & plantationum, possessionūmq; partarum suis laboribus hereditatē succedere gentes hostiles, in aliena inuasuras prædia, & apparatus alieno frusturas: videbūt p̄guissimas quasq; pecudes mactari instruēdis eorū epulis, nec parci cōdimētis, vt inimici ex alieno viuant suauius: videbunt vxores, quas puellas duxerāt quærendorum liberorū gratia, sobrias, bene curantes rem domesticam, maritorū amantes, abduci pro meretriculis, & cupiēt quidam vim vi repellere, sed præter inanem tumultuationē nihil efficere poterūt, nimirū eneruati destitutiq; viribus, erunt etiā expositi quibuslibet ad omnes iniurias direptiones, abactiones, contumelias, damna, cruciatus, vulnera, perniciem, ita vt nullū hostile telum innoxium intercidat, sed omnia destinatū feriāt. execrati erūt in vrbibus & oppidis, execrati in villis & domib⁹, execrati campi etiam aruāq; cum suis segetibus, & quantū fertilis soli collibus assurgit, vestitūq; arbustis mitiorū stirpium, execrati greges pecorum non supplēdi nouis foeturis, execrati fructus omnes, in ipso articulo maturitatis euaniidi. euacuabuntur & ipsæ cellæ penuariæ, quamuis alimētis refertissimæ. nullus quæstus prosperabitur, artificia cuncta variāq; negotiationes & victus quærendi rationes nihil proderunt. Frustrabuntur enim spes studiorum omnium, & in vniuersum nihil earū rerū succedet prosperè, quæ solent feliciter euenire pietatis cultoribus. hæc est enim iniquitatis merces impietatisq; & insuper varia genera morborum corporis, singulas eius partes exedētia vel debilitantia, aut totum quantum est excruciantia, febribus, rigoribus, tabe, imperigine, morbo regio, sideratione, vomitis, serpigine totam cutem occupantibus, intestinorū vitiis, stomachi subuersionibus, pulmonis obturationibus, & respirationis impedimētis. Huc accedit linguæ paralysis, auriū surditas, oculorū cæcitas, hebetudo confusioq; aliorum sensuum, grauissima

uissima incōmoda, dilapso è sanguine venis contēto quicquid vitale in se habuerat, & spiritu qui inest arteriis, non amplius admittēte externi aëris sibi cognati tēperiē: neruis quoq; laxatis & contentionem remittentibus, vnde sequitur coaptationis consensūsq; membrorū dissolutio, defatigatorū prius saluginosū amarulentiq; fluxus impetu latēter insinuati, & postquam semel inclusus est angustis meatibus, non inuenientis facilem exitum, & per hanc conflictationem inducentis dolores intolerabiles: vnde proueniunt morbi articulares & podagrici, cōtumaces aduersus omnia remedia, & proinde ope humana incurabiles. huiusmodi calamitates quoties accidūt, miraculo sunt plurimis, reputantib⁹ quomodo qui paulò ante obelusi, carnosī, luculentiq; habitudine conspicui fuerant, tam repentina tabe collicati sint, rugosi redditi, & vix neruis hæretes atq; ossibus, opertiq; tenui cuticula, tum quomodo mulierculæ delicatæ ac tenerimæ, ab ipso atatis primordio assuefactę delicijs & voluptatibus, præ afflictione graui redactæ sint ad ferinā quādam animi simul ac corporis speciem, tum verò imminebūt hostes etiam intentando vltiores gladios. At illi miserè in oppida cōpuli, cum seq; suāq; in tuto esse credent, spe frustrati cadent inter necione quotquot erunt puberes, ex insidiis oppressi ab hostibus: q̄ si ne sic quidem emēdati fuerint, nec ab erroribus in veram viam redire voluerint, tāta innascetur animis superstium pauiditas, vt nemine persequēte fugiant, solis vt ignaui solent profligati rumoribus: & vel leuissimæ frōdis vëto agitatae strepitus tatum metū incuriet, quātum grauissima victore tergis hærete pericula, vt nec filij parētibus opitulentur, nec parētes liberis, nec germani fratribus, ne fortè dum aliis parant succurrere, amissa fugæ occasione in potestatē hostium ipsi veniāt. Sunt autē malorum hominū spes irrita: nam fugiētes non magis quàm manentes euadāt. quòd si qui abdiderint se in latebras, in hostes sibi naturaliter infensos incident, videlicet in feras agnatis armis horrēdas, quas Deus à mundo cōdito præparauit ad terrorē contumacium hominū, & ad exigēdas pœnas ab inemendabilibus. hæc non credent qui non spectauerunt vrbes euerfas funditus, quæ quondam habitatae nunc abierunt in fabulam, post ingentem felicitatem repētinis obrutæ calamitatibus, partim obliuioni traditæ, partim relatae in literas. huc accedēt tabes, & corruptis interaneis anhelit⁹ difficiles: quę tædium pressurāmq; inducēdo, vitā incertā faciēt ceu in sublimi pend

quàm quæ obuersari soleat humanis oculis, cæterorū quidem nemini, sed solis seruandis cōspicuo: tribus freti apud patrē intercessoribus, aduocatisq; vno æquitate siue bonitate ipsius patris, q̄ semper ad pœnā tardior est q̄ ad veniā. altero, priscis generis cōditoribus, qui etiā exēpti corpore nudis animis syncerum suo principi cultū exhibēt, pro filiis filiabusq; indefinēter efficacibus precibus supplices, hoc honore digni ab eo habiti, vt exaudiātur facilē. tertio verò eo, propter quē maximē à prioribus captatur beneuolētia. is est profectus eorū qui reconciliantur, alioquin nunquā ab errore in viā reductorū, cui⁹ viā haud alius finis est, quā ita Deo placere, vt patri probātur filij. vbi verò quò volebāt peruenerint, resurgēt edificia quæ modò in ruinis & ruderibus iacuerāt, & colerur deserta regio, & terra prius ad sterilitatē redacta fiet denuo fertilis: tam priscæ illæ maiorū felicitates nihili reputabūtur collatæ ad præsentē copiam, velut è perenni gratiarū Dei fonte manantē, ita vt omnibus priuatim publicèq; cōtingāt diuitiæ sine inuidia. erit enim repētina rerum cunctarū mutatio. auertet enim Deus diras in hostes respicientiū, qui calamitatibus eius gētis lætati fuerāt, cauillātes illudentesq; cōuitiis, quasi futuri perpetuò felices, & eā felicitatē per manus tradituri posteris, aduersarios verò semper vituri in miseria cōtinua duratura vsq; ad ipsorū progeniē: prævesania nō intelligētes quod præteritū fortunæ splendorē nō sibi suęve industriæ ferre acceptū deberent, qui tantū in hoc eis concessus sit, vt esset remediū patriarum legum desertoribus, dum eos vrit hostium felicitas. postquā igitur suum lapsum ploratu gemitūque damnauerint, postliminio restituētur ad maiorum felicitatē pristinā, nisi quo omnino exorbitarunt in perniciem: cæterū qui prius eorū dolorē riserant, nefastos luctuososque dies epulis celebrare soliti, & in vniuersum lætari calamitatibus, cum primū incipiēt mercedē crudelitatis accipere, sentiet se peccasse non in contemptos ac humiles, sed claris oriundos maioribus, quorū æmulatione excitari queant ad decus capessendum quod extinctum putabatur. sicut enim excisis stirpibus si radices maneant, nouæ plantæ pullulantes leuant veterum desiderium: sic in anima relicto exili virtutis semine, quamuis desint bona cætera, nihilominus inde nascētur res omnium humanarum pretiosissima atq; pulcherrimæ, quarū ope ciuitates instaurantur & frequentantur ciuibus, gentes quoque admiram populorum proficiunt multitudinem.

PHIL

PHILONIS IVDÆI, Quòd mundus sit incorruptibilis.



CVM in omni seruo negotio Deus inuocandus est, vt genitor optimus, cuius exactissimā sciētiam nihil omnino fugiat: tū verò de incorruptibilitate mundi tractaturo id fuerit prorsus necessarium. nam nec inter ea quæ sensu comprehenduntur quicquā est mundo absolutius, nec inter ea quæ intellectu percipiuntur, quicquam Deo perfectius. semper autem intellectus dux est sensui, sicut intelligibili le sensibili, & decet vt de rebus subditis scitentur ex magistro earum ac præside, quicunq; præ cæteris tenentur natiuo cognoscendæ veritatis desiderio. Ergo si exerciti in placitis temperantiæ, prudentiæ virtutumq; aliarum, absterisimus perturbationū & ægritudinū maculas, nō dedignabitur Deus puris serenisque precibus corā compellatus impartiri nobis scientiam rerū cælestiū per insomnia, vel oracula, vel signa & prodigia, sed quoniam nondū abolita sunt imprudentiæ, iniustitiæ, cæterorumq; vitiorū stigmata vix eluibilia, contēti sumus si vel vmbra quādam & imaginē veritatis inuenire dabitur. in hac autē quæstione, an incorruptibilis sit mūdus, ante omnia dispiciēdum est de significato huius vocabuli, in scriptura sæpe occurrētis, vt quid sibi velit certò sciamus. ostendemus autē tantū ea significata quæ ad præsentem tractatū faciunt. Primò dicitur mundus ambitus cæli stellati, complexus terrā cum stirpibus suis & animantibus. Secūdò cælum tantūmodo, quod intueri solitus Anaxagoras, cuidam scitanti cur ita libenter ferret subdiualia peruigilia, respondit, vt cæli aspectu fruar: cursus & recursus siderum in orbem redeuntes subindicans. Tertiò, sicut placet Stoicis, essentia quædā digesta indigestaue, vsq; ad exustionē duratura, cuius motus spatia tempus esse definiunt. Nunc autē consideratur mundus iuxta primū significatū, hic qui è celo terraq; constat, & cæteris quæ intra hac continentur. Corruptio quoq; dicitur, nūc in deterius mutatio, nūc interitus: ita vt nihil fiat reliquum, quæ nulla ratione potest subsistere. Nam sicut è nihilo nihil fit, sic nihil corruptione redigitur in nihilum. nam ex nō

§

existen

existente impossibile est quicquā fieri, & Ens prorsus interire impossibile creditur. & ut Tragicus ait, Genitum nihil emori tur: Sed transpositū vltro citroq; Formā priorem alterat: adeo stultum est sollicitū esse de mundi interitu, sed in quaestione venit tantum hoc, possitne mundus presenti ornatu amisso, & variis formis elementorū temperaturisq; dissolui in vnam & eādem speciē, an velut contractus omnimodā fragmentorū confusionem capiat, hic tres opiniones dissentiunt: alij mundū sempiternum aiunt, nec ortū vnquam nec interiturū. ediuersō alij & ortū & corruptioni obnoxii. nonnulli vtrāq; sententiam diuidunt, ortū sentiunt cū posterioribus, corruptibilem negāt cū prioribus. atq; ita mixtū dogma reliquerunt, creatū esse, sed incorruptibilem. Democritus, Epicurus, & Stoicorum turba philosophorum, aiunt mundos nascibiles ac corruptibiles, verum nō similiter. illi multos mūdus imaginātur, quorū generationem cōflictationibus & cōnexionibus atomorū tribuunt, corruptionem repercussionibus & dissolutibus. Stoici vnum mūdum asserunt, & Deum autorē eius generationis: corruptionis verō nō item Deū, sed indefessam vim ignis rebus insitā, post lōgas temporū ambages absumpturā & in semet mutaturā omnia: ex quā denuo mundū instauraturā opificis prouidētiam. iuxta horum opinionē potest dici alter mūdus sempiternus, alter corruptibilis: corruptibilis, vt nunc est ornatus & dispositus: sempiternus, post exustionē reparabilis, vt nunquā desinat. Aristoteles, nescio quā pie sancteq; doctus, ingenitū & incorruptibile mundum pronuntiat, & impietatis damnat quotquot contrarium asserunt, qui manufactis præstantiorem nō existimant solem tam magnū, Deum visibilem, & lunā cæterāq; vel fixa vel vaga sidera, omnia verē plena numine. Fertur etiam cauillatus olim se timuisse, ne sua domus vt procellarū ac tempestatū, aut vetustate, aut architecti incuria, contracto vitio corrueret: iam maiorē metum impēdere ab istis qui conentur verbis mundū destruere, alij negāt Aristotelem autorem huius dogmatis, & Pythagoreis quibusdam id tribuunt. ipse fortē fortuna in commentarium Ocelli hominis Lucani incidi, cui De vniuersi natura titulus, in quo mundum incorruptibilem nō tantū asserit, verum etiam argumentis conatur ostendere, genitū autem sed incorruptilem aiunt à Platone in Timæo dici pro cōcione deorum, vbi iuniores deos natu maximus & princeps sic alloquitur: Dij deorum, quorum opifex ego & pater sum, attēditē: quæ

à me

à me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod vinctū est, solui potest, sed mali est, quod pulchrē cōpositum est, seque habet bene, velle dissoluere: quapropter quia generati estis, immortales quidem & indissolubiles non estis. nec tamen vnquam dissoluemini, nec mortis fatum subibitis. nam voluntas mea maius præstantiusq; vobis est vinculum ad vitæ custodiam quàm nexus illi, quibus estis tunc cū gignebamini colligati. Quidam autē sophisticē interpretantur, apud Platonem genitum dici mūdum, non quo habuerit generationis principiū, sed quo, si factus est, non aliter quàm dictum est confieri potuerit: quandoquidem partes eius generari & mutari videmus. melior tamen & verior est prior sententia, non solum quia toto hoc libro patrem & conditorem & opificem illud deorum fictorem ait, mundum verō hunc opus eius & progeniem, archetypi exemplaris intelligibilis imaginem sensibilem, quicquid in illo intelligitur in se continentem, perfectē expressam vt sensu percipiatur, sicut illud perfectum intelligitur, verum etiam quia hoc de Platone testatur Aristoteles, quē puderet mentiri vt philosophum, & quia fide dignum creditur testimonium amici de amico, præsertim eius qui non fastidit doctrinam, sed superare conatus: veteres necessariis commētis, quædā nouauit per singulas partes philosophiæ. huius autē Platonici dogmatis parentem quidam Hesiodum autumant, docere illum rati mundum esse genitum & incorruptibilem: genitum quidem, dum sic canit:

Principio chaos est genitum, mox deinde parentis

Telluris spatia, & molis fundamina tantæ.

incorruptibilem verō, quia dissolutionis eius & corruptionis nusquam meminit. chaos autē Aristoteles locū putat, quia prius parari oportet id quod capiat corpora. Stoici verō aliquot aquā intelligunt hoc nomine, *καρὰ τὴν χύσιν*, id est, à fusione dictā. vteunq; est, genitum esse mundum Hesiodus manifestissimē prodidit, sed longē antiquior Moses legifer docuit Iudæos, mūdum esse genitum & incorruptibilem, quod scriptum reliquit in sacris voluminibus, sunt autē quinque, quorū primum inscripsit Genesim, sic exorsus eam: In principio fecit Deus cælum & terram, terra autem erat rudis & inuisibilis. deinde progressus aliquantum docet, quod dies & noctes, horæ annique, sol & luna mensores temporum, vnā cum toto cælo pro immortalis suæ natura permanebūt in sempiternū. Rationes eorū qui ingenitū

S ij incor

incorruptibilēmq; afferunt attoniti contemplatione tanti operis, ponemus prius, sumēdo hinc initiū. omnia quæcunq; sunt corruptioni obnoxia, duas habent causas interitus, internam & externam. ferrū & æs aliāsq; huiusmodi materias videmus absumi ex ipsis enato malo, quādo rubigine exceduntur, occupata quadam imperigine. externa vero clade perit vrbs aut domus, quādo conflagrat incendio. Ad eundem modum animalibus mors obuenit, aut interno morbo extorto, aut externa vi, dum iugulantur, lapidantur, exuruntur, aut scedo suspendio pereunt. Si & mūdus interibit, necessum est vt aut externè ab aliquo, aut ab aliqua intestina causa perimatur, sed neutrū est possibile. nam extra mundū nihil est, quandoquidē is cōstat è congerie rerū omnium, eapropter vnus & integer, & expers senij, vnus, quia si quis exclusum esset, posset inde fieri alius huic similis, integer, quia in eum insumpta est vniuersa essentia, morbi expers atq; senij, quoniam corpora quæ morbis lædi possunt aut senio, caloribus & frigoribus aliisq; cōtrarietatibus externè infestātibus subuertūtur: è quibus rebus nullū mundo est periculū, quādoquidem inclusis omnibus, foris nulla relinquitur. q̄ si vtiq; aliqd est exterius, omnino inane erit, aut otiosa quadam natura, quæ nec pati possit nec agere. Atqui ne ab interna quidem causa dissoluetur, primū quia sic pars esset toto maior ac potentior, quod est absurdissimū. nam mundus insuperabili robore præditus partes suas mouet, ipse à nulla earū mobilis, deinde cū duæ sint causæ corruptionis, interior & exterior, quæcunq; vnā admittūt, eadem & alterā. id in equo, boue, homine, similibusq; animalibus deprehenditur, quæ quoniam ferro possunt interimi, morbo quoq; intereūt, difficile enim est, imò impossibile, inuenire quod intelligibili externæ causæ obnoxium, corruptionem non capiat, per se subsistēs antequam mūdus esset, nam quod non est, ne mouetur quidem. demonstratum autē est, tempus esse motus interstitium, vnde sequitur vt sempiternum vtrūq; sit, careatq; initio, ac proinde sit incorruptibile. Dicat fortasse aliquis Stoicus disputator verbosior, fateri se tempus esse mundani motus interstitium, sed non huius tantummodo præsentis, verū & eius qui post exustionem fore intelligitur. cui sic respondendum cēseo: ò bone, peruertis nomina, mūdum vocas qui inornatus sit. nam si hic quem videmus, verè apteq; mundus vocatur, ornatus ordinatusq; summo & diuino artificio eius in ignē mutatio merito nominari potest perturbatio

batio. at Critolaus musarū amator & peripatericæ sectator philosophiæ, dogma de sempiternitate mundi approbans, talibus argumentis vtitur: Si mundus est genitus, ergo & terræ terra, ergo & humanū genus. at homo ingenitus ab æterno subsistit sicut declarabitur, si tamen demonstratione in re tam euidenti opus est. sed opus videtur propter fabularum autores, qui mendaciis vitam replent, veritate profligata è domibus & vrribus, atq; etiam è singulorum pectoribus, excogitatisq; speciosis verbis ac meritis ad illiciendos fatuos, quorū aures incārant falluntq; sicut oculos deformes meretriculæ, adscititio adulteriōq; decore eos præstringētes, cū natiuo careant. aiūt enim hominum ex hominibus generationē esse naturæ opus recentius: antiquius autem ex terra, quandoquidē hæc creditur mater cōmunis omnium. & illos Græcis decantatos fatuos homines, ex terra prognatos sicut nūc nasci solent arbores, perfectos armatosq; terræ filios. id verò figmētū esse fabulosum liquet multis modis, iam primū ex quo humani generis præceps natus est, oportuit eum stasis temporib' crescere. gradus enim quosdā ætatum natura cōdidit, per quos ille ascenderet ac descenderet: crescendo ascenderet, decrescendo verò descenderet. terminus summus ascendentis est vigor, quò vbi quis peruenit, non progreditur amplius, sed quemadmodū cursores in diuulo quem vocant, cursu retrorsum flexo decurrit iterum per eadem vestigia, donec in senectute deficiat. quosdam autē perfectos natos opinatur nemo, nisi forte ignarus legum naturæ inuolabiliū. mentes enim nostræ vitiatæ contagione adiuncti sibi mortalis corporis, non mirum si sunt mutabiles: sed vniuersi natura omnipotens, quæcunq; semel decreuit ab initio, constanter seruat intra præscriptos terminos. ergo si vnquam placuisset ei nasci perfectos homines, nunc quoque sic nacerentur, nusquam infans, nusquam puer, nusquam esset adolescens, sed vir confestim, & fortasse nec senio nec morti obnoxius. nam cui nullum incrementum, ei ne detrimentum quidem accidit. proinde mutationes quæ virilem ætatem antecedunt, proficiunt in melius: quæ verò deinceps sequuntur vsq; senectam & obitum, deteriores fiunt in dies, cæterū cui non insunt priora, ne posteriora quidem inesse, probabiliter creditur. quid enim obstaret quominus nunc quoq; sic vt olim gignerentur homines? terra certè nondū senuit, vt videri possit effæta præ senio, viget illa semper sui similis, cū sit vniuersitatis quarta pars, & ad totius salutē

pertineat manere hanc incolumē, quando & germana eius elementa nunquā senescūt. id verū esse apparet ex indefessa continuāq; huius fecūditate. irrigata enim vel fluminū stagnationibus, sicut Aegyptus, vel annuis imbrib⁹, exhaustas feracitate vires reficit, & quiete modica se refouet, mōxq; vt ante alimēta largiter animātib⁹ suppeditat. quapropter opinor poētis nō temere Pandorā vocari, quasi *πάντα δαρσύνει*, id est omnia largiētem vel iucunda vel necessaria, nō his aut illis, sed omnibus quacūq; sortita sunt animā. certē sicui daretur adulto verē pinas alāsq; sumere, & è sublimi cāpos collēsq; inspicere: quomodo illi herbas ferant & pabulū, hordeū & triticū, aliāsq; species varias, vel satas agricolatū industria, vel sua sponte prouenientes: hi verò folia frondēsq; quibus densent arbores, simūlq; fructuum copiam, quibus nō solū arcerur inedia, sed & lassitudinē succurritur (nam oleę fructus medetur defatigatis corporibus, vinum modicē potū remittit vehementes dolores animi) praeterea suaues auras exhalantes è floribus, eorūq; colores ineffabiles arte diuina picturatorū: mōxq; deflexis oculis ad arbores infrugiferas, cōtemplari seorsum siluestres populos, cedros, piceas, abietes, quercuū roborā procerissima, ceterāsq; id genus materies, quæ tum mōtes maximos tū plerōsq; pingues agros radicibus eorū subiectos opacant: agnosceret indefessum terræ semper iuuenescēntis vigorē, quā nihil diminutū sit è pristinis eius viribus, ergo nunc quoq; si vnquā antea pareret homines, duabus de causis necessariis: primū, ne ab officio suo decederet, maximē in generatione hominis, animalis omniū præstantissimi. deinde vt sublenaret mulieres, quæ grauida valde onerātur per menses fermē decem continuos, interdū etiam parturiētēs in ipso nixu emoriūtur. pfectō magna est stultitia, credere viliuam aliquam latere in terræ sinibus, quæ hominē concipiat. nā vulua est is locus in quo animal vitale gignitur, quam naturæ officinā licet dicere, aptam formādis animantibus. ea nō terra pars est, sed scēminæ, facta ad generationē; alioquī illa etiā vberibus opus haberet ad alēndos recens editos foetus a limēto cōuenientissimo. atqui nec amnis nec fons vllus in toto orbe memoratur, qui pro aqua exundet fluētis lacteis. adhæc sicut lactis egent infantes modō geniti, sic amictus & regminis, ad arcēndos æstus atq; frigora nō quid noceant tenellis etiam tum & facile sentientibus iniuriam. quam obrem obstetrices matrēsque ad quas ea cura pertinet, inuoluunt eos fasciis. at terrigenæ qui fieri

fieri potuit vt nudi relictī non statim perirēt, vel præ solis ardore, vel præ frigore. nam vtrunq; solet morbos & mortes accerere. sed quoniam semel cōtempserunt veritatem isti fabulatores, aut sunt armatos è terra producere. Quis enim erat sub terra faber, quis nouus vilcanus, vt mox armaturas excuderet? aut quid cū armatura illis primigenis, cū homo animal māfuetissimum, rationem à natura munus eximium acceperit, à qua etiā ferini affectus incantati mansuehant. fatius erat pro armis eis dare caduceum, cū rationali naturæ cōueniret insigne pacis denuntiandæ omnibus, quos armis territari nō oportebat. itaq; satis conuictæ sunt nugæ hominū, veritatem mendaciis oppugnantū. ceterū nosse debemus, perpetua successione prognatos ex hominibus homines, viro in vuluā tanquā in aruū semē mitente, muliere verò id excipiente salubriter, & natura modō inuisibili formante partes tū corporis, tū animæ, donantēq; generi humano immortalitatē quā nō donauit singulis. illud enim semper durat (mirū dictu) indiuiduis pereūtib⁹. quod si homo est æternus, pars vniuersitatis minima, vtiq; mūdus quoq; ingenuus est, ac proinde incorruptibilis. Pergit Critolaus ratiocinari: quicquid sibi ipsi sanitatis causa est, morbis caret, sicut quicquid sibi ipsi vigiliæ causa est, peruigilat. inde colligitur sempiternum esse id, quod suamet causa est essentia. mūdus porrō sibi ipsi causa est essentia sicut & ceteris rebus omnibus: ergo mūdus æternus est. illud quoq; considerare debemus, quicquid nascitur vtiq; imperfectum esse à principio, processū verò temporis augeri donec omnino absoluatur. itaq; si mundus est genitus, fuit aliquando (liceat mihi vti ætatum nominibus) puer admodum, & post multos annos euolurus, multaq; secula, vix tandem absolutus est. nā quod est lōgæuissimū, necessariō tardē ad vigorē suū peruenit. tales autē mutationes si quis credit in mundum cadere, habēdus videtur pro insanissimo, atq; ad eō pro insanabili. sic enim probaretur eū nō tantū corpore sed & animo proficere. quandoquidē etiā qui aiūt interiturū, credūt tamē ratione præditū. ergo more hominū brutus erit in generationis suæ principio, adulta ætate compos rationis. quod vel cogitare nefas fuerit, nedū proloqui. qui enim possumus hūc perfectissimum visibilem ambitū, contentāsq; in eo partes singulas, non credere perfectū semper corpore simul & animo, expertē malorū quibus genita corruptibiliāq; sunt obnoxia? Addit tres causas absq; externis asferre perniciē animalibus, morbū, senium,

inopiam, quarū nulli mundus sit expugnabilis. nam id quod ex elementis constat ad vnum omnibus, robustius esse, quam vt vlla infirmum reddi queat. vbi porro nulla sit infirmitas, ibi sanitatem vigorēq; permanere tutum à senio. sufficere etiā, si bi ipsi mūdum, cū nulla re careat, inanitionis repletionisq; nescius, que sunt vitia particularia, & crassis animalibus mortem afferunt propter appetitū eorū insatiabilē: aut vt verius loquar, vitam quavis morte miseriorē. proinde si nullā naturam aeternam videremus, minus peccarent qui aiunt mūdū incorruptibilem, quandoquidem nullum aeternitatis exēplum existeret. sed quoniam factorum series iuxta præcipuam physiologorum sectā caret sine simul & principio, causas sine intermissione cōtexens: cur non etiam mundi naturam dicamus lōgæuam, quæ rerum indigestarum ordo est, incompositarum cōgruentia, inconcinnarum cōcinnitas, distantū vnitas, lignorum saxorumq; habitus, factorū & stirpium indoles, anima omnium animalū. hominū mens & ratio, bonorum virorum virtus perfectissima. Quod si mūdi natura ingenita est & incorruptibilis, liquet mūdum quoq; contineri sempiterno vinculo, quod fateri etiam diuersi dogmatis assertores quidam vi veritatis coacti sunt, vt est diuina pulchritudo veritatis, sicut mendacij fœda deformitas. Sic Boethus, Posidonius, Panætius, viri Stoica doctrina valētissimi, tāquā correpti numine, omisis exustionibus & instaurationibus, trāsferunt ad diuinius de incorruptibilitate mūdi placitū. Quin & Diogenes etiā iuuenis fertur subscripsisse huic sententiæ. Ergo cū cōstet nihil extra mūdū relictū vnde imineat ei periculū, ne intra ipsum quidem tale quicquā inuenietur, vt supradictis rationibus demonstratū est, quod alteri ex his causis nō sit, ne alteri quidē esse obnoxium. testantur & quæ in Timæo legimus, mūdum nec corrumpi, nec morbis tentari. Ex his quatuor singula integra mūdus recipit in suam substantiā. ex omni quippe igni, aëre, aqua, terra, ipsius faber ita eū cōposuit, vt nullam cuiusquam istorū partem aut vim extra relinquere: idq; hac ratione fecit, primū vt totū hoc animal quāmaximè perfectū ex perfectis partibus esset. dein vt esset vnū, cū nihil extra relictū fuerit, ex quo generetur alterū, denique nequis id morbus, nequod senitū attingeret, videbat enim eā naturā esse corporis, vt importuna caloris aut frigoris, aliarū rerum nimis vehemētium accessione lædatur, & in morbos senitūq; impulsū deficiat. quam ob causam rationēq; vnum totum

totum ex omnibus totis & perfectis absolutum. expertem morbi senitūq; Deus mundum cōstituit. Hactenus Platonis de incorruptibilitate mundi testimonium, quod autem non sit genitum, naturalis attestatur veritas. nam quicquid est genitum, necessario dissoluitur: quicquid autem non est corruptibile, ne genitū quidem fuit. nam & autor huius trimetri, Neci debetur quicquid vsquam nascitur: videtur nō malè colligere. & aliās sic argumentari licet. quæcunque composita corrumpuntur, dissoluntur in id vnde fuere composita. dissolutio porro nihil est aliud quā rerum singularum in pristinam naturā reditus. ergo à contrario compositio præter naturam res in vnum cogit, id quod videtur verissimum, homines enim ex quatuor elementis, quæ tota in vniuerso sunt, cælo, terra, igne, aëre, particulas quasdam mutuati, ex ea temperatura mixti cōfectiq; sunt. quæ autem permiscetur, naturali situ priuantur, caliditas sublimi, frigiditas humili, dū posita grauitate subleuatur & in summū locum demigrat, quem caput maximè terrea nostri pars occupat. violēto autem vinculo nullū inutilius aut minus durabile. celeriter enim à vinctis rūpitur, reluctantes & naturalē motum desiderantibus ad quem properant. nam vt ait tragicus:

E terris orta, terra rursus accipit.

In cælum quicquid est suum reuertitur.

Genitum nihil emoritur:

Sed transpositum vltro citroq;

Formam priorem alterat.

omnibus certè quæ corrumpuntur lex præfinita est hæc vt quando contemperantur discedant à naturali ordine, demigrantque in loca contraria, & peregrinentur quodammodo. quando vero dissoluntur, in natiuas suas sedes ceu postliminio reuertantur. at mundus expertus est perturbationis de qua loquimur. nā si esset corruptibilis, videremus nunc partes eius nō suo loco naturali cōsistere, id quod cogitare nefas est. optimum enim & aptissimum sitū cunctæ mundi partes sortitæ sunt, ita vt singula sede sua tanquam patria contentæ non requirant mutationem in melius. propterea terræ attribut⁹ est locus medius, quò feruntur omnia terrestria, etiam si in altū iacias; quod est natiui situs indicium. Vbi enim quidque spontè nō coactum sistit quiescitq; ibi habet locum propriū. dein aqua super terram diffunditur, aër verò ignisq; sursum secesserūt à medietate: aër quidem sortitus ignis & aquæ cōfinium, ignis autem quæ sunt editissima.

S v proinde

proinde quamuis accēsam facem ad terras deferas, flāma nihilominus tender in cōtrarium, & naturali motu ignis subleuata recurret retro vnde venerat. Ergo si praternaturalis motus in aliis animalibus corruptionem efficit, in mūdo autem singula partes ordinem suum & naturalē situm retinet, iure possumus eum incorruptibile dicere. illud quoq; liquet cuius, naturā singula quorū natura est, cupere conseruare, atq; adeo si liceat immortalia reddere: vt stirpes natura stirpiū, animātium verò natura animantes singulas: sed cū sit particularis necessariò deficit, nec potest ad æternitatē perducere. nam aut defectus, aut æstus, aut frigus, aut aliæ noxæ plurimæ lædere solitæ inuadunt, cōcutiunt, & tādē abrūpt vinculum. quæ nisi externe infestarent, quātum in ipsa natura est paruas æquē ac magnas res seruaret incolumes. ergo necesse est mūdi quoq; naturā salutis eius esse cupidā. nec enim particulari est deterior, vt nō fungatur officio & morbum pro sanitate, interitum pro salute afferat, quādo humeris supereminet ingēs, Agnosci facilis forma, pulchræ licet omnes, id si verū est mūdi corruptionem non recipit. Cur ita quia natura eum continens inuicti est roboris, & omnibus reb' noxiis potētior. ideo rectē Plato: Nulla, inquit, decessio fieri poterat, nulla accessio. quō enim aut vnde? cū ipse seipsum alat de suo, ipse in seipsum agat, & à seipso patiat. nam tali arte autoris sui conditus est, vt sufficiat sibi potius quā indigeat. Egre giè tamē eādē sentētiā astruit illa quoq; ratio, qua multos sibi placere video, vt exacta & incōuincibili. quærun enim, cur Deus mundum perderet? vt nullum posthac cōderet? an vt repararet alium? primū illud Deo non cōuenit, cuius est ē perturbatione ordinem, nō ex ordine perturbationē facere. præterea videtur capax pœnitentiæ, quod est animi vitii. debuerat enim aut non cōdere mundum, aut postquam semel condere placuit, gaudere condito. postērius verò nō exigua scrutatione dignum est. si enim pro hoc præsentē reparabit alium, is fiet aut deterior aut similis aut melior, quæ singula sunt reprehensibilia. nam si quidem mundus deterior, opifex quoq; deterior. atqui nec vituperium, nec reprehensio, nec correctio cadit in absolutissima diuinæ artis opera. nam vt est in prouerbio:

Nec mulier tam mentis inops, vt recta relinquens,
Deteriora malit, illāq; posthabeat.
magis decet Deum formare informia, & turpibus addere mirā
pulchritudinē. sin autem similis, incassum laborat artifex nihil
à par

à paruulis pueris differens, qui sæpe in littore per lusū tumulos arena: excitāt, mōxq; manibus eisdem diruūt. præstat enim nihil demendo addendōve, nec in melius deteriusve mutando, sic eum vt ab initio factus fuerat immotū sinere. quod si meliorē fabricabit, melior fiet etiam opifex, ideōq; cū priorē pararet imperfectus arte ac proposito: quod ne cogitare quidem fas est. Deus enim semper est sibi par & sui similis, nec in deterius nec in melius proficiēs. hominū est hæc inæqualitas, tum incrementa tum detrimēta in vtramvis partem recipientiū, sicut & alias mutationes in cōtrarium. Adhæc cū mortalium opera conueniat esse corruptibilia, probabiliter creditur illius immortalis opus incorruptibile: quandoquidē rationis cōsentaneū est opera similitudinē referre sui opificis. Quī & illud cui libet est perspicuum, terra pereūte, necessariò perire totū genus terrestriū animalū, aquatilia verò aqua pereunte sicut post aëris ignisq; interitum sequi interneccionem ex igne genitorum & volucritū. eadem ratione si cælum interit, peribit sol & luna, peribūt reliqua sidera tum fixa tum erratica, torāque illa sensibilibus deorum, vt olim creditū est, militia beatissima. id verò nihil esset aliud, quā opinari mortalia numina: quod æquē absurdū fuerit, atq; hominum immortalitatem credere. atqui in hac dignitatum collatione postērius hoc fit verissimilius, vt quod contingat per Dei gratiam. nam fieri potest vt mortalis immortalitate potiatur, sed deos hanc amittere non est possibile. quicquid delirent homines. Certē qui mūdi exustiones instaurationesq; inducunt, deos fatentur sidera, quæ tamē imprudenter suis verbis enecāt. fatius fuisset ea lapides ignitos dicere, sicut quidam de cælo nugātur quasi de carcere, quā diuinis cælestibusq; naturis adimere immortalitatem debitam. nunc in tantū aberrarunt à vera sentētia, vt non sentiant se prouidentiam quoq; (ea est mundi anima) tollere atq; pessundare tam friuolis rationibus. Certē Chrysippus inter suæ sectæ homines laudatissimus, in tractatu De crescente, talia quædā portēta cōminiscitur: præfatūsq; impossibile esse duo specifica cōsistere in eadē substantia subdit: Pingamus verbi gratia quempiam integrum, alterū verò vno pede mutilum. hūc Theonem, illum Dionem vocari. postea Dioni pedem abscisum. si quærarur vter corruptus sit, de Theone dicetur id magis proprie. Atqui hæc mira magis quā vera sunt, qui sit em vt Theon illæsus perierit, Dion absciso pede non perierit? Rectē, inquit, Dion enim præciso pede recurrit ad

ad imperfectā Theonis substantiam, & duo specifica in vno subiecto esse non possunt. vnde necessariò cōsequitur, Dionem permanere, Theonē verò perisse. hic tragicus diceret: non ab aliis, sed nostrismet pennis capimur. hanc enim ratiocinationis formam aliquis ad modum trāsferens, posset colligere corruptioni abnoxiam prouidentiam. aduerte quomodo. ponamus mundum quasi Dionē: integer enim. mundi verò animā quasi Theonem: quoniā pars toto minor est. adimatur nūc sicut Dionis pes, ita mundo quicquid inest ei corporeū. ergo necesse habebimus dicere, mūdum quidem non perisse adempto corpore, sicut nec Dionem resecto pede: sed mundi animā, sicut Theonē illæsum. mūdus enim ad minorem substantiam; recurrit, adēpta sibi parte corporea: anima verò eius perit, quia nō possunt eidem subiecto inesse duo specifica. nefas est autē dicere mortalem prouidentiam. quòd si hæc immortalis est, mūdus quoq; incorruptibilis erit necessariò. maximū tamen æternitatis eius argumentū est tempus. nā si tempus ingenitū, necessariò mundus quoq; ingenitus. cur ita? quia vt ait magnus ille Plato, dies & noctes, mēses & annorum circuli tēpus indicant. id autem nō potest consistere sine solis motu & totius celi ambitu. itaq; definitores rerū rectè statuunt, tempus esse mundi motus interstitiū, sed ne hoc quidem sanum est. fit enim mūdus genitor & autor tēporis. inconuenientissimum autem fuerit cogitare, fuisse aliquando tēpus quādo mundus non erat. caret enim huius natura tam sine quā principio. nā ex his ipsis. Erat, Olim, Quando, tēpus cōtēxitur. iuxta hoc autē dogma cōsequitur, ne exustionis quidē tēpus tandem fore. non iuuentuti enim sed senectuti maiestas cōtingit, præsertim in rebus quas nō brutus & fallax sensus iudicat, sed mēs purissima & vigētissima. id declarabit Boethus argumentis mox dicēdis. Si est, inquit, mūdus genitus & corruptibilis, de nihilo fiet aliquid, quod & Stoicis videtur absurdissimum. quare? quia nō potest inueniri illa causa corruptionis, interna externāve, quæ mundū destruat. extra enim nihil est, nisi fortè inane, elemētis totis intra eū cōprehensis. intus quoq; nullus talis morbus est vt possit tantā molē dissoluere. quòd si sine causa corrūpitur, liquet de nihilo corruptionē fieri, quod omnino ratio respuit, atqui aiunt tribus modis corruptionē fieri, per diuisionem per ablationem præsentis qualitatis, & per cōfusionem. quæ ex discretis cōstant, greges, armenta, chori, exercitus, tum quæ è cohærentibus corpora cōpacta sunt, diuisione &

diuisi

diuisione soluuntur. per ablationem autē præsentis qualitatis, cera trāsformata, vel cōplanata priusquā resingatur in aliam speciem, postremò per confusionem, sicut medicamentū quod vocatur retrapharmacum. vires enim simplicium pharmacorū in vnum congestorū abolitæ sunt, vt ex his vna vis efficeretur eximia. quoniam ex his modo mundū corrūpi dicemus? per diuisionem? at non cōstat ex discretis, vt partes dispergantur: nec ex cohærentibus, vt dissoluatur. sicut nostra corpora, multis partibus obnoxia se potērioribus. ille verò inuictò pollet robore, & omnia longè superat. quid si per ablationē qualitatis? id quidem est impossibile. manet enim, vt aiunt aduersarij, qualitas & ornatus huius mūdi vsq; ad exustionē. quid si per confusionē? apage. tum enim fatendum esset corruptionē in nihilum redigi, quam ob rem? quia si vnūquodq; elementū separatim corrūperetur, posset mutationem in aliud capere, quòd verò simul omnia confusa pereāt, cogitatio est rerum impossibilium. Præterea si exurētur, inquit, omnia, quæ interim Deus faciet, nihilne omnino? quod meritò miretur aliquis. nūc enim inspicit singula, paternam curā gerens rerum omnium: & vt vera fateamur, aurigæ more gubernatorisq; regit & gubernat vniuersa, soli, lunæ cæterisq; sideribus, aëri quoq; ac reliquis mūdi partibus assistēs, cooperādo quicquid ad vniuersitatis perpetuitatem retinēdamq; & inculpabilem dispensationē pertinet. quòd si cuncta perierint, segnis & otiosus vitā iniucūdam viuet: quo quid dici potest absurdius? piget me vltius nefariis verbis procedere: mortem etiā in Deum cadere, si cadit otium. nā si sempiternū motum adimas animæ, ipsam quoq; rebus eximes. est autē aduersariorū opinione Deus mūdi anima. Quid illud nōne questu dignū, quomodo reparatio sequatur omnib; rebus absumptis incendio? exusta enim substantia, necesse est & ignē extinguī destitutū fomēto. qui si maneret, seruari poterat scintilla seminalis ad ornādā instruendāmq; aliā materiā: sublato autē illo, hæc quoq; vna tollitur. id verò asserere, iā duplex fuerit infamatio eius negare, quasi Deus perturbatione, cessatione ac erratis gaudeat. Inspiciamus hæc rationem diligētius. Ignis dicitur tripliciter, vel pruna, vel flamma, vel splendor: pruna est ignis in materia terrea, spiritali quadam habitudine peruadens totā vsq; extremitatē. flamma est id quod è fomite fertur in sublimia. splendor verò quæ flāma emittitur, oculos adiuuās

ad

ad percipienda visibilia, splendorē inter & prunam flamma est media. in prunas enim subsidit, excitata habet splendorem, qui fulget sine vi vrendi, ergo si exustione dissolui mūdum placet, prunae inde non fient, alioqui multum terreni relinquetur post incendium, placuit autem prius sententia que negat vllum corpus posse tam subsistere, sed terrae, aquae, aëris elementa in merum ignem abitura. at nec flamma alimēto destituta, quod ni relinquantur, ipsa extinguetur continuo. Vnde colligitur ne splendor quidem inde posse fieri: quandoquidē is per se non subsistit, quippe qui à priorib⁹ procedit, pruna flammāq; ab hac maior, ab illa minor. à flamma enim longē latēq; diffunditur, ergo cum illa priora demonstratum sit in exustione nusquam existere, nec splendor ibi aderit. nam diurnus ille splendor egregius, sole subterraneū circulum emetiēte noctu mox euāescit, praefertim si luna sileat. ergo mūdus non exuritur, sed est incorruptibilis. quod si exureretur, non reparabitur alius. ideo quidā Stoicis acutius prospiciētes fore ut conuincātur, conati sunt tāquam moribūdā huic propositioni medicinam facere, sed frustra. cum enī motus causas sit ignis, ex motu verò sumatur generationis principium, & sine motu gigni quicquā sit impossibile, negarunt post exustionē ante mundi principium extinctū iri vniuersum ignem. nā aliquantū superfore. vehemēter enim meruebāt ne toto extincto celsa rerū omnia sine spe instaurationis, rerum autore motu sublato. Verū ista figmenta sunt hominum, technas & vaniloquia contra veritatē querētium. quare? quia mundū exustione fieri prunae similit̄ docuimus impossibile, nisi super sit multa terrena substātia quae ignem capiat, sed ita nō vinceret exustio, si quid residuū maneret ē terra elemento grauissimo. necesse est igitur vt in flammam aut in splendorem abeat. in flammam, vt Cleanthes opinatur: in splendore, vt Chrysippus. sed in flamma fiet, vbi deficere inceperit, simul & semel non paulatim extinguetur. nam cum alimento viget, quo fora diffunditur, eodē destituta minuitur. id ex quotidiano vsu licet colligere. lucerna quādiu rigatur oleo, flammā emittit lucidam, quo absumpto statim extinguitur, ac ne rātilū quidē ex ea sit reliquū, quod si dicas mundum in splendore non in flammam abire, rursus simul & semel mutabitur. quare? quia per se nō subsistit, sed ē flamma nascitur, qua prorsus extincta splendor eodem momēto interit. sicut enim flamma se habet ad fomitem, sic splendor ad flammam. ergo sicut flamma deficit cum

fomite

fomite, sic splendor cum flamma. itaq; impossibilis est mūdi reparatio, nulla scintilla seminali reliqua, omnibus igne absumptis, ipso, verò igne alimentorum inopia. Vnde liquet eum esse ingenuū & incorruptibilem. ergo secundum Chrysippū mūdus reparabitur ipso igne praebēte vicē seminis, si vera est eius philosophi sententia, primū quia ē semine generatio fit, & in semen resolutio. deinde quia physici aiunt mūdum esse rationale naturā, nō solum animatū sed intelligentē atq; prudētem etiam. hinc contrarium quā ipse proponit colligitur, quod mundus nūquā corrumpatur. argumēta in promptu sunt, si rem examinae arbor est siue animal, per exustionē corruptus nunquam si bi ipse erit pro semine, attestatur iste species quae semper nobis in vsu sunt. ex quibus nulla semel corrupta, seu parua seu magna sit, habet vim profeminādi corporis. Nōne vides quae multae per singulos dies exoriantur mites arbores, quā multae siluestres, in quibuslibet terrae partibus? harū singulae quādiu stirps sana est, cum fructu pariunt & eius sustentaculum. tandē vetustate aut quavis iniuria perditae radicitus, nunquam in semen dissolutae sunt, eodē modo & animalium species, quas nemo facile numerauerit, quā diu viuūt & vigēt, emittūt genitalia se mina: post obitū nusquā vllum semen fit reliquū. stulta enim est opinio, hominē viuū octaua parte animae quae pars genitalis dicitur, vti ad profeminādum quiddā sui simile: defunctū verò toto se ipso. nam mors nō est vita efficacior: & alioqui nulla res ē solo semine absq; propriis alimētis perficitur. semē enim est fetus edit. Caue putes spicas ē solo frumēto in aruū iacto provenire: pluri mū iuuantur à terra duplex nutrimentū subministrante, humidū & aridū. in vuluis quoq; fetus formati nō ē solo viuantur semine, sed & externis alimētis rigātur, quae à praegnantē suggerūtur. quorsum ista memoro? quoniā in exustione semen solum absq; alimento supererit, igne absumptis ceteris. itaq; in regeneratione mūdi claudicabit ista imperfecta generatio, sublato quo seminale principium sustēteretur. ad miniculo: quod quidē absurdū & incōsistens esse ipse rerū effectus indicat. Itē quaeq; generationē sumūt ē semine, in maiore eo molem excrescūt, & maiore locū occupāt. videmus sepe arbores, paruatissimas ortas ē minimo granulo, & vastas beluas ē liquore natas exiguo, & hęc vt ante dixim⁹, statī à natiuitate parua sūt, cresc

crefcunt autem donec ad perfectionē veniant. at in mundo eue-
niet contrarium. femen & maius erit, & maiorem locū occupa-
bit: quod autem inde provenit, minus & loco minore circūfcri-
ptum. præterea mundus ex femine conftas non paulatim lētis
incrementis augebitur, fed è maiore mole in minorem cōtrahe-
tur. id ita eſſe qui vis facile perſpexerit: omne corpus quod igne
diſſolvitur. late diffunditur, poſt extinctā verò flammam con-
trahitur, nec eſt in re tam manifeſta opus vllis teſtibus aut pro-
bationibus, proinde mūdus ignitus fiet maior, vt pote vniuerſa
eius ſubſtantia reſoluta in ætherem tenuiſſimum. quod vt opi-
nor, proſpicientes Stoici, extra mundum aiunt eſſe inane inſoi-
rum, ne cū diffuſionem infinitā admittat, locum eius diffuſio-
nis capacem non habeat. ergo quādo intantum augetur, vt infi-
nitam inanis naturam extensione ſua propemodum exæquet,
ita ſe habet vt ſemen, iuxta rationes ipſorū, quando verò partes
eius ritè perficiuntur, extinctus ignis in aërē craſſum vertitur,
aër contractus in aquā ſubſidit, aqua item magis craſſata mu-
tatur in terram elementum omnium denſiſſimū, hæc & ſenſu
communi percipiuntur, & colliguntur ex ipſa rerū ſerie. Quin
& alio poſſumus vti argumento ſatis efficaci ad perſuadēdum
hominibus vel difficilibus, modò ne nimis contentioſi ſint. In
his quæ iugatim inter ſe ſunt contraria, alterū eſſe, alterum nō
eſſe, apparet impoſſibile. nam ſi eſt album, eſt & nigrum: ſi ma-
gnum, & paruum: ſi par, & impar: ſi dulce, & amarum: ſi dies, &
nox: & cætera ſimiliter. quòd ſi fiat exuſtio, fiet aliquid impoſſi-
bile. nam ex coniugatis alterum erit, alterum non. Age conſide-
remus rem ad hunc modum. omnibus in ignē reſolutis erit ali-
quid leue, rarū, calidum: graue nihil, aut denſum, aut frigidū,
prædictis cōtraria. & quomodo poteſt validius improbari iſta
exuſtionis perplexitas, quā ſi perſuaſum ſit natura cōiugatio-
nes has cohære. at iſta noua opinio parti alteræ æternitatem
aſtruēs, omnino tollit alterā. Illud quoq; nō alienū à ſcopo vi-
detur veritatis inueſtigatori. Mūdus ſi corrūperetur, aut ab ali-
qua externa cauſa corrūperetur, aut à Deo: ab externa cauſa non:
nihil em̄ eſt quod nō cōtineat, cōtentū autē continēt vtq; inſir-
mius eſt, à quo cōprehenditur. cæterū à Deo corrumpi eū, nefas
eſt dicere. nā Deus nō perturbationis, ſceditatis, corruptionis,
ſed ordinis, ornatus, vitæ, omniſq; boni autor creditur apud ve-
ris opinionibus deditos. meritò igit mireris aſſertoresexuſtio-
num regenerationūq; nō tantū quia pro falſis reiiciūtur cōi-
ctæ

ctæ argumentis quibus diximus, ſed & hæc ob cauſam. Cū ſint
quatuor elementa ex quibus mundus conſtat, terra, aqua, aër,
ignis, cur ignē à cæteris ſeparando aiunt in eū reſolui omnia?
cur nō (dicat aliquis) in aërem, aut aquā, aut terram? inſunt em̄
& his vires potentiſſimæ. nemo tamen dixit mūdum abire in
aquam, aut in terrā, aut in aërem, itaq; ne igniri quidem totus
verifiſimiliter dicitur, nec minus oportet conſiderantes æquum
ius mūdi partium, religione reuerētiāq; deterrerī quò minus
ram diuinā rem dicamus morti obnoxiam. nam egregia quæ-
ſtisq; tegulis ac terminis vices ſuas diſpenſantium. ſicut enim
anni circulus quaternis vicibus diſtinguitur, aliis partib⁹ poſt
alias ſuccedētib⁹, & per ambitus eoſdē vſq; recurrēte tempo-
re: pari modo & elemēta mundi vicifiſim ſibi ſuccedentia mu-
tantur, & (quod diceres incredibile) dum mori videntur, reddū-
tur immortalia, iterum atq; iterū metiendo idem ſtadium, &
ſurſum atq; deorſum per eandē viam curſitādo continuē, à ter-
ra enim accliuſis via incipit, quæ liqueſcens in aquā mutatur.
aqua porrò euaporat in aërem, aër in ignem extenuatur, at de-
cliuſis altera deorſum tēdit à capite, igne per extinctionē ſubſi-
re in terrā craſſeſcente. Vnde laudatur Heraclitus dum ait: Ani-
mam opinaretur eſſe ſpiritu, aëris exitiū generationē aquæ, &
ex aqua pereunte gigni terram ſubindicat, non proſus interi-
re dicens elementa, ſed mutari ex aliis in alia, æquo iure ſem-
per incolumi, non ſolū vt par eſt, verū etiam vt neceſſitas poſtu-
lat, quoniam imparitas iniuſta eſt, quod autē iniuſtum, idem &
origo vitij, vitium porrò exulat ex immortalitatis ſedibus. mū-
dus autē diuinū quiddam eſt, & Dei domicilium ſenſibile: quod
corrūpi aſſirmare nō eſt hominis intelligētis rerum naturæ ſe-
riem. Quidam autem ſubtilius aſſerētes mundi æternitatem,
hæc quoq; ratiocinatione vtuntur, corruptionis quatuor modi
ſunt in genere, additio, ſubtractio, tranſpoſitio, alteratio, bina-
rius addita vnitatem in ternariū corrūpitur, nec manet binarius:
ſic in ternionē vnitatem dempta quaternio, tranſpoſitione verò z
& H Græcæ literæ, quarū alteram æquidiſtātes lineæ rectæ, al-
teram obliquæ efficiunt, tranſuerſa quoq; lineæ hic recta, illic
obliqua, alteratione porrò vinū in acetū corrūpitur, ex his mo-
dis nullus in mūdum cōpetit. dicemusne illum additione cor-
rumpi

rumpi? sed quid addas cum nihil extra sit, quod non sit huius
 uniuersi pars, inclusa comprehensa; in eo auferemus forte ali-
 quid? primum si quid auferatur, fiet inde nouus mundus alius
 priore minor: deinde impossibile est corpus aliquod ab uniuersis
 suspendens diuelli separari; quid si partes transponantur? ma-
 nent immorae, nec mutant locum, nec enim terra super aquam
 atrolletur, nec aqua super aërem, nec super ignem aër. sed quae
 natura sunt grauiam terram, aqua medium locum occupabit, ter-
 ra pro fundamento subdita, aqua uero superfluente. porro aër
 ignis; ambo natura leuissimi, locum superiorem, sed non pari-
 ter. nam aër igni est pro vehiculo, quo ille sublimis vehitur.
 atqui ne per alterationem quidem corrupti eum sit uerisimile.
 aëri pollens est enim elementorum mutatio, ea uero aëri pol-
 lentia causa inconcussa firmitatis est, ut pote cum nihil uel su-
 peretur, uel exuperet. itaque dum tantum uirium recipitur quan-
 tum redditur, exaequatum ad proportionis regulam, sanitas in-
 finita salutis opifex inde prouenit: quod aeternitatis mundi ar-
 gumentum est. Theophrastus eos qui generationem corruptionemque
 mundi asserunt, ait quatuor rebus falli praecipue, inae-
 qualitate soli, maris decessionibus, corruptione singularum uni-
 uersi partium, & speciatim interitu terrestrium animalium. primum
 demonstrat hoc modo: nisi aliquando terra habuisset generatio-
 nis initium, nulla pars emineret in ea: solo aequati fuissent mo-
 tes omnes, nec in campis extaret tumuli. si enim ab aeterno de-
 lata fuisset quotannis tanta vis imbrium, probabiliter editio-
 ra subsedissent abrepta torrentibus, & ediuerso assurgentibus
 campestribus complanata fuissent omnia. nunc uero tot asperi-
 tates locorum, & multorum montium aetheriae celsitudines, terram
 non esse aeternam indicant. alioqui (ut dixi) per tempus infinitum
 superficies eius fuisset aequata in modum uiae regiae. nam aquae
 praesertim superne labentis ea natura est, ut quaedam obstacula
 ui protrudat, alia guttatim excauet, nec minus quam fossore
 durum saxosumque solum subruat. mare certe (aiunt) iam decre-
 uit, ut testatur Rodus ac Delus insularum clarissimae, nam haec quo-
 dam sub marinis undis latuerat, procedente uero tempore his
 paulatim decedentibus exortae sunt, sicut proditur earum annali-
 bus. Delum uero etiam Anaphem aliquando nominatam, ut ex utroque
 nomine fides facti fieret, quoniam *ἀναφανεῖσα ἄλλα*, id est exorta
 clara est reddita, quae antea latuerat, praeterea magnorum marium
 magnos profundosque sinus exsiccatos continenti additos, cum in-
 cremen-

cremento non contendo ora proxima, satis arbutis; confi-
 ta. superesseque in his signa inundationis pristinae, conchas mari-
 nosque calculos, & id genus alia quae fluctus solent eicere in li-
 tora, ideo Delum sic canit Pindarus: Salue diis chara, pulchricor-
 ma Latoniae stirpis gemellae patria, Ponti filia, miraculum ter-
 rarum immobile: quam mortales Delon nominant, caelites ue-
 ro beati, sidus telluris nigrae lucidissimum. Ponti filiam eam
 uocat, subindicans quod diximus. quod si minuitur mare, minue-
 tur etiam terra, & tandem post multos annos euolutos omnino
 absumetur in elementum aliud. sic aër quoque per continua de-
 trimenta paulatim euanescet. postremo in unum ignem abibunt
 omnia. tertij capitis ratiocinatio talis est. Cuiuscumque rei par-
 tes sunt corruptibiles, ipsa quoque corrumpitur, mundi partes o-
 mnes sunt corruptibiles, ergo mundus est corruptibilis, id iam
 considerandum est, quod in hunc locum distulimus: quae nam pars
 terrae (ut inde incipiamus) minuatur, & tandem absumatur ue-
 rustate nimia, saxa durissima nonne putrescunt per imbecilli-
 tatem sui habitus? qui est intensi spiritus tenor quidam, vincu-
 lum haud sane rumpi facile, quod tamen tandem rumpitur. fiunt
 primum friabilia, resoluunturque in tenuem puluerem: dein ab-
 sumuntur & omnino intereunt. aqua quoque torpescit otio, ni ue-
 tis iactetur, & foetorem non aliter quam cadaver contrahit. aeris
 porro corruptionem ignorat nemo, quandoquidem & ipse tum mor-
 tum mortem potest recipere. quoniam si uera magis placent
 quam speciosa nomina, quid aliud pestem licet dicere, quam mortem
 aeris malum suum diffusentis in animantium perniciem? de igne quid
 opus est multa dicere? destitutus alimento confestim extingui-
 tur, claudus si poetis credimus, & ex seipso genitus. ideo subni-
 ditur incensa materia, qua durate durat, deficiente disperit. idem
 aiunt accidere draconibus Indiae. subreperere illos elephantis va-
 stis beluis, ac terga uentrumque totum nexu obuoluere, moxque
 aliqua uena aperta bibere sanguinem exsugendo & exorbendo
 uide. illos uero aliquantisper resistere subsultareque; anxios, & la-
 tera pulsare promuscide si quo modo queant draconum vim de-
 pellere, sed deficiente vitali spiritu non posse salire diu: stare tan-
 tum & cutem concutere. paulo post deficientibus etiam cruribus
 exhalare animam. quibus collapsis etiam intereptores eorum unam
 perire ad hunc modum. Dracones absumpto alimento conatur
 nexus illos suos dissoluere, & expedire se cupiunt: sed elephanto
 non potest premuntur grauiter, praesertim quoties inciderunt

in terram saxosam & solidam. Torquentes enim se & nihil nõ tentantes vt dissoluatur, nihil proficiunt tanta mole tardante: donec post multos conatus irritos destituuntur viribus, & velut rupis parietis ve ruina occupati, ne caput quidem valent atrollere, atq; ita suffocari pereunt. Quod si partes mundi corrumpuntur singulae, liquet ipsum quoque compositum ex his non esse incorruptibilem. Restat quarta ratio diligenter excutienda. Si mundus (aiunt) esset sempiternus, aeterna essent & animalia, præsertim humanum genus, vt cæteris præstantius. at hunc videri, serò genitum, si quis rerum naturam examinet. est enim probabile, imò necessarium, vnà cum hominibus artes fuisse æquæuas ipsis: non solum quia his est familiare compendium earum, verumetiam quia sine his nõ licet viuere. Videamus igitur singularum tempora, omisis tragicorum fabulis, num aeternus sit homo aut aliud quodvis animal, quando ne loca quidem in quibus degunt, aeterna sunt, terra, aqua, aër: vnde apparet mundum esse corruptibilem. Sed occurrendum est his argutationibus, ne quis imperitior cedat temerè, & inde incipiendum contradicere, vnde sophistæ cœperunt decipere. Terra (aiunt) non fuisset inæqualis & aspera, si mundus aeternus esset. Cur õ boni? potest enim responderi, prominentias, istar montium nil differre ab arboribus: & quomodo ille certis temporibus nunc frondent nunc amittunt folia, rursúmque repubescunt: vnde illud poëticum:

Quorum hæc ventus humi fundit, rursus illa virefcens
Profert sylua, simul veris iam afflauerit aura.

sic de montibus quasdam partes defringi, & rursus adnasci alias. sed hæc incrementa vix tandem deprehendi, quod arborum natura sit velocior, & augetur celerius: montes vero tardius, & ideo non nisi tardè augmenta eorum sentiantur. Videntur isti nescire quomodo ipsi sunt geniti, alioqui fortasse facerent. Sed quid vetat eos admoneri? præsertim non è nostra, verum è priscorum sapientum sententia, qui nihil scitu dignum in scrutatum reliquerunt. Quando ignis ille terræ inclusus suapte vi sursum fertur, ascendit ad locum sibi proprium: & quoties ei datur interspirare, secum rapit plurimum terræ substantiæ, conuerrens externè quantum potest: quæ deinde aut propius consistit, aut procedit vltius, donec in summum apicata fastigium, acutum ad formam ignis attollit verticem. fit enim tunc quædam violenta rerum grauissimarum & leuissimarum contentio, naturaliter discidentium, dum vtraque suum locum petunt, & concitantur ipso certamine. siquidem ignis terram secum trahens degrauatur eius pondere: terra vero deorsum vergens ab igne cælum perente subleuatur, atque in sublime attollitur, & vi maiore propulsa versus ignis domicilium tandem subsistit. Quid igitur mirum si montes tanta vis sustentati non sunt absumpti impetu imbrium, cum illam inclusam & tam solidè insultam haberent. Solutis enim vinculis quibus continentur, verisimiliter putarentur posse dissolui a quarum violentia: sed quoniam ignis vi adstringuntur, solidiores sunt quàm vt nequeant pluuias aquas sustinere. Hactenus contra hoc argumentum de terræ superficie, quo quidam volūt euincere, mundum vt genitum, ita etiam esse corruptibilem. Ad illud autem quod de maris incremento adferunt, responde-re possumus. Non esse considerandos solos exortus insularum, aut si quæ terræ portiones olim inundatæ, processu temporum continenti sunt redditæ: id enim nihil ad naturæ cognitionem facere, nisi veritatis studio disquiramus etiam effectus contrarios, quantum terrarum non modò in ora, verumetiam procul à mari absorptum sit, obrutumque pelago enauigetur onerariis. ignoratis celebrem de Siculo freto historiam, quomodo Italiæ continenti Sicilia quõdam adnexa fuerit? sed cum vastum vtrinque mare violentis incitatum concurreret, medium spatium ruptum & inundatum est, vnde Græci urbem in proximo sitam nominauerunt Rhegium, mutatis rerum vicibus. nam maria prius distincta confluxerunt in vnum: terra vero quæ in medio continuabatur, interuentu freti scissa est, & Siciliam continenti abrupit fecit insulam, aliæ quoque multæ ciuitates mari oppressæ deletæque feruntur, & in his tres Peloponnesiacæ, Aegira, Bura, Helicæ, quondam fortunatæ, vndis absumptæ vnà cum ipsis mœnibus. Iam verò Atlantis insula, maior quàm Asia simul & Africa, vt Plato in Timæo prodit, intra vnius diei noctisque spatium ingenti terræ motu inundationeque mersa in mare mutata fuit, non quidem nauigabile, sed cœnosum voraginosumque. Ergo nihil ad mundi corruptionem facit istud fabulosum maris detrimentum: quod vt apparet, aliubi crescit, decrescit aliubi. oportet autem non alterum tantum horum accidentium considerare, sed vtrunque, atque ita demum pronuntiare sententiæ: sicut legitimi iudices in causis ciuilibus vtrasque partes prius examinant. Tertium argumentum seipsum coarguit, quando-

T iij quidem

quidem non rectè proponitur. non enim cuiuscunque partes omnes corrumpuntur, id corruptibile est, sed cuius omnes partes simul & semel corrumpuntur eodem tempore: quoniam etiam hominem præciso digito nihil vetat viuere: quòd si totus membratim frustatimq; concidatur, confestim interit. eodem modo si vniuersa simul elementa deleantur eodem tempore, fatenda esset mundi corruptibilitas. at dum singula seorsum in naturam vicinam alterantur, immortalitatem magis quàm corruptionem adipiscuntur, iuxta illud philosophicè dictum à tragico:

Genitum nihil emoritur:

Sed transpositum vltro citroq;

Formam priorem alterat.

Stultissimum autem est de genere humano coniecturam ex artibus sumere. nam si quis hanc tam absurdam rationem sequatur, valde nouum mundum asseuerabit, vix ante mille annos conditum, quando inuentores scientiarum duntaxat quorù nomina sint prodita, non excedunt hunc annorum numerù. quòd si libet dicere artes æquæuas hominù generi, nõ temerè id asserendum est, sed ex naturali historia. ea verò quid narrat? corrumpi res terrenas, nõ vniuersas simul sed plerasq;, duabus de causis præcipuè, aquæ ignisq; nimia violentia. nam vtriusq; vehementes impetus fieri alternis vicibus post reuoluta multa secula. & quando ingruat exustio, ex æthere deorsum ferri flumina ignea, quæ deriuata discurrant per diuersos tractus orbis habitabilis. è diuerso per diluuium naturam humidã vniuersam ruere in terras, stagnare torrentes perennésq; fluuios, atq; etiã lacus ac maria tumescere, perruptisq; aut superatis riparù aggeribus, in magnam altitudinem excrecere: occupatisq; campestribus locis omnibus, primùm in vastos sinus diffundi, vergente aqua in cavitates vallium: dein disruptis terrarum angustis hos ipsos dirimentibus, omnia confundi in vnam immensam colluuiem. atq; ita diuersa vi perire habitatores nunc horum nunc illorù terræ tractuum: igne quidem monticolas iniquosa tenentes, carentésque naturali contra incendia remedio: rursus aqua, fluuiorum, lacuum, marisq; accolæ. vicinos enim aut solos aut potissimùm infestari calamitatibus. ita duobus his modis absq; infinitis aliis casibus leuioribus, cum maximæ partis hominum interitu artes quoq; necessariò deficere. nam nihil tractetur, non licet inueniri vllam scientiam. quãdo autem publica

publicæ illæ pestes se remiserint, ita vt hominum genus vires paulatim recipiat, & è reliquis cladi superstitionibus ceu repullulet, tunc artes quoq; instaurari, nõ tum primùm prouenire, quæ præ paucitate se tractantium ad raritatem miram peruenerat. Hactenus quæ de incorruptibilitate mundi accepi, vt potui prodidi. quid autè singulatim contradici queat aliàs demonstrabitur.

PHILONIS IVDÆI, In Flaccum.



ECVNDOVS post Seianum Flaccus Auillius Iudæos ex insidiis adortus est, cū infestare totam gentè, vt ille, nõ valuisset, videlicet minus quàm alter ad hoc instructus. quotquot autem potuit, vniuersos cladibus affecit grauissimis: imò cum videretur partè eorum exagitare ac persequi omnibus vbis terrarum degentibus molitus est perniciem arte magis quàm viribus. hominibus enim sæuo tyrannicoq; ingenio natis vafra metra pro viribus ad nocendum sufficit. Flaccus iste receptus à Tiberio Casare in amicorum cohortem: post Seueri obitum Aegypti præsidis, ei regioni & Alexandria: fuit præpositus, vir, vt iudicabatur ex edito initio magistratus specimine, honestissimus. erat enim in sua functione assiduus, prudens consiliis, & in his exequendis industrius: in summa, vel nemine indicante quid vis sentiebat sagaciter. itaq; breui negotiorum Aegypti euasit peritissimus, varia sint licet multipliciaque, ita vt vix pernoscantur ab his qui totam ætatem eis impenderunt. superuacua iam erat turba scribarum, cum parua aquè ac magna exactè ipse teneret, tantò melius, vt ad ostentationem diligentie vltro doceret eos à quibus modo didicerat. verùm ista quæ ad accipiendas reddendâsq; rationes pertinent, vel ad dispensationem reddituum, tamen nec necessaria, nullum specimen ostendunt animi digni qui præsit aliis: sed quæ magnificam regiãque declarant indolem, elucebant manifestius. gerebat se pro dignitate, fastu non indecoro nec inuiti magistratui. grauiores causas iudicabat cum optimatis, superbos deprimebat, verabat cœtus promiscuè multitudinis, sublatis etiam sodalitiis quæ prætextu sacrorum vacabant

mero & crapulæ, contumacibus seuerus ac rigidus. deinde inductis in urbem totamque regionem bonis legibus, seorsum recedebat copias, diligens, ordinans, exercensque pedites, equites ac velites cum suis ducibus, curansque ne quis miles fraudatus stipendio conferret se ad rapinas ac latrocinia, utque singuli occupati munia militaribus de cætero non satagerent, memor pacis rationem habendam præcipuam ex mandato principis. Dicit aliquis: Heus tu, accusatorem professus, omisis criminibus, lægam producis laudum seriem. fatin sanus es? Non insanio bone vir, non sum tam fatuus, ut non videam quid deceat. Laudo Flaccum, non quod inimicus laudandus sit, sed quo apertius noscatur eius malitia, nam qui per ignorantiam peccat, meretur veniam, qui vero prudens sciensque facit iniuriam, exculationem non habet, prædamna tus iudicio conscientiam. Cum enim in sex annos accepisset provinciam, per quinque priores viuo Tiberio Cæsare pacem seruauit tanta constantia, ut superiores præfides omnes vinceret. vltimo autem anno post obitum Tiberij Caio admoto ad habenas imperij, iam remissior sinebat pessum ire omnia, siue ob luctum defuncti Cæsaris amicissimi, quem perpetuo mœrore lacrymisque continenter manibus prosequeretur: siue quod successori male vellet, quippe propensior in germanum filium quam in adoptiuum: siue quod esset vnus ex his quorum insidiis Caij mater delata perierat, propter metum dissimulatus: aliquantisper tamen resistebat dolori, non omnino cessans ab administratione reipublice. ut verò audiuit Tiberij nepotem, Caij confortem, ipso iubente interitum, percussus casu grauissimo, humi prostratus diu mutus iacuit passus animi deliquium. viuo enim adolescensulo spes salutis non omnino extincta fuerat, defuncto autem etiam de sua incolumitate actum existimabat, nisi quod modicum quiddam eius spei supererat in Macronis amicitia, qui nihil non apud Caium recens imperium adeptum poterat, quippe qui præcipuus (ut fertur) autor principatus atque adeo salutis fuit: quia sæpenumero Tiberius decreuerat e medio tollere Caium ut malitiosum & indignum principatum: simulque ab eo nepoti suo meruebat, ne forte se defuncto ille quoque mactaretur insuper, & fieret suæ mortis accessio. sed Macro nunquam non eximere conabatur eis suspitiones huiusmodi, laudans Caium ut simplicem & minimè fucatis moribus iuuenem, adhuc sui patruelis amantissimum, cui libenter vel totum principatum cederet, vel partem eius potiorē, qua spe ille deceptus, inimicum infensissimum reliquit & sibi & nepoti

poti & familie, & deprecatori Macroni, denique omnibus mortali bus. nam cum eum Macro à recta via deflectentem & impotenter seruentem suis cupiditatibus reuocaret admoneretque, ratus esse pristinum illum Caium, dum Tiberius viueret mitē obsequereturque: miser dedit extremas poenas amicitiam nimiam funditus excisus vnā cum vxore atque liberis, tanquam onus & impedimentum superuacaneum. quoties enim eum procul aduentantem videret, sic præfetes alloquebatur: ne rideamus, sumamus vultus serios, magister adest morosus, imperatoris adulti nouus pædagogus, quando tempus ipsum ablegauit illos veteres. Postquam igitur Flaccus huc quoque in quo reliqua spes fuerat, interfectum audiit, omnino collapsus non amplius res moderari valebar, destitutus viribus animi. cum enim magistratus impos regendi sit, necessarium est contumaces reddi subditos, præsertim qui sunt natura irritabiles. quo in genere primas ferunt Aegyptij, e minima scintilla sicuti magnas seditiones accendere. cumque hereret incipit consilij, trepidabat & mutabat priora instituta omnia, ipse muratus in deterius, coepitque à familiarissimis. ut enim quisque fuit ei coniunctissimus, suspectus repellabatur: eos verò quos prius pro confessoribus inimicis habuerat, conciliatos adhibebat omnibus consultationibus: at illi pertinaciter irati, & verbis tantum simulantes fœdera, alebant rem ipsam odium: ac velut in theatro fingendo amicitiam, totum in potestate suam redegerunt. atque ita ipse factus est e præfide subditus, illi contra e subditis rectores, autores decretorum inuiliuam, quæ ipsi mox obsignabant. executores enim erant omnium consiliorum, illum tanquam muram in scenam personam assumendo pretextus gratia, quod magistratum gereret. Dionysij quidam popularis auræ captatores, Lampones scribæ sedentarij, Isidori seditionum incentores, inuentores curiosi rerum malarum, ciuitatis perturbatores, & ut vulgo vocantur, Taraxipolides. hi omnes coniurati decreuerunt contra Iudæos decretum durissimum, tum priuati Flaccum aggressi eum sic compellant: Perit tua spes Tib. Nero iunior, perit etiam cui post huc maximè fidebas, Macro amicus, imperator verò tibi parum equus est: oportet nos aduocatum potentem querere, qui tibi Caium reconciliet, is aduocatus erit Alexandrina ciuitas, semper apud Augusti familiam in honore habita, præcipue verò apud præfetem nostrum dominum, suscipiet autem aduocationem, consecuta à te aliquod beneficiū. sed nihil potes illis gratius facere, quam si eos suas in Iudæos seruire. tū præfetes cum debuissent eos ut turbatores

pacis & publicos hostes reiicere, subscripsit eorum sententiæ. Ac primum qui lem occultè insidiabatur, nec pariter cognoscens lites partium, sed in alteram propensior, nec ius æquum habere sinens in cæteris: imò quoties Iudæus aliquis accederet, auersabatur hos solos data opera: deinde propalam se inimicū declarauit. hanc eius nō tam natiuā quā adscititiā insolentiam, auxit etiam casus quidā huiusmodi. Caius Cæsar Agrippæ Herodis regis nepoti regnū dedit auitæ ditionis partem tertiam, quam Philippus noui regis patruus possederat. Discedenti autē in suum regnum suasisit, ne à Brūdisio solueret petiturus Syriā, quòd ea nauigatio longa esset ac difficilis: vteretur potius compendiaris per Alexandriam, expectatis eteliis. aiebat enim Aegyptias onerarias celerrimas, & gubernatores harū egregios, qui more aurigarum certantiū rectum cursum teneant. Paruit ille vt domino consulenti vtilia. cūmq; descendisset Puteolos, & naues Alexandrinās in portu paratas ad soluendum inuenisset prospera nauigatione vsus post paucos dies inexpectatus & improuisus appulit: iussis gubernatoribus, cū sub vesperam Pharus se proferret, vela contrahere, & ibi circa ipsum in salo manere vsq; crepusculum, ac noctu demum portum subire, vt exscēdens omnibus iam dormientibus, nemini cōspectus perueniret ad suum hospitē. tanta ille venit cum modestia, volens si fieri posset, omnibus insciis vrbe excedere. non enim visenda huius causa venerat, quā ante adierat Romam nauigaturus ad Tiberium, sed quærebat cōpendiosum ad suos reditum. At Aegyptij rumpebatur inuidia, quod ipsis est natiuum vitium & alienam felicitatem suam interpretabantur infortunium: tum etiam ob inueteratā cum Iudæis similitudinem agrè ferebant extitisse Iudæorum regem quēpiam, haud aliter quā si ipsi auito regno exurbarentur singuli. rursūmq; miserum Flaccum familiares iritabant, incitādo ad eandem inuidiam his vocibus: Tua pernities erit hic aduena. maiore quā tu splendore ac factu septus est, omnes in se conuertit spectantes. satellitiū argenteis clypeis & inauratis armis nitidum, & quid opus erat venire in alienam prouinciam, cūm posset in suam ditionē tutò deduci classibus? nam etiam si Caius permitteret, atq; adeò cogere, debuerat deprecari hanc profectionem, ne sua felicitate officeret præsidii, suo splendore obscurando eius gloriā. His ille auditis magis etiam turgebat quā antea, palam quidem sociū & amicum simulans, quòd timeret imperatorē à quo missus erat

pruuar

pruuarim autem odium & æmulationem aperiēs, & ex obliquo cum cōtumeliis appetens, quando id non audebat in faciē. nam urbanam multitudinē otiosam segnēmq;, nec alia re occupatā quam garrulitate, cōuitiis atq; calumniis, passus est regi maledicere, siue ab ipso præside fuit exortum obloquendi principū, siue alios etiā huc impulit per eos qui nō grauatim offerunt ad talia suum ministerium. qui occasionē nacti totos dies traducebant regē in gymnasio sermionibus scurrilibus, iactantes in eū dicitia. nōnunquam etiam mimographorum & id genus poetarum ludicris carminibus abutebantur ad prodendā obscenitatem ingenij, ad talia magis quā ad honestas artes prōpti ac dociles. alioqui præses indignatus obiurgasset multassetq; arrogantē maledicentiam. imò etiā si rex nō fuisset, familiaris tamen Cæsaris, nō debuerat habere aliquod honoris priuilegiū quæ certè argumēta sunt manifestissima, Flaccū eius maledicentia fuisse consciū. nam qui castigare, aut saltem cohibere valēs non cohibuit, satis apparet quòd pmiserit. Vbi verò vulgus in cōpositum occasionē peccandi accepit, non facile desistit. nouis terratis priora cumulās. Erat quidam insanus nomine Carabas, non ex illo conspicuo furiosorum genere, sed leuiore correptus insania. is interdum noctūq; nudus oberrabat p cōpita, nec æstū nec frigus deuigans, puerorum & adolescentum ludibriū. hunc miserum propulsum ad gymnasiū in superiore loco statuūt, vt spectari posset ab omnibus. mōxq; capiti diadema imponūt papyraceum, pro paludamento corpori stoream induunt, pro sceptro frustum harūdinis humi sublatum quidam ei dedit in manum. Sic ornatum regiis insigniis, & in regē trāsformatum more histrionico, adolescentes perticas in humeris gestātes stipabant pro satellitiorum alij salutatū accedebant, alij sibi reddi iura petebant, alij cōsulebant eum de republica, post hæc acclamatum est à circumstantibus, magna voce marim appellātibus, quòd nomen Syris significat dominum, norāt enim Agrippā Syriū genere, & regnare in bona portione Syriæ. His auditis, imò visis Flaccus, cū debuisset illum insanū conicere in carcerem, ne illusoribus præberet materiam petulantiæ: atq; etiam ipsos subornatores, quòd regē Cæsaris amicū, à senatu Romano honoratū ornamentis prætoris, ausi sint apertis obliquisq; cōtumeliis lacessere: non solū eos non castigauit, sed ne cohibere quidē dignatus est, licentiā dās malitiosis & inuidis, & quicquid videbat audiebatq; dissimulans. Quod vbi sensit populus,

non

non dico vllum ciuilē & bene moratum, sed vulgus curiosum; otio segnitiaq; per totam vitam deditū, tumultibus omnia miscere solitum, aggressi rem insidiosam, cōfluxerūt summo mane in theatrū, redēpto iam Flacci fauore, quē ille miser ambitione corruptus vēditabat nullo respectu securitatis vel suę vel publicę: & vnanimiter cōclamauerunt, dedicandas esse in profuechis statuas, petentes licentiam nunquā prius auditi facinoris. Quod intelligētes (sunt enim ad nequitiam ingeniosissimi) commenti sunt ad prætexitum nomen Cæsaris, quod hūc non liceat in ius vocari. Quid igitur tū egit præsēs prouincię: cū sciret ciuitatē habere incolarum duo genera, nostros homines, & illos alteros, totāmq; Aegyptum similiter: & quōd nō minus quā decies centena milia Iudæorum habitent Alexandriā totāmq; regionem quāta patet à Carabathmo Libyę vsq; ad terminos Aethiopię: & hūc conatū aduersari his omnib; nec esse ē rep. moueri patrias cōsuetudines, neglectis his omnibus permisit dedicationē fieri, cū liceret ei pro potestate afferre plurima remedia, vel saltem expedire amica cōcilia: at ille vt iniuriarum conscius ac socius, quō plus poterat, eō magis seditionē accēdebat, & quantū in se fuit, orbem repleuit bellis ciuilibus nec enim obscurum erat, quōd fama occupatarū profuecharū apud Alexandriam exorta spargenda esset per omnes Aegypti præsfecturas, inde propaganda ad gētes orientales: pariterq; ab ora maritima & Mareotide, quōd est initū Libyę, vsq; occidentem & nationes tractus illius. Iudæos enim vna regio non capit propter hominū multitudinem: quamobrem plurimas ac fortunatissimas vrbes in Europę Asięq; prouinciis ac insulis incolunt, pro metropoli habētes sanctam ciuitatē in qua templum altissimo Deo sacratum est: auitas autē proauitasq; sedes colentes tāquam patriam, vbi nati educatiq; sunt. in quibusdā etiam mox vt conditæ sunt immigrarunt, in cōditoris cuiusq; gratiā & metuendum erat ne per hanc occasionem Iudæi vbiq; molestantur à suis ciuib; siquid nouāretur circa profuechas & ritus patrios. Et quia res adeō non cōtemnenda commouere poterat eos, quamuis ingenij pacati homines, non solum quoniā vbi de religione, ibi de vita quoq; agitur: verum etiā quod sub cælo cū profuechis adimebatur pietatis erga benemeritos factas per iniuriam quāvis morte grauiorem, nō habētibus sacra loca vbi declararēt suam gratitudinem: dicere poterāt aduersariis, Non animaduertitis hoc pacto vos honorēni auferre dominis

dominis magis quā tribuere. vbiq; Iudæi habent profuechas suę pietatis erga familiam augustā publica domicilia, quibus sublatis quem nobis alium modū eos honorādi relinquitis? si enim eos qui nos sinūt nostro iure viuere, neglexerimus, extrema pœna digni erimus, nō referendo eis parem gratiam, quod si nobis licet frui patriis legibus ab Augusto quoq; approbatis, nescio quod nostrū paruū magnūve delictū sit, nisi quis vitio vertat quōd nō vltro legē violamus, & ad externos ritus descimus, quod scelus sæpius expiatur autorū capite. sed Flaccus tum dicenda silendo, tum silenda dicēdo, nobis erat iniquus, qd illi quibus gratificabatur, quomodo affecti erāt? num honorare volebāt Cæsarē? scilicet deerant, fana in vrbe, cuius pleręq; partes opportunissimæ sacratæ sunt, vbi statuas quascunq; liberet ponerent. imō techna fuit hæc hostiliter insidiantū, vt lædēdo non viderentur iniuriam facere, læsi verò non possent tutò resistere se molestans, nisi fortē ad imperatoris honorem pertinet, leges abrogari, patrios ritus antiquari, vicinis nocere, cōcordiæ perturbandæ exemplū præbere aliis quoq; ciuitatibus. Ergo postquam is contra legem conatus visus est præsidi succedere, profuechas tollenti, vt ne nomen quidem reliquū sineret, rursum aggressus est omnia nostra instituta pessū dare: vt his abscisis quibus solis nostra vita sustinetur tanquā sacra anchora, adēptōq; iute ciuitatis, in calamitates insiderem⁹ maximas, destituti omni præsidio. post paucos em̄ dies edictū proposuit, in quo nos appellabat inquilinos & exteros, ne causæ quidem dicendæ potestati faciens, sed iniudicatos condēnans: quo quid posset esse magis tyrānicum? ipse sibi vsurpabat partes, delatoris, inimici, testis, iudicis, pœnarum exactoris. Tertium quoq; scelus addidit non cōtentus duobus prioribus passus quoslibet in Iudæos tanquā bello captos sæuire, qui nacti licentiā quid fecerunt? quinq; sunt vrbis regiones, denominatæ à primoribus literis: harū duæ dicuntur Iudaicæ, quod in his plurimi Iudæi habitent, quamuis & in aliis nō pauci sparsim habeāt domicilia. Quid igitur fecerunt? è quatuor literis expulsos Iudæos cōtrulerunt in vnus partem angustissimā. at illi quōd plures essent quā vt is locus eos caperet, egrediebantur in littora, & monimenta, & sterquilinia, exuti rebus suis omnibus, inimici verò facto in desertas domos impetu, prædas tanquā iure belli partas diuidebant, effractisq; Iudæorū officinis, quæ tum propter luctū mortis Drusillæ clausæ fuerāt: hinc quoq; plurima egerunt

runt, quæ per medium forū translata verterūt in vſus proprios. ſed minus nocebant rapinæ quàm abrupta negotiatio, cum creditores amiſſent pignora, nec ſineretur vllus agricola, nauta, negotiator, opifex exercere artes conſuetas. ita non ſimplex eis parabatur pauperies, vel quòd vna die ſpoliabatur ſuis facultatibus, vel quòd nō dabatur quæſtū facere more ſolito. Hæc quæuis permoleſta, videbatur tamen tolerabilia collata cum cæteris. nam paupertas grauis quidem eſt, præſertim oblata ab inimico, leuior tamen quàm corporis læſio vel minima. at noſtri homines tantis afflicti fuerūt a lamitatibus, vt ſi quis dicat eos tormēta cruciatuſq; perpeſſos, minus quàm pro re videatur dicere, & deſtitui propriis vocabulis propter inauditā ſauitiam: vt ad hanc collata quæ victores in victos hoſtes iure belli ſolent perpetrare, exiſtimari poſſint plena clementiæ. Illi pecunias auferunt & captiuorū multitudinē, ſed periclitati de ſua libertate ſuisq; opibus, plurimos etiam ſiunt à cognatis amicisq; redimi, ſi nō miſeratione, moti ſaltē auaritia. quid tū poſtea ſeruati non putāt ſua referre quonā modo ſibi ſalus cōtingerit, tum ſi quis in bello cadat, ſepelitur ab hoſtibus, vel ipſorū ſumptu, ſi ſint humanitatis æquitatisq; memores. q̄ ſi odium etiam in mortuos retineāt, licet per inducias repetere corpora, ne vltimi honores eis deſint & iuſta funebria. hæc ſunt in bello cōmercia hoſtiū. nunc age inſpiciamus quomodo in pace tractati ſimus ab his q̄ paulo antè eſſe amici deſierāt. Poſt domos direptas, exactis habitatoribus, atq; ita deſolatas partes vrbs pleraſq;, tanquā obſeſi vndiq; ab amicis, & oppreſſi graui rerum victui neceſſariarū inopia, inſpectatēſq; paruos liberos & vxores ante ora ſua fame deficere inducta per aduerſarios (nā de cætero felix annona erat vbiq;, & frumē ſtagnationib⁹ iuſtis arua inundarat largiter, & cāpi frugiferi magnam frumētī copiam protulerāt) iam egeſtatis impatientes quidā ad cognatorum & quōdam amicorū ædes ibant præter ſolitū, petitori ſtipem neceſſariam. alij generoſiores aſpernati medicorum fortunam vt illiberalē, in forum prodibāt, tantū vt ſibi ſuisq; cibos emerent miſeri: mox enim à vulgo ſeditioſo correpti ſunt occiſiq;, corpora quoq; horum per totā vrbeſ raptata, vt ne ad ſepulturā quidem vllum membrū fieret reliquū, eadem rabie perierūt & alij plurimi, nouis crudelitatis formis excogitatis per efferatā in mores beluinos plebeculā. nā vbiq; Iudæi cōſpicerentur, aut ſaxis coniectis enecabantur, aut inſiſtis fuſibus:

bus: nec ſtatim plagis letalibus apperebatur, ne accelerata morte cito eriperetur cruciatibus. alij ferocioreſ abuſi præſenti licentia, contēptis hebetioribus arma ſumpſerunt efficaciffima, ignem ferrūmq;, & multos gladiis confecerunt, nec pauciores cōcremauerūt. interdum familias integras, maritos cū vxoribus, paruulos cū parentibus in medio foro exurebāt immaniter, nec ſenium, nec tenerā ætatem miſerati, nec eius innocentiam. & quoties ligna deerāt, ſarmentis collectis non tam igne quā fumo enecabāt eos, quo diuti⁹ moreretur & miſerius, quorum cadauera ſemiuſtulata cōfertim iacebāt & promiſcuē, triſte horrēdūmq; ſpectaculū: quod ſi lignatores ſarmentā cōferrēt tracta pretioſiore vilior vtēdo pro lignis vulgaribus ad rogos extruendos. multos etiā viuos in alterū pedem fune iniecto trahebant interim inſultādo calcibus, excogitato genere mortis crudeliſſimo: nec in extinctos remittebāt irā grauius ſauiedo in cadauera, propemodum per omnes vrbs angiportus raptata, donec lacerata cute cū neruis & carnibus, & fruſtis ſparſim in aſpero ſolo hæretibus, minutim cōcerperentur. Interea quidam eorū tanquā in theatro ſe indoleſcere ſimulabant ad talia ſpectacula. cæterum qui verè dolebāt ſuorū vicem cognati amiciq;, conſeſtiſſimpcnas dabāt, intēpeſtiua, vt inimicis videbāt, ra quæ poterāt excipere corporibus, tandē in crucē agebantur. Poſtquā autē Flaccus perfodit omnes Iudæorū parietes, & nihil intentatū reliquit in eorū pernitiē, immane quiddā cōmentus eſt inuentor nouarum ſemper iniuriarum. nam è ſenatu noſtro quē Auguſtus ſeruator oprime de nobis meritis inſtituit ceu publicū Iudæorū cōſilium, miſſis ſuper ea re literis ad Maniū Maximū deſignatū Aegypti præſidē, triginta octo comprehenſos in ſuis priuatis ædibus cōfeſtim vinciri iuſſit: traductōſq; egregia pōpa per mediū forū ſenes reductis in tergū manibus, ligatos partim loris, partim catenis ferreis, induxit in theatrū, ſpectaculum miſerabile, nec illi tempori aut loco debitum, ſtatutōſq; corā inimicis eorum ſedentibus, ad maiorem ignomiam iuſſit nudatos flagellari tanquā ſceleſtos & nocentiſſimos, vt conciſi verberibus aliquot mox vt inde ſunt elati exhalant animā, reliqui deſperata ſalute cum dinturno morbo cōſtitati ſunt. quod facinus etſi aliās deprehēſum eſt, nihilomin⁹ hic quoq; declarabitur. Ex dicto ſenatu tres, Euodius, Triphon, Andron

Andron, bonis spoliati fuerat, direptis eorū ædibus vno impetu, nec id latuit præsidem, didicerat enim accitis nostris magistratibus, quali acturus de cōcordia. & tamē quamuis sciret spoliatos fuisse, verberabat in conspectu eorū qui spoliarāt: vt alteris calamitatē geminaret addito ad paupertatem cruciatu corporis: alteri duplicē voluptatem caperent ex concessis sibi alienis opibus, & inimicorum ignominia. dicam paruum quiddā, quod an inter tanta mala dicendū sit dubito, sed quāuis paruum, non parvam tamen indicat malitiam. Est in illa vrbe flagrorū differentia pro eorum cōditione qui caduntur, aliter Aegyptij flagellantur ab aliis, Alexandrini verò virgis caduntur ab Alexandrinis lictoribus, quos vocāt Spathephoros. hūc morem & in nostris hominib⁹ seruarūt superiores præsidēs, & ipse quoq; Flaccus primis magistratus sui temporibus: est certē & in pœna paruum quoddā solatium, & in cruciatu remissionis nō nihil, quando res ita vt sunt sinūtur, nec augetur malitiosē molestia: sed cum accedit odiū, nihil æquitatis relinquitur. an non igitur fuit iniquissimum, cum de plebe Alexandria Iudæi liberalib⁹ & ciuilibus flagris punirentur, siquādo viderentur commercij, magistratus senatorēsq;, honoratōs vel ipsis appellationibus, hac parte inferiores haberi suis subditis, & ex æquali Aegyptiorum obscurissimis, maximorū flagitiorū pœnas lictibus corpore: omitto dicere, q̄ etiā si peccassent grauissimē, debuerat habere tēporis rationē atq; reuerētiam, & differre multationem in aliud. nam bonis præsidibus, & rectē non insolenter administratibus repub. mos est in neminem damnatū animaduertere, donec solennes celebritates natalitiāq; augustorum festa prætereāt. at ille per eos ipsos dies iniustis pœnis affligebat homines innoxios. an nō poterat postea, si voluisset, easdem ab illis exigere: sed properabat vrgebātq; negotium, vt turbis ad uersariorū gratificaretur, ratus eo modo se imperaturum eorū fauorem ad exequenda consilia quæ agitabat animo, atqui noui quosdam iam crucifixos, instante tali festo de cruce depositos, & ad sepulturam ex more cognatis redditos: quādoquidem decebat vel ad mortuos redire aliquē fructū ex imperatoris natalibus, simulq; celebritati suū sacrū honorē seruari. at iste nō mortuos deponi de crucibus, sed viuos crucifigi iubebat. quib⁹ ipsum tempus non quidem absolutionē, breuem tamen dabat veniā, & pœnæ procrastinationē. nihilominus ante flagellabantur in medio theatro, & igne ferroq; torquebantur, spectaculis distri-

distributis ad hunc modū. Manē vsq; horā tertiam quartāve Iudæi flagellabantur, suspendebātur, rotis alligabantur, damna bantur, per mediam orchestrā ducebantur ad suppliciū. deinde post hæc tam præclara exempla edita inducebantur saltatores, mimi, tibicines, aliāq; ludicra scenicorū certaminū. quid multis: excogitata est secūda vastatio, vt militaris quoq; multitudo in nos armaretur per occasionem nouæ calumniæ, quasi Iudæi haberēt arma in ædibus. Accitus igitur à præside Castus cēturionum fidissimus, iubetur assumpto è sua cohorte audacissimum quoq; in domos eorū irrūpere, scrutariq; num quid armorum ibi lateat. properauit ille madata exequi. at Iudæi nō præbus & effusis in lacrymas metu captiuitatis. hoc enim malum expectabāt reliquū. Vt verò audierūt à quodam è scrutatoribus quo reposuistis arma: paulū respirarūt, & intima quæq; aperiebatur calūniā solliciti primū quia tantæ calūniæ tam facile cōtra eos vel fingerētur vel crederētur: deinde quia mulierum dore declinatēs aspectū etiam familiarium, tunc nō solum ignominus accuratē facta scrutatione, nō inueniebātur ista quæ solent esse in armamentariis, galeæ, lorice, clypei, cōti, gladij, neq; baliſta, arcus, fonsæ, sagittæ, iacula, imò ne cultri quidē apti quoridianis culinæ vsibus. Vnde statim apparuit victus simplicitas, nihil delicatū aut magno emptū in cibos admittērium, ex quolibus ferē nascitur saturitas, & ex hac porro petulātia, malorū initium. Quin & Aegyptiis paulò antè arma dēpta fuerant per Bassum quēdam à Flacco iussim id curare. sed tum videre licebat magnū nauium numerū appulisse ad portus fluminis, plerūq; omni armorū genere: iumēta quoq; sarcinaria onusta fascibus hastarū ab utroq; latere pēdentium ad æquilibriū, tum plaustra castreria plena armaturis penē omnia, trāsuecta militariter vna serie præter spectatium multitudinē, ita vt explerēt totum illud ferē decē stadiorū spatium, quod interest inter portus & regiū armamentarium quò vehebātur. in horū domos merito scrutatores missi sunt, quòd essent suspecti quasi nō contenti præsentī statu res nouas molirentur, & ad defectionē ac bellum pararent se consensu seditiosorū hominum & infamium antea quoq; sæpius tentatis defectionibus: vt opus esset, quemadmodum

admodum sacra certamina instaurantur singulis trienniis, ita in Aegypto euoluto eodē tēporis spatio, nouas armorū cōporationes exigi per præsides eius prouinciæ: ut populi aut ea parare desināt, aut nō multa præparent, paraturi plura si daretur longius tēporis spatiū. Nos verò quid opus erat vexari ad eum modū? quando enim defectiōnis cōsilio suspecti fuimus? quando à pace alieni visi sumus? studia nostra quotidiana quæstusq; quos exercemus, nōne reprehensione carēt, & ad concordiam ciuitatis tranquillitatēq; faciunt? scilicet si arma domi habuissent Iudæi, plusquàm quadringētas domos amisissent, vnde bonis direptis exturbati fuerāt. Cur igitur apud eorū spoliatores nulla est facta inquisitio, an arma si nō propria, certē rapta habeāt? Verūm ut iam dixi, totum id negotiū dolus erat Flacci, pertinaciter nobis infensi, & vulgum exasperātis in nos, nō pariendo vel mulieribus. nam non solū in foro, sed & in medio theatro tāquam captiuæ corripiebantur, & ob quamvis calumniam in scenam traherentur nō sine grauissimis contumeliis: deinde cognito esse eas alterius generis, dimittebātur. multas enim quāsi Iudæas cōprehendebant priusquàm rem diligentius dispicerent. quoties autem nostræ cōperiebantur, ex spectatoribus facti tyrāni & domini, iubebant eis suillas carnes offerri: quas quodcunq; metu tormentorū gustabant, sine alia maiore vexatione dimittebantur. quæ verò sibi tēperabant, tortoribus tradebantur ad cruciatus maximos: quod fuit eximiū argumētum earū innocentia. ille tamē non contentus propria potestate, quærebat quomodo imperatore quoq; ad nos infestādos abuteretur. postquam enim omnes honores, quos per leges nostras decernere licuit, Caio exhibuimus, decretū obtulimus præfidi, orantes ut quoniam nō fuit permillum legationē mittere, ipse id per suos nuntios trāsmitteret. Legit ille, annuens ad pleraq; capita, subridēsq; & lætus, aut certē simulans lætitiā: Placet, inquit, mihi per omnia pietas vestra. mittā hæc ut petitis, & legati fungar munere, ut sentiat Caius vestrā gratitudinē: erōq; restis probē notæ mihi vestræ popularis modestiæ atq; obediētiæ. nihil addendo prætereā. nā veræ laudes sufficiunt. His promissis læti gratias egimus, spe præcipiētes decretū Caio perlektum. nec immeritò. nam quæcūq; per præsides seriò mittūtur, absq; longa morā perueniunt ad imperatoris notitiam. at ille nostrā voluntatē parui faciēs, decretū illud apud se retinuit, ut soli omnium qui sub sole sunt hominū pro inimicis haberemur.

an non hæc fuerunt multum diūque cogitantis de struendis nobis insidiis, non tranuersum temerè abrepti affectu aliquo extemporaneo? sed Deus cui non negliguntur res mortalium, proculdubio fucatas eius adulationes, & illud iniquissimarum cogitationum cōsistorium, quo malitiosis artibus petebamur, non multò post misertus nostri præuenit, & bene sperandi occasionem præbuit. nam Agrippa vbi superuenit Alexandriam, nobis enarrantibus edoctus de insidiis per Flaccum paratis in nostram perniciem, opem rebus attulit periclitantibus: pollicitusque velle seipsum id decretum in urbem transmittere, ut audio transmisit cum excusatione temporis, ne viderentur Iudæi serius æquò suam pietatem erga optimè de se meritorum principum familiam expromere, voluisse illos eam declarare ab initio, sed impeditos fuisse malevolentia præfidi, quo minus tempestiuè id facerent. post hæc cœpit aduersus illum suas vires expedire adiutrix iniuste oppressorum & vltrix facinorosorum iustitia. primū affectus est noua calamitate atq; ignominia, quali nemo ad eum diem, ex quo in Augusti familia stabilitum est terræ marisq; imperiū. Nam sub Tiberio patrēq; huius Cæsare aliquot præfecti qui prouincias fortiti potestate legitimā in tyrannicā potentiam verterāt, cum subditas ciuitates diuexassent malis non ferēdis, corruptelis, rapinis, innocentium exiliis, indemnatorum suppliciis, Romam reuersi exacto magistratus tempore, postulati sunt reperundarum, præsertim quando legati à prouincialibus ad imperatorem eos accusatum mittebantur. Tunc enim æquos se præbendo iudices, & auditis examinatisque partibus, de nemine iniudicato ferebant sententiam, nec in gratiam nec odium pronuntiando, sed quod iustum videretur. At Flaccum in ipso magistratu inuasit infeasā malis viris iustitia, irritata nimis eius iniuriis & iniquitatibus. Oppressus est autem hoc modo. Putabat iam Caium depositis suspicionibus placatum, vel per epistolas plenas adulationibus, vel propter prolixas conciones sæpe in laudem eius apud populum Alexandrinum habitas, vel quia maiori eius populi parti probabatur. Sed fefellit eum sua opinio, infirmæ sunt enim spes hominum malorum, contra quam sibi pollicentur infortunium se dignum incurrentium. Misit enim Caius Bassum centurionem cum cohorte sua ex Italia. Is consensu nauigio celerrimo post paucos dies non longè ab Alexandrina pharo substitit vergente iam die, iussis

nautis in salo solis occasum expectare, ut improvisus adforet, ne Flaccus præsentiens motu excitato re infecta se abire cogere. crepusculo vero naus appulit, & Bassus postquã cū suis exscēdit, pergebat ulterius ignotus & neminẽ noscitas, donec inuento quodã milite qui obibat vigilias, iussit indicari sibi edes præfecti militũ, cū hoc enim volebat secretũ cõmunicare, ut si opus esset maiore manu, haberet sociũ. cognito verò eum cum Flacco vocatũ esse à Stephanione liberto Tib. Cæsaris ad cõuiuium, properè ad eas ades contēdit, cūmq; substitisset in p̄pina quo. misit è suis quendã specularũ, subornatũ seruili habitu ne quis fraudẽ sentiret, is obrepfit cõuiuium mixt⁹ ceteris seruitiis, & diligēter cõsiderata perspectaq; Basso renũtiauit omnia, qui vbi cognouit incustoditũ vestibulũ, & Flaccũ decẽ aut ad summum quindecim comitatũ macipis è ministris domesticis, dato signo suis cursim irrupit, pars militũ discubentẽ ex improviso circũstitit, propinantem cuidã, & cum cõuiuis agentẽ comiter. Sed postquã Bassus in mediũ prodit, ad primũ eius conspectum attonitus obmutuit: cūmq; vellet surgere, vbi se circũuentum animaduertit, intellexit priusquã audiret Caij voluntatẽ, quid mandatũ sit militibus, quid ipsi mox euenturũ. Sagax em̄ est mēs ad momẽto percipienda etiam quæ nõ conficiuntur sine longiore temporis spatio. ceteri consurrexerunt, quorũ nemo non metu dirigit, timēs ne pœnas daret eius conuiuij, nam fugere tutum nõ erat, ac ne poterãt quidem occupatis exitibus, illum Bassi milites vt iussum est abduxerũt ex hoc vltimo conuiuiio. Oportebat enim eum à foco rapi ad suppliciũ, qui tot innocētium domos focis vacuas fecerat. Id quod inauditũ antea Flacco accidit, vt in sua prouincia viuus caperetur hostiliter, propter Iudæos optior, quos funditus sublatos cupiebat homo vanus & audax gloriæ. Quod eo verisimilius fit, quia tũ captus est quãdo Iudæi populariter dies festos agũt per autũni æquinocetium in sub dio structis ategiis, quod festũ erat tunc intermissum, magistratibus nostris etiam tũ inclusis carcere post intolerabiles cruciatus ac cõrumelias, plebe verò vniuersa vicem illorum dolente haud secus ac suam, quãuis ne domesticæ quidem calamitates suæ cuiq; deerãt. Tunc enim grauius feruntur molestiæ: quando per eas nõ datur festos dies celebrare, fruiq; tranquillitate ac remissione animi: qualẽ id tempus requirit sicut ipsi tũ merore opprimebãtur, cuius nullũ inuenire valebant exitũ. Sic dolētibus sub onere grauisimo, & domi cõglo-

bat

bas nocturno tempore, quidã nunciarũt cõprehensum hominem, illi rati se tentari falso nuncio, tantò indignius ferebãt ludibriũ quò sibi fruerentur insidiæ. Sed postquã tumultus in vrbe ortus est, vigilibus vltro citroq; discursitantibus, & quibusdã equitibus in castra properantibus, aliis è castris in vrbe pari festinatione recurrẽtibus, quidã rei nouitate moti edibus egressi cognouerũt accidisse noni aliquid. Vt verò intellexerũt Flaccũ captũ abductũmq; tendẽtes manus in celũ, laudabant Deũ, gratias ageates Deo rerũ humanarũ inspectori: dicentes: Non gaudeamus Domine pœnã inimici, docti tuis sacris legibus cõdolere calamitati hominũ: sed tibi meritas gratias agimus q̄ nostri misertus subleuasti afflictiones cõtinuas: atq; ita nocte tota exalta in hymnis & canticis, summo mane portis effuderunt se in proxima littora, nam prosequas suas amiserant. Ibi in loco pulcherrimo stantes conclamauerunt vnanimiter: ò Domine supreme rex mortaliũ & immortalĩ, allegamus terrã, mare, aerem, celũ mundũq; vniuersum nostris gratiarũ actionib⁹, quæ sola nobis sunt reliqua: ceterarũ creaturarũ vsum ademerũt homines, pulsis vrbe & urbanis ædificiis, tũ priuatis, tũ publicis, vt in terris soli ne priuatũ quidẽ haberemus domiciliũ iniquitate præfidis. At tu omnipotēs, spē randẽ salutis facis his reliquiis, & incipis inuocatus annuere tuorũ precibus: quãdoquidẽ hostẽ totius nostri generis autoreq; calamitatũ cunctarũ, superbũ captatẽmq; his factis nouã gloriã, sustulisti de medio: hic in proximo: ne nos afflictis minus voluptatis perciperemus auribus, sed tantum nõ oculos pascere? manifesto melioris euẽtus prælagio. Huc enim orã soluisse hyemis initio (nã oportebat marinis quoq; iactari eum tempestatibus, qui elemẽta omnia facinoribus impiis polluerat) post plurimos labores agrẽ delatus in Italiã, cõfestim exceptus est à duobus insensissimis accusatoribus, Læpone Itidorõq; paulò antè sapius ab eis vt subditis salutat⁹ dominus & seruator benemerentissimus, tũc verò sensit eos aduersarios, & quidem non ex æquo, sed longè prævalentes, non modò iure quo fidebãt, verum etiã fauore summi principis ac moderatoris rerũ humanarum, quem videbãt Flacco inimicissimũ, sed tunc sumpturũ personã iudicis, ne videretur eum prædãnare ante iudiciũ, si non expectata accusatione defensionẽq; ob priuatam simultatem ferret in eum capitalẽ sententiã. Nihil autẽ est molestius quã maiores ab inferioribus, & magistratibus

V iij tũt

tus accusari à subditis, haud secus quàm si her⁹ reus postuletur à vernis suis aut emptis mancipiis. Fuit tamē hoc leue malum collatum ad aliud grauius. Noc enim ē subditorū vulgò accusatores conspirarunt in eum subito, sed totius praefecturae tempore his potissimum inuisus fuerat, Lampone etiam accusato impietatis commissae in Tiberium Caesarem, & hac causa fatigato per biennium. Nam iudex maliciosē differebat sententiam, ut etiam si reus absolueretur à crimine, saltem metu incerti euentus impendentis cruciaretur quàm diutissimē, & vitam morte grauiorem viueret. imò & postquam euasisse visus est, aiebat se multatum facultatibus, quippe qui inuictus praefecturam gymnasij susceperat: siue homo sordidus & illiberalis negabat sibi tantas opes quae huiusmodi sumptibus sufficerent: siue minus possidebat, quàm antea praese tulerat, tandem verò res ipsa declarauit minus pecuniosum fuisse quàm pro existimatione, ut qui praeter malis artibus parua nihil haberet. Ab actis enim erat apud praesides, causas promouens ex ordine. In harū commentariis quaedam delebat, quaedam praetermittebat data opera, nonnunquam inferebat quae in iudicio dicta non fuerant: rursum alia mutabat transponebatque; pro libito, ē singulis syllabis atque; etiam apicibus quaestum faciens scriba sedentarius: qui saepe conclamante populo appellatus est calamosphactes aptissimē, quod scribendo calamo iugularet multos, hoc est inferiores mortuis redderet: qui alioqui potuissent causam vincere fruique suis opibus. tunc verò paupertatem ferebant iniustissimē, illo inimicis eorum venditante alienas substantias. Non enim erat possibile prouiciae amplissimae praesides meminisse negotiorum omnium, affluentibus aliis super alias causis priuatis atque publicis: praesertim cum non iudiciis tantum praesentent, sed etiam rationibus tributorum & vectigalium, quibus maior anni pars impendebatur, at iste cum ex officio suscepisset necessariam iuris custodiam, & decretorum eius sanctissimorum, venalem habebat obliuionem iudicum, parti quae vicisse debuerat, adscribens litem perditam, accepta largitione magis quàm mercede: & superiores faciebat qui iure succubuerant. talis accusator tunc Lampone extitit: nec minus sceleratus Isidorus, homo turbulētus, factiosus, exercitatus in seditionibus, inimicus pacis tranquillitatisque, idoneus vel excitandis vel augendis tumultibus, solitus circa se habere turbam promiscuam, distributam quodammodo, sunt enim per eam urbem sodalitia plurima

ima, quae nihil sanum cōsociat, sed comotationes, ebriitates, debaccharionēsque; harum comites: ea Synodus & clinas vocant indigena. in his sodalitiis plerisque; Isidorus Taraxipolis principatum tenet, Sympoliarchi clinarchaeque; titulo: & quoties collibuit aggredi aliquid inutile, ex cōposito praesto sunt omnes, & iussa huius faciunt, is quoniam sibi visus est multum apud Flaccum posse ab initio, deinde non in eodem haberi pretio, conducta opera hominum aliena quadra viuentiū, & ex acclamationibus forensibus victum parantiū, iussit eos conuenire in gymnasium. Quo mox cōplero, sine causa Flaccum accusabant, falsis criminationibus imperentes eum & obiectantes quae nunquam fecerat, tam longis querelis. ut non Flaccus modò, sed alij quoque; ad rem sic inopinatā stupefcerent, & id quod erat conicerent, profecto in alicuius haec fieri gratiam: quando nec ipsi clamatores falsi essent quicquam indignum, & reliquos ciues nosset nullis affectos iniuriis. Itaque post deliberationem placuit corripere aliquot, & ex his scitari causam quae homines insanos in tantam egit rabieni. Comprehensi non expectatis tormētis veritatem falsi sunt: & quo res fieret compertior, indicarunt mercedem vel acceptam vel promissam in posterum, tum per quos distributa sit eius seditionis principes, locum etiam & tempus eius largitionis. Cumque; vniuersa ciuitas indignaretur quod ob male fertorum quorundā imprudenciam inureretur ipsi publica ignominia, visum est syncerissimae parti populi, ut distributores mercedis postridie producerentur, & Isidorum conuincerent, facta ipsi potestate pro se dicendi, si bene administrata republica iniquas pateretur calumnias: quod mandatum postquam est cognitum, non tantum honoratior, sed & vniuersi ciues absque; culpe huius consciis, ad concionem venerunt. ibi egregij ministri, ut facilius noscerentur in locum celsiorem subducti conspicuique; omnibus, coram arguebant Isidorum autorem tumultus & conuitorum quae in Flaccum iactata fuerunt à conductis non mediocri summa tum vini tum pecuniae. alioquin vnde nobis, inquiunt, tanta copia? pauperes sumus, & vix quotidianum victum necessarium quarimus. Nec nos praeses affecit vlla iniuria, cuius nos exasperet memoria: sed ille nos concitauit, semper fortunatis inuidens, & osor legitimae constitutae rei publicae. Haec agnoscentes quotquot aderant, ut indicia pessimae voluntatis hominis qui culpabatur, acclamabant, notandum ignominia, pars mittendum in exilium, pars afficiendum

supplicio. Hi vincebāt numero, & multi transibant in eorū sententiam. Deniq; cuncti conclamant, necandum pestiferum hominem, qui ex quo admotus sit ad tranctandam rempublicam, nullam ciuitatis partem illasam reliquerit. Verū ille sibi cōscius fuga se subduxit, veritus ne prehēderetur. Nec Flaccus amplius quæsiuit, ratus post eius spontaneum discessum ciuitatem quieturam à cōtentionibus. Hæc memorauī prolixius, nō vt refricarem veteres iniurias, sed quòd mirarer inspectricem rerū humanarum iustitiā, qua factum est, vt omnium infensissimis obtingeret accusatio præsidis, quo maioribus ille angeretur doloribus. Nec em̄ accusatio per se tā molesta est, quā quoties ex professo inimicis committitur. Quam iste non solum pertulit ab infestis hominibus in quos paulò antè vitæ necisq; potestatem habuerat: verum etiam manifestè cōuictus fuit, duplici fanè incōmodo, quòd damnatus insuper inimicis esset ludibrio quæ conditio viro prudenti videtur ipsa morte grauior. Quod enim solatium eius infortunij supererat? vno momento exutus est omni patrimonio, atq; etiam his quibus ipse rem familiarem auxerat, ornamentorū cum primis cupidus. Non enim patiebatur, vt quidā pecuniosū, diuitias iacere inutiles, sed exquisita volebat omnia, pocula, vestimenta, stragula, supellectilem, & quicquid attinet ad eximium ornatum ædiū: ad hæc famulitium domesticum lectissimum, vel forma & corporis habitudine, vel dexterritate in quotidianis ministeriis. Nā in suo quisq; officio si non primus erat, certè cedebat nemini. Id verū esse hinc manifestè colligitur, quòd cum plurimorū damnatorum bona sub hasta sint vedita, solius Flacci omnia seruata sint imperatori, exceptis paucis quibusdam, ne lex de damnatis lata violaretur. Adēptis bonis actus est in exilium procul ab omnibus continentis provinciis, hoc est à maiore potiorēq; parte orbis habitabilis, imò & ab omnibus fortunatis insulis. Nam in omniū sterilissimam Gyarum in Aegæo sitam deportatus fuisset, ni deprecante Lepido pro Gyaro Andrum propinquam ei permissum esset incolere. Tum ab vrbe vsq; Brundisium eandem viam remensus est, per quam ante paucos annos Aegypti cōterminæq; Libyæ præses designatus irer fecerat: vt ciuitates quæ tunc fortuna tumidum ostentantēmq; se spectarant, rursum spectarent affectum ignominia. at ille commostratus digitis prætereuntium propter mutationem repentinā, grauiore dolore premebatur, exacerbante se vsq; calamitate nouis casuum accessionibus, quem

admod

admodū in morbis recidiuis vsu venit, qui paulò antè se remiserant. Traiecto aurē Ionio sinu legebat oram vsq; Corinthum, procurritibus ciuitatibus maritimis ad vix credibile spectaculum. Quoties enim exscenderet concursus fiebant, malorum vt insultarent, reliquorum vt condolendo ex aliena fortuna exemplum ad modestiam sibi sumerent. ibi transmissio Isthmo à Lechæo Cenchreas nauale Corinthiorum, importunitate custodū coactus est sine mora proficisci, ascensaque parua oneraria soluit. Vbi verò tempestas desit, præteruectus Atticam vsque Sæciam, Cythnum, & deinceps alias, postremò ad Andrum quam petebat peruenit. eam procul conspicatus miser, lacrymis tanquam è fonte per genas manantibus cum planctu amarōq; gestans hæc verba protulit: Viri custodes & deductores, pulcherrimè locum & fortunatam insulam Andrum accipio pro beara Italia Flaccus natus educatus eruditusq; Romæ, nepotū Augusti sodalis & condiscipulus, Tiberij quoq; Cæsaris inter præcipuos amicos habitus, & eius primariæ possessioni Aegypto præcurator datus per sexennium. Quanam est hæc tanta mutatio? Quomodo vocabo hanc insulam? exiliumne, an nouam patriam, an portum & refugium miserum? sepulchri nomen ei maxime cōuenit. Siquidem infelix ego meipse quodammodo in monumentum infero. Aut enim præ dolore vitam miserā finiam, aut si potero diutius superesse, longam mortem perpetiar. inter hæc lameta nauis ad portum appulit, ille verò exscendit demisso capite, calamitate pressus tāquam onere grauisimo, vt ne oculos quidem attollere vel posset vel auderet, propter obuios, & ad videndum confluentes, qui vtrunq; viæ latus occupauerant. Tum custodes productum ad Andriorum populum ostenderunt omnibus, contestati eos exulem se perduxisse in insulam. Atq; ita functi suo ministerio discesserunt. Tum verò Flacco neminem norum iam videnti dolor recrudit, exacerbatus nouis imaginationibus, dum circa se animaduertit solitudinem, vt oprabilius duceret ferro perire in patria. Adeò trepidabar, vt non aliter quàm insanus proflirer ac vltro citiorq; discurreret, manus complodens, femora percutiens, humi se affigens, & clamitans, En Flaccus ille paulò antè præses magnæ Alexandriæ principis urbium, Aegypto præfectus provincie felicissimæ, cuius natum

V r obfer

obseruabāt tam multa hominum eius regionis milia, qui quotidie deducebatur à turbis innumeris. An somnium erat illud non veritas? dormiens videbam illam felicitatem, vanas imagines anima fingēte sibi quod nusquā erat: Deceptus sum profectō, vmbra non res erant, & fallaces species illudentes oculis. Nunc velut experrectus nihil inuenio, abierūt simul omnes illa fortuna: splendida cum quibus olim consuetudinem habui, extincta sunt momento temporis. Cum talibus semper colluētabatur cogitationibus, præ pudore deuitans conuentus hominum, nec in portum nec in forum prodire sustinēs, sed inclusus domi tanquam in fouea, ne limen quidem audens trāscendere: interdum autem progressus mane summo, cubātibus etiam tū aliis, clam subducebat se ex oppido, & exigebat totum diem in solitudine, deuitans occursum fortuitos, & vexans seipsum recēti calamitatis memoria, arrodēnsq; suum cor miserē: ac noctu demum reuertebatur, vesperē optans aurorā, quod horreret tenebras & obuersantes dormienti species, manē rursus cupiens aduentū vesperi. Nam ipse secum circumferēs caliginē abhorrebat ab omni hilaritate. Post aliquot autē menses rusculo empto in eo plerumq; degebat solitarius, deplorans suum infortunū. Fertur aliquando media nocte velut furore correptus profilisse è sua villula, sublatāque ad cælum & stellas & illum verum mūdi ornatum facie exclamasse: Rex deorū & hominum, ergo cordi tibi sunt res Iudæorum, nec mentiuntur tuam providentiam: sed illi potius errant, qui negant eos foueri tuo profidio, cuius ego sum argumētum certissimum. Quantum enim in Iudæos debacchatus sum, tātum ipse pertuli. Passus sum eorū bona diripi, data prædatoribus licentia, idēo paterne maternaque hæreditate priuatus sum, & his quæ vel donata vel quocunque modo acquisiui. Probrosē quondam inquilinos vocaui cum ciues essent, vt gratificarer incondite multitudini, quæ his inimica me miserū decipiebat suis adulationibus: ideo patior ignominiam, exul eiectus tota orbe habitabili, hic includor. in theatrum producti quidam iubente me, in cōspectu inimicorū iniuste flagris cæsi sunt. Ergo ego iure optimo traductus sum, nō per vnus ciuitatis theatrum, cōtumeliosē cruciatus misero animo priusquam corpore: sed per totam Italiam vsq; Brundisium, per totam Peloponnesum vsq; Corinthum, per totam Atticam mediāsq; insulas vsq; Andrum meum carcerem, certus nō esse hunc finem mearum calamitatū, sed alias latere in insidiis

diis, vt paria referatur paribus. Interemi quosdā, interimēt me alij. Me cōnuente quidam lapidibus sunt obruti, quidam viui combusti, quidam raprati per forum medium, donec frustatim lacerarentur. Horum facinorum pœnæ me manent fat scio, & diræ iam stant tanquam in carceribus, vt obice rupto properēt in meam perniciem: imo iā in horas præmior, multas mortes sustinens ante illam vltimam. Atque ita sæpe territabatur, horrore quatiēte membra omnia, animo quoque contremiscente anhelōque pectere, quandoquidem spes eum destituebat, vnica vitæ mortali addita consolatio. Nullum vnquam sollicito felix oblatum est auspiciū, rumores aduersi afferebantur: molestis vigiliis somni succedebant turbidi. Efferabatur solitudine, quid conuersatio? Nihil ei videbatur insuauius oppidanorū consuetudine. Ruri ab opprobriis tutum faciebat solitudo, non item à periculis. Si quem lento passu incedentem videret, suspicabatur cogitare sibi perniciem: sin properantem, mox mentem subibat: at hic me persequitur, non temerē festinat. Blandus insidiatur, liberē loquens contemnit. Cibus potusque mihi præbetur sicut mactandis pecudibus. Quousq; tandem ferreus durabo in tot casibus? scio me molliorem quā vt mortē mihi consciscam: nimirum hoc quoq; verat meus genius, ne citō abrumperem vitam miseram, vt malū dilatum cumulet in eātq; apud iniustē per me necatos vberiorē gratiam. Talia reuoluēs animo, trepidus expectabat finem fatalem. At Caius natura sæuus & pœnis insatiabilis: nō vt alij semel punitos mittebat, sed iram continuans semper eis novos cūsus moliebat: Flaccum verō præ cæteris oderat, vt etiam in aliis suspectum exosūmq; haberet idem vocabulum: sepēq; pœniteret eum quod exilium prætulisset capitali sentētia: & quamuis deprecatorē Lepidum magnificeret, tamen culpabat, ita vt ille sibi ipsi timere inciperet, ne grauius plecteretur, quod pœnæ leuioris autor fuisset. Ergo cum nemo iā auderet preces interponere, gliscēte ira quam tempus hebetasse debuerat, crescebat malum haud secus quā quoties morbus intermissus repetit corpora. Tūc enim incumbit sauior. Ferunt aliquando noctu interrupto somno Caium cogitasse de honoratis exulibus, qui sub nomine infortunatorum vitam otiosam, quietam, verēque liberam agerent, quam ipse peregrationem malebat appellare, quā exilium. Nulla enim eis deesse commoda, & superesse quietem atq; tranquillitatem nec desiderari ab illis aut requiri delicias. cum fruatur

vita secura ac philosophica, contenta modico. Moxq; iubet illu
strissimum quemq; ac nobilissimū necari, notatis singulorū no
minibus, & Flacci ante alios. Vbi verò ad Andrū appulerūt per
cussiores, Flaccus forte fortuna rure in oppidū reuertebatur: illi
è portu occurrebant, & è longinquo se conspexerunt inuicem.
Statim sensit quò tenderent (est enim præfaga mens præsertim
in aduersis rebus) ac mox deflexit à via, fugiens quantum pote
rat, inmemor se non in cōtinente deprehensurū sed insula, vbi
mari clauso quid proderat celeritas? alterutrum enim necesse
fuit, aut perrinatiorē fuga in altum ferri præcipitem, aut com
prehēdi in littore. Satius autem erat in terra quàm in mari pe
rire: quandoquidem hominibus & cæteris terrestribus locum
peculiarem natura terrā assignauit, vbi nō solūm viuant, sed &
moriātur, vt quæ nascētes excepit, eadem fato functos recipiat.
Illi summa contentione fugientem assequuntur: ac mox pars
foueam fodiunt, pars clamantem reluctantēmq; trahunt: qua
propter toto consociatus est corpore, more ferino ruens in vul
nera. Nam subinde cōplexus alios atq; alios, cum transadigere
ferrū nō liceret perebatur obliquis ictibus, & ipse in causa fuit,
vt cōficeretur crudelius. confusus manus, pedes, caput, pectus, la
tera, sicut victimæ ad viscerationem, iustitia pro tot iniustis Iu
dæorum mortibus pares poenas exigente ab vno corpore. Itaq;
totus is locus perfusus erat sanguineis riuulis, dissectis venis
cōpluribus: & dum cadauer traheatur in foueā, frustatim lace
rabatur, præcis nervorum compagibus, quibus antè cohæse
rat. Hæc sunt quæ Flaccus pertulit, argumento certissimo, non
negligi res Iudæorum à Deo, nec desitui eius auxilio.

PHILONIS IVDÆI, De virtutibus, & Legatione ad Caium.



Vovs quæ tandem nos senes erimus pueri,
corpore quidem per ætatem cani, animo verò
propter imperitiā infantes admodum, vt qui
fortunam rem inconstantissimā putamus sta
bilem, instabilem verò naturam, cum sit fir
missima. permutamus enim rerum estimatio
nem sicut in lusu calculorum, dum fortuitis plus dæuturnitatis
tribui

tribuius quàm naturalibus, & his plus infirmitatis quàm al
teris. Causa est quia vincūt præsentia hominū imperitorū futu
ri iudicio, qui malunt sensui fallaci quàm secretæ cogitationi
credere. oculis enim quæ in præoptu & cōspicua sunt percipiun
tur, ratione penetratur ad futura & inuisibilia. Cuius visum ac
curiorem quàm oculorū corporis, hebetamus, aliis mero satu
ritatēq; suffusum, alij ruditate vitio maximo. verū tamē nostra
hæc tēpora, & quæ inciderūt in ea res multæ magnæq;, satis no
bis persuadent vt credamus esse diuinā providētiā, & præci
puè curare supplices religiososq; homines, vt omnipotētis pa
tris regisq; sortem hæreditariā. id genus hominū Chaldaicè
Israël vocatur, quod interpretatur vidēs Deum: res vt mihi vi
detur pluris æstimāda quàm vllæ opes vel priuatę vel publice.
nam si seniorum aut præceptorū, aut magistratuum, vel paren
rum aspectus mouet ad reuerentiā & modestiā, & sua præ
sentia vitam morēsque corrigit: quantum putamus ad honesta
tem virtutēmq; præsidium contingere animæ si emergens su
pra omnes creaturas, Deum increatum spectare didicerit sum
mum ilud bonum pulchrum, felix beatūmq;, & quod verè di
cere licet bono melius, pulchro pulchrius, beato beatius, felici
tate ipsa felicius, & si quid dici potest perfectius. nō potest enī
sermo assequi & attingere Deum superiorē se modis omnibus,
sed retro relabatur. nō possit propriis nominibus, ceu gra
dibus ascendere ad manifestationē non dico eius. Qui est, quē
ne totū quidem cælum in vocem articulatā versum potest elo
qui, sed vel potestatum eum stipātium, creatricis regiæ, provi
soriæ, cæterarūmq; bonis præmia malis poenas dispēsantium.
si quidem etiam vltices collocandæ sunt in beneficarū ordine:
non solūm quia iuris sunt pars, quod naturaliter constat & ab
soluitur ex honore bonum vindictæq; malorum: verum etiam
quia non rarò animaduersio castigatos peccatores reducit ad
mores sobrios, aut certè obstitit quo minus pergāt in suis scele
ribus. nam aliorū poenę emēdant alios, veritos ne in similes in
cidant. quis enim videns Caium post Tib. Cæsaris obitū potitū
terræ marisq; imperio, in tanta tranquillitate institutisq; opti
mis, & provinciarū pace ac concordia, consentiente septentrio
ne, meridie, oriente, occidentēque. Barbaris Græcisq; consocia
tis, & exercitibus cum oppidanis, hisque vicissim cum illis pa
catē conuersantibus vt fruerētur officiis & cōmerciis mutuis:
admiratus fuisset felicitatem tam insignem & vix enarra
bilem

bilem, vna hereditate cumulatam bonis ingentibus, thesauris argento auróq; refertis, partim rudi infectóq; partim moneta signato, partim fabrefacto ad exornádos poculis & id genus vas mensariis abacos: ad hæc pedestres, equestres naualesq; copias, reditus affluentes tanquam è fonte perpetuo, potestatem in partes præcipuis orbis eius qui propriè habitabilis dicitur duobus finitus fluminibus, Euphrate, Rhenoq; hoc disjungente Germaniã & feroces nationes alias, illo Parthiã, Sarmaticasq; gentes ac Scythicas nihilo mitiores Germanicis. Erant, inquam, ab ortu ad occasum quemcunque oceanus ambit, & quædam trans oceanum plena lætitia publica, gaudente festa pace Romano populo cum vniuersa Italia prouinciisq; omnibus tũ Europeis tum Asiaticis, nam si vnquam ante sub imperatore aliquo, tunc maximè sibi videbantur non iam sperare, sed certò tenere vsum fructum commodorum publicorum priuatorumq; & felicitatè plenariam fortunante cuncta numine. Erat igitur videre nihil aliud per singulas vrbes quàm altaria, victimas, sacrificia, candidatos, coronatos, hilares blandosque vultus omnium, festa, celebritates, musica certamina, circenses, comestationes, priuilegia cum citharis ac ribiis, voluptates, remissiones, inducias, oblectationes varias cunctorum sensuum. tunc nullum discrimè erat inter diuites & pauperes, claros & humiles, creditores & debitores, heros & seruos, exæquante iura tempore, vt iam fidè inueniret descriptum in poëtarum fabulosis figmentis saturnium seculum: tanta erat vbertas & annonæ felicitas, tãta hilaritas, & securitas, totas familias totasq; plebes occupans noctu pariter ac interdium per septem primos menses perpetuos. Octauo autem grauis morbus Caium inuasit, quia frugaliorem victus rationè & salubriore qua vsus sub Tiberio fuerat, mutauit in luxum regium, multum enim absumebatur meri cupediarumq; & pleno ventre non satiabatur concupiscètia, accedebant eò balnea parum tempestiua, tum vomitus rursumq; comotationes & voluptates ventris ac eorum quæ sub ventre sunt, volutationesq; cum foeminis ac pueris, & quicquid vel animo vel corpori noxium coniunctionem eorum conatur dirimere. quãdoquidem rēperantię merces est robur & sanitas, intēperantię verò morbus & imbecilitas vicina mortis proxima. is morbus postquam fama vulgatus est, mari etiã tum nauigationibus idoneo, per initiũ autumnii quæ ferè postrema solet esse nauigatio reuertèrium ad proprios portus ab omnibus

empo

emporii, præsertim eorum qui nolunt hyemare apud gentes exterarum: mutata illa prius delicata vita in mœstitiam, cõtinuò domus omnes & ciuitates omnes tristi habitu repletae sunt, æquante paulò antè præteritã tristitiam mœrore proclinato in diuersam partè alteram. omnes enim vnã agrotabãt prouincię & quidem ipso imperatore grauius. ille enim languebat solo corpore, hæc verò animo, sollicita desperabundaq; de pace commodorumq; suorũ vsu libero, subibat enim mentè memoria calamitatum exoriri solitarũ in orbato suo principe imperio, vt sunt bella, rapinæ, vastationes agrorũ, expulsiones colonorũ, dirptiones bonorũ, captiuitates, mortes, terrores & pericula, quorum omnium remedium situm putabant in salute sui principis. itaq; remittente se morbo, breui secuta est gratulatio vel extremorũ finium. fama enim nihil velocius arrectaq; erant omnes ciuitates rumorũ gratiorũ auidæ, donec latũ nuntium acceperunt, reualuisse omnino Cæsare: atq; ita quasi salutem ipsi recepissent, reuersi sunt iterũ ad hilaritates cuncti conuenientis & insularũ incolę. nemo enim meminit vnquã tantam fuisse vni⁹ alicuius gentis aut regionis lætitiã publicã ob salutem restitutum suum principem, quanta tum fuit vniuersi orbis ob Caij salutem, mox vt se cepit recolligere. nam acsi tum primũ feram & pastorem vitam in socialem ciuilemque inciperent vertere, & è desertis speluncis in ciuitates munitas migrare, & post viri; legitimo, gaudebant ignari veritatis. Cæcutit enim humana mens, nec intelligit quid sit verè vtile, sequendo magis coniecturas quàm scientiam, itaq; non multò post ille speratus seruator beneficentissimus, qui videbatur nouis felicitatum fontibus inundaturus Europam & Asiam, profuturis priuatim ac publicè, iuxta prouerbium ab ipso lare cirsus, erupit in sauitiam, vel potius aperuit quã dissimularat hætenus. suum enim patruelem & imperij cohæredem, & propiorem successorem Tiberij, quòd hic natura, ipse adoptione nepos esset. occidit causatus ab eo petitem se insidiis, quod crimen ne in ætatem quidem illius competebar. vix enim tum primam adolescentiam misellus attingerat: & vt quidam aiunt, si paulò diutius vixisset Tiberius, Caius iam tũ suspectus sublatus fuisset è medio, germanus verò nepos solus declaratus fuisset aucti successor imperij. Verum ille fato cõcessit prius quàm exequeretur sua consilia. Cæterũ Caius ad fraudandum cõmuni iure socium arte vsus est, rarus se

hoc

hoc pacto euasurum calumniam. Fuit autem id cōmentum hu-
iusmodi: Conuocatis optimatibus, Vellem, inquit, hunc cogna-
tione patruelem beneuolentia fratrem, iuxta extremam Tibe-
rij voluntatē, in imperij societate assumere. sed ipsi videris eū
a modum puerū opus habere curatoribus, pædagogis, præce-
ptoribus. alioquin quid mihi cōtingere potest oprarius, quàm
tanto imperij pōdere nō onerari vnum corpus vnāmq; animā:
& habere me a quo pro parte sua lubinde adiutante subleuer.
Equidem, inquit, plus quàm pædagogū vel curatorē vel præce-
ptorem ei me fore iam nūc profiteor, & me patrē appellari, illū
filium, iubeo. Post deceptos his verbis qui adfuerāt optimates
vnā cū adolescentulo, quōd ei hæc adoptio non tam daret spera-
tum imperium, quàm iam ante datū adimeret, cohæredi colle-
gæq; inuidias securus ipse cœpit struere. Nam Romano iure fi-
lius in potestate patris est, & alioquin imperator pro potestate
gerit omnia, nemine audēte aut valēte rationē ab eo reperere.
Hunc igitur sibi ratus aduersarium velut in certamine prostra-
turo fato cadentē, principatus patrimoniūq; sociū, qui multorū
spe Tiberio successor destinatus fuerat propter cognationem
proximam. Nepotes enim post parentū obitum aut cēsant pro-
filiis. Fertur iussu sua manu se interimere adstantibus tribu-
nis ac centurionibus & vetitis adiuuare scelestū facinus, quasi
nefas esset imperatorū posteros necari alienis manibus. Nole-
bat enim videri iuris oblitus in patrada summa iniuria, & san-
ctitatis ī scelere meminerat, illudēs veritati simulationib⁹. Tū
puer imperitus, qui nunquā cædē fieri viderat, nunquā in armis
se exercuerat, vt solent adolescētes regij pacis tempore simula-
cra pugnarum ciere, primum ceruicem præbebat venientibus:
cūque illi detrectarent, sumpta sica scitabatur cui loco letale
vulnus deberet infligere, vt infelicem virā abrumperet: impe-
tratōq; hoc miserabili officio, primum id atq; vltimum ab his
magistris didicit, coactus homicida sui fieri. Vbi verò primum
maximūq; certamen Caius confecit ex sententia, nemine su-
perstite quem maleuoli principem ei possent opponere, ad se-
cundum se mox parabat aduersus Macronē, quo auditore vsus
fuerat, non solum postquā adeptus est imperiū: id enim adula-
torū est, felices colere: sed & in principatu parando. Nam Tibe-
rius senex callidus & in noscītadīs occultis hominū voluntati-
bus perspicacissimus, nec minus prudens quā potēs, crebris de
Caio

Caio tangebatur suspicionibus, esse illum infensum vniuersæ
Claudiæ familie, fauerēq; soli materno generi: proinde metue-
bat nepoti, ne relictus puer non diu superstes foret: & alioquin
iudicabat indignū tanto imperio hominem inepto ad ciuilem
consuetudinem ingenio moribusq; inconstantibus præditum.
Videbantur enim alieni à decoro præ se ferre quādam insanix
speciem, adeò tum dicta eius tum facta parum sibi constabant:
quibus tamen rebus conatu omni Macro medebatur quoad fie-
ri poterat, suspensiones eximens Tiberio, ne metu de nepote vl-
ceraretur eius animus. aiebat enim Caium obsequentem illi
& beneuolum, & valde, patruelem amicum ac deditū, in tantum
vt, libenter soli cederet imperium. sed obstare verecundiam,
quod id nō videatur è re publica: & hæc esse causam cur quāuis
simplex, haberetur à quibusdam inconstans & varius. Quod si
quando parū promoueret rationibus verisimilibus, depacisci
non dubitabat, fideiussorem se offerens: quandoquidem iam sa-
tis approbasset suam erga Cæsares beneuolentiam, & priuatim
erga ipsum Tiberium, tum cū detecta oppressaq; se execu-
toe fuit Seiani coniuratio. & vt cōpendio dicā, erat laudator Caij
maximus, si laus vocanda est defensio cōtra inspicionum cau-
sas & incertas obscurasq; criminationes. Nam in summa quic-
quid pro germanis fratribus ac filiis afferri poterat, hoc totum
& amplius etiā Macro afferebat: pro Caio apud Tiberiū in cau-
sa fuerunt, vt multorū fertur sermonibus, nō solum eius offi-
cia mutua quibus colebat Macronem qui tum erat penè colu-
men imperij, sed & vxor Macronis propter quiddam tectum si-
lentio, quæ quotidie maritū incitabat, ne vllam occasionem fa-
uoris & iuuandi iuuenis prætermitteret. est autē ad impellen-
dum virum efficax impudica mulier, vt quæ blādiō fit propter
consciētiam. At ille ignarus probri domestici, & ratus ab amo-
re coniugali proficisci eas blanditias, imprudens suis artibus
gratificabatur inimicis quos putabat amicissimos. Itaq; sæpe
seruatum à se conscius, liberè monere solebat nihil suspicans.
Quærebat enim vt bonus opifex gloriā ex diuturnitate sui o-
peris, veritus ne aut suapte incuria rueret, aut destrueretur ab
aliis. Ergo si quando videret dormientē in conuiuio, excitabat,
nec decorū id nec satis tutū existimans. dormiens enim exponit
se insidiis. itidē insanē spectantē saltatores ita vt vnā gesticula-
retur, aut ad mimorum scurrilia dicteria non subridentem sed
cachinnatē pueriliter, aut non temperatē sibi quin citrha-
redis

cedis chorisve succineret, fodicabar cubito assidens aut accūbens proximus, & cohibere conabatur, interdū in aurē infusus rabat ne quis audiret alius, blandē admonens: nō decet te aliis in audiēdo spectandōq; & vsu ceterorū sensuum esse similem, sed tantū debes in ratione viuēdi excellere, quanto eminentiorē te fortuna cōstituit: absurdum enim fuerit terræ marisq; principem cantibus, saltationibus, cauillis & huiusmodi pugis succumbere, oportere illum semper & vbiq; meminisse maiestatis imperatoris, tanquā pastorē gregi præpositū, & vndecunq; dictis factisq; in melius proficere, addebatq; quoties cōtigerit te interesse gymniciis aut scenicis aut circēsis spectaculis, nō studia sed industriam cōsidera, sic cogitans: Si ista quæ vitæ nō profunt, quōd solam voluptatem spectatoribus pariant, tamen quibusdam elaborātur tanta diligentia, laudem à turba mirabunda captantibus, & coronari ac præconis voce victorē declarari amplū præmium existimantibus, quid oportet eum agere qui profiterur artem longē præstantissimam? ea est imperandi ars, cuius ope colitur quantū est bonorum agrorum siue montanorum siue campestrium, navigatur totum mare sine periculo, ob commercia quibus diuersissimæ terræ sua bona cōmunicant indigentibus, & vicissim illarū copia suam subleuant inopiam, nam inuidia totū orbem nunquā occupauit, imò ne partes quidem eius maiores, Europam vniuersam aut Asiam: sed venenosarum more bestiolarū cavernas habitat, quoties vnum aliquod pectus subrepsit aut voam familiam, aut ad summum vnam ciuitatem atq; alterā: amplas regiones & nationes non accedit, præsertim ex quo vestra gens angusta posita est rerum dominio, nā quæcunq; noxæ prius versabantur in medijs vrribus, pulsæ sunt ad extremas tartari latebras, & pro his inducta cōmoda ab vltimis terræ, marisq; sinibus in has nostras regiones, atq; hæc omnia tibi soli gubernādā cōmissa sunt, à natura igitur in puppi celsa collocatus ad gubernacula, rege nauē quæ generis humani salus vehitur, non aliunde magis voluptatem capiēdo, quàm è subditis per te adiutis aliquo beneficio. Ab aliis enim alia exiguntur vel priuatim vel publicè, à principe ppriè expectantur bona cōsilia, quorū executio prosit subiectis populis: vtq; larga manu ac mente sua bona impartiat, his tantū exceptis quæ ob incertos casus futuros seruari providentia postulat, talibus verbis eū incātabat ille infelix monitor cupiens meliorē reddere, at is homo cōtentiosus vergebat in con-

eraz

traria, quasi ad illa impelleretur, & castigatōrē impudēter reiciebat: interdum etiā procul venientē conspicatus, sic alloquebatur proximos: Adest præceptor iam superuacuos, pædagogus nō amplius pueri, prudētioris seipso monitor, qui subito imperatorem obedire postulat nō rudem regiarū artium, quarū magister videri vult, sed à quo ipse doct' nescio. Mihi certē ab incunabulis contigerūt educatores plurimi, patres, fratres, patrui, patruales, au, proau, iam inde à primis Romanis principibus per paterni materniq; generis seriem cognatione proximimi, nequid dicā de virtutū seminibus quæ innascenti solent in principe. Quæadmodum enim corporis animiq; forma, habitus, gestus, cōsiliis, actionibus, prognati maiores suos referūt, eodem modo probabile est in ipso semine deliniari quādam habilitatem dignā principe, & audebit aliquis indoctus me, qui in materno vtero & naturæ officina imperator formatus fui nōdum in lucē editus, docere artes imperatorias quas dudum probè calleo? an credere fas est in mentē venire posse cui paulo antè priuato & humili regia consilia? attamē impudēter audent præire nobis imperatoria mysteria, quibus ipsi vixdū initiati sunt. Sic ille paulatim à Macrone alienabatur, quærēs contra eum falsa, sed vtcūq; probabilia crimina. Sunt enim quidā ingeniosi ad cōminiscenda verisimilia. Tunc autē ex huiusmodi Macronis vocibus arrepta fuit occasio. Meū Caius opus est, à me magis, aut certē nō minus quàm à suis parēribus est genitus, ter nō semel eum Tiberio sæuienti & ad necē poscenti eripui meis deprecationibus, post obitū quoq; illius cū mihi parentum prius, vno tantū viro esse opus, de cetero integrū & incolumē manere imperiū. His vt veris quidā assentiebantur, quia nōdum pernouerāt mores Caii fucatos & mutabiles, ipso simulando dissimulandōq; tegēte suam vafriciem & inconstantiam. Verūtamen post non multos dies ille infelix sublatu est è medio vnā cū vxore, extrema pœna repensā sibi pro immodico studio, nec aliam ingrati pro meritis referre solent gratiā, pro quibus libenter damnum dant suis benefactoribus. Certē Macro, qui sedulo ambitione magna pariq; conatu dedit operam, primū vt seruaret Caiū, deinde vt imperiū soli adstrueret, talē mercedē retulit. Fertur enim miser coactus seipsum interficere, vxor quoq; habuisse eundem exitum, quamuis putaretur cōsuprata à Cæsare, sed negant in amore firmum præsidium,

X ij prop

propter crebra eius affectus inconstāriſſimi fastidia. cæterum postquā & Macro cū omnibus domesticis mactatus est, tertium certamen Caius maiore dolo aggreditur. fuerat ei focer M. Silanus, vir magnanimus & cū primis illustri natus familia. hic post immaturo fato abſumptā filiā, tamen nō desit generū colere paternis officiis. sperās (vt par erat) mutuā beneuolentiā tanquam à filio ignarus quā inanes fallacēsque; spes foueret. afferebat enim semper sermones pertinētes ad corrigēdos mores vitāque; principis, nihil dissimulans & liberē, monens quid eius maiestātē deceat, fretus tū eximia nobilitate, tū familiaritate domestica. nec enim ita dudū filia defuncta fuerat, vt affinitatis iura vanescere debuerint, sed hærebat etiā cum recens memoria exhalantis animā. At ille officiū interpretatus contumeliam, quod sibi videretur prudētissimus, temperatissimus, fortissimus, iustissimus, oderat hominē hostiliter sicut monitores cæteros. ratus igitur hūc quoque esse obstaculū suis cupiditatibus, valere iussit manes extinctæ coniugis, & patrē illius, suū verò focerum dolo peremit: atque ita magnatū alia super aliam cedes vulgabatur rumoribus, sceleratis facinoribus nemine nō obloquente, nec tamen aperte præ metu, sed susurris clanculariis. Verūm nō multo post mutati (vt est vulgus incōstans dictis, factis atque cōsiliis) vix credentes tā repente aliū redditū qui prius bonus & perhumanus sit habitus, atque etiā ciuilibus liberalisque, excusationes cōminiscebantur: de patruele coheredēque, quæ naturæ leges societātē non ferāt imperij. Præuentum esse illū nece, qui occisurus erat alterū si fuisset ipse fortior, non tam patratū esse homicidium, quā diuina fortasse prouidētia sublatum adoleſcētē ad vtilitatē humani generis, ne in partes diuisum, aliis huic, aliis illi fauētibus: per factiones affligeretur bellis externis simul ac ciuilibus. Quid autē optari posse pace melius: pacē verò prouenire ex bene administrato imperio, id verò nō posse bene administrati: nisi absque contētionibus principum, quibus cessantibus omnia manere in officio. de Macrone item audiebantur huiusmodi sentētiæ: Turgebat fastu immodico Delphi ei oblitus oraculi, quod iubet quæque; nosse seipsum. Addebantque; notitiam sui felicitātē parere, sicut ediuersò ex ignoratione sui nasci calamitatē & infortuniū. quod enim necessum erat subditū occupare partes principis, imperatorē verò Caium in ordinē redigi: cū principis sit imperare, quod Macro sibi vsurbabat priuati verò imperata facere, quod ille à Caio postulabat. nam sic
homi

homines imperiti vocabant monita: & consultorē magistrum, siue tam insensati vt rerū discrimen non intelligerent, siue hoc est adulatorum ingeniū, res adulterare simuli & hatū vocabula. De Silano verò cauillabantur, ridiculū quod putares focer tantam auctoritatem in generū, quantam patris in germanū filiū. atqui patres ciues priuati filiis ad magistratus prouectis vltro primatu cedunt. hic verò nimis simplex. iā ne focer quidē plus satis curiosus fuerat in rebus nil ad se pertinentibus, non intelligens affinitatem extinctam cū filia. nam cōnubia familiis externis sunt pro vinculo, quo soluto soluitur & affinitas: præsertim quoties casus incidit cui mederi nequeas, interitus elocatae in alienam familiā. Talia tum passim audiebantur in omnibus circulis, dum operam dāt omnes ne imperatorem crudelitatis infimulent. semel enim concepta opinione humanitatis & probitatis eius, si cuius antea principis, incredibilem putabant tantam tamque; repentinā mutationem in contrariū. cōfectis igitur modò dictis certaminibus, aduersus præcipuas tres partes reip. duas palmas adeptus de ciuibus ordinis equestris & senatorij, tertiam de suis gentilibus ratusque; post postratos valentissimos se factum iam aliis omnibus formidabilem, senatoribus quidē caelo Silano nemini secūdo eius ordinis, sublato verò Macrone equitibus, inter quos ille primam dignitatē, primosque; honores meruerat, patrueles quoque; ac cohæredis nece omnibus sibi coniunctis sanguine, nō amplius se cōtinuit intra humanæ naturæ terminos, sed ad diuinos honores aspirauit, hic vt aiunt nactus occasiōē eius dementiæ. Persuasum ei fuit, sicut aliorū gregū magistri opiliones, caprarij, bubulci, nec boues sunt ipsi, nec capri, nec arietes, sed homines his longē præstantiores modis omnibus: sic præfectū gregi humani generis optimi, censendum maiorē homine, referendūque; in deorū numerum. Hanc opinione vbi cōcepit, amplexus est fatuus pro veritate fabulam. Tandem ausus in vulgus efferre impiā sui consecrationē, pergebat vltcrius, & quasi per gradus quosdam paulatim ascendebat. nā primò æmulabatur semideos quos vocant, Liberū, Herculem, Castores, Trophonium, Amphiaräum, Amphilochem, & similes, irridens eorum oracula orgiāque; ad suam collata potētiam. Deinde quemadmodum in theatris solent scenici, aliās alium cultum sumebat, nunc clauum & leonis exuuium, sed hæc aura ta vtraque; scilicet trāsformatus in Herculem: nunc pileum imponebat capiti, quoties Castores ageret: interdum hedera thyr-

ſōq; ac hinnuleorum exuuiis repræſentabat patrem Liberum. Verum tamen hanc ſibi prærogatiuā uſurpabat interim, quod cum illorū quiſq; cōtētus propriis ceremoniis ac honoribus alienos nō requireret, ipſe vniuerſos iubebat ſibi cōgeri, vt eos quibus inuidebat vinceret, nō more Geryonis tricorporis tāta mole captans cōcurſum conſuentiū ſpectandi gratia, ſed quod magis mireris, vnum corpus ſubinde tranſfigurans in formas varias, vt quondam Proteus ille Aegyptius, quem Homerus introducit omnia vertentē ſeſe in miracula rerum, ignēmq; horribilēmq; feram. fluuiūmq; liquentē. Atqui quid opus erat tibi Cai his ſimulacrorū inſigniis? Virtutes illorum imitari debeas. Hercules purgabat terras & maria, ſubibat neceſſaria certa mina hominibus vtiliſſima, vt noxia mōſtra ex elemēto vtroq; tolleret. Liber exulta vite, expreſſōq; inde potu ſuauiſſimo & animis corporibꝫq; perutili, illos ſerenat malorum obliuionem inducens & ſpem bonorū: hæc ſaniora reddit & agilia fortioraq; cōferens plurimum & ſingulis ciuibꝫ, & frequentibus familiis ac ciuitatibus, dum è dura laborioſaq; vita traducit ad mitiorem, & cunctis Græcis pariter atque Barbaris nationibus feſta, epulas, hilaritates, alias poſt alias exhibet. Mero enim debentur hæc omnia. De gemellis quoque Iouis filiis fertur immortalitatem impartiuiffe alterum alteri. Cum enim alter mortalis natus eſſet, alter verò immortalis, hic cui⁹ erat potior conditio, maluit de ſuo iure decedere, quàm pieratem erga germanum non declarare. Cogitans enim infinitum æuum ſuæ vitæ fraternique interitus, & ſibi relinqui vnā cū immortalitate luctum amiſſi fratris perpetuum, mirificā permutationem commentus eſt, admixta ſibi mortalitate, fratri verò immortalitate, atq; ita exæquatis naturis diſparibus, quæ quidem ratio ſons eſt totius iuſtitiz. Hi omnes Cai, vt bene de humano genere meriti fuerunt in admiratione, & ſunt hodiēque, diuinis honoribus digni habiti. Tu quid tale nobis præſtituiffi, quo extollaris atq; ſuperbias? es'ne imitatus Ioue natorum fratrum charitatem, vt inde incipiam? Fratrem cohæredēmque in primo ætatis flore crudeliter iugulaſti, ferreus & immifericordiſſim⁹, ſorores poſt in exilium eguiffi, vt regnareſ ſecurius nihil ab eis metuens. At Liberū æmulatus es? excogitaſti noua beneficia? impleſti vt ille terrarum orbem læticia? Europa & Aſia vix tuam capiunt munificentiam? Inueniſti ſanè nouas artes, ſed vt peſtis publica, quib⁹ gaudia mutaſti in dolores ac moleſtias

ſtias, vt omnes vbiq; radium vitæ caperet, dum aliena bona caucta occupas inexplebili auaritia conuerrens ab oriente occidentēque & cæteris tractibus ad meridiem & ſeptentriones vergentibus: pro quibus remittis ad eas regiones execrabilia maleficæ animæ tuæ germina pernitentem mortalibus afferētia. Hæc ſunt cur alter Liber pater exortus ſis. Sic & Hercule egrege referſ indefeſſis tuis laboribus, & facinoribus fortibus, dū bonis legibus, incorruptis iudiciis, annonæ felicitate, cæterisq; feſtæ pacis commodis replet continentem & inſulas tu ignauiffimus ac pauidiffimus, qui tranquillitatem felicitatēque proſtigatſi ex omnibus ciuitatibus, introductiſq; in earum locum tumultib⁹ infortunatiſſimos reddidiſti populos. Dic Cai, ob hæc ne cædes ac peſtes per te illatas deus fieri poſtuulas? ſcilicet vt immortalis ipſe hæc calamitates non in paucos dies, ſed & in tempus infinitum proſeras. Ego diuerſum cenſeo, etiam ſi deus credereris, omnino te trāſitūrum in ordinem mortalium ob tam peruerſa tua ſtudia. Nam ſi virtutes diuinitatem, vtiq; mortalitatem afferunt vitia. Non eſt igitur quod te adſcribas Iouis filiis fraternæ charitate inſignibus, ipſe fratrum interfeſtor: aut Herculis Liberique honorum velis eſſe particeps, quī ſuis inuentis vitam excoluerunt, cum eorū beneficia perdas tuis maleficiis. Tanta autem inerat ei rabies, tam infana vācoria, vt non contentus ſe æquiparari ſemideis, ad maiores deos verſus æmulationem cum eis ſuſciperet, cum Apolline, Marte ac Mercurio. Huius primum caduceo, talaribus, chlamydeque ornatus, ordinem in perturbatione, ſeriem in confuſione, rationem oſtentabat in dementia. Deinde vbi collibuit, his depolitus, arcum & ſagittas ſiniſtra tenens, dextra porrigens gratias, quod ita deceret in promptu eſſe id quod melius, pœnas verò ſupprimi, & ad ſiniſtram retruēdi in locum poſteriorem. moxq; inſtituti ſunt chori vt pœanas canerent in eum quem paulò antè Bacchum, Euium, Lyrum hymnis ſuis appellauerant, quando Liberi habitum ſumpſerat. Sepe etiam thoracatus, galeatus, clypeatusque prodibat iſtricto gladio pro Marte ſe oſtentans, vtrunq; latus ſtipatus nouis ſaliis, homicidis quibuſdam paratis ad ſæua miniſteria, explendāmq; crudelitatem ſitientis humanum ſanguinem. Hic inuſitata ſpecie terror incuriebatuſ populo, mirati quod honores ſibi uſurparet eorum, quorum virtutes aſpernaretur, cōtētus ſolis inſigniis. Atqui hæc geſtamina

simulacris additur, ut significet utilitates ab his diis exhibitas humano generi, suisque cultoribus. Mercurij pedibus alata subligantur talaria. Quam ob rem? nimirum quia decet deorum internuntium atque interpretem, unde illi Græcum nomen est, lata nuntiantem (mala enim vix vir sapiens, nedum Deus, nuntiare sustineat) esse quam celerrimum, & prepetibus pennis ferri velocissimè: quandoquidem in huiusmodi rebus properatio requiritur sicut in diuersis quiescere satius fuerit. Sic & caduceum sumit, insigne pacificatoris & autoris foederum. Nam bella caduceatores foecialesque dirimunt, afferendo pacem aut inducias. Qui nisi admittatur nec modus nec finis erit calamitatum, & vltro citroque illatis iniuriis. At Caius in quem usum sibi sumebat talaria? an ut inauspica inauspicataque ipsius facta, perpetuo regenda solatio, cursim divulgarentur per omnes imperij prouincias? & quid erat opus motu precceleri, cum vel vno loco hærès alia super alia mala innumera profunderet velut è perennibus fontibus, inundatura omnes regiones orbis huius habitabilis? quid autem opus erat caduceo, cum nihil vnquam pacatum vel diceret vel faceret? omnes verò domos & ciuitates tum Græcas tum barbaras impletet intestinis seditionibus bellicisque ciuilibus? deponat istam appellationem ineptè vsurpatam adulterinus Mercurius & supposititiuus. Apollinis verò quid est in eo simile? coronam radiatam gestat, efficitis bellè ab artifice radiis solaribus: quasi aut sol aut in vniuersum lux magis placere possit quam nox & tenebræ densissimæ ad perpetrandas res nefarias. Siquidem honestæ opus habent luce meridiana ut conspicuæ fiant quibuslibet: turpes verò sunt relegandæ in extremum Tartarum, dignum omnium quæ cælari debent receptaculum. Quin & vtriusque manus gestamina, ut par est, transferat, arcum sagittasque dextra intenter, ferire certis ictibus, viros, mulieres, totas familias, ciuitates populosas, ad internecionem solitus: Gratias verò sinistra tegat, nisi mauult prorsus abiicere. Propalam enim eas violauit, dum facultatibus amplis inhiat, & post rapinas domitos earum iugulat insuper, propter felicitatem inuolutos calamitatibus. Medicinam quoque pulchrè inuertit Apollinis. ille remediorum inuictor est salutariu, pro sua genuina bonitate paratus morbos etiã ab aliis immisfos depellere. iste contra sanis morbos inferabat, mutillationes integris, viuis mortem manu ascitã ante fatalia tempora, cõquisitis diligenter beneficiis, quibus ni diuina iustitia prequetus fuisset

set, perdidisset quicquid erat in singulis vrbibus præstantiu & probatorum hominum. Aduersus honoratos enim & diuites hunc apparatus fecerat, vrbanos præsertim atque Italos: apud quos tantum auri argentique congestum est, ut si ex reliquo orbe habitabili vniuerso colligeretur, multò minor inueniretur numerus. Quapropter à suametipsum patria, tanquam à sacra linea, exorsus est talem sementem iactare, pestis ciuitatis populi deuorator, lues & pernicius. Celebratur & alia laus Appollinis, quòd non solù medicus sed & vates sit optimus, oraculis futura prædicens ad utilitatem hominũ, ne quis caligante mente ob incertitudinem, offendet tanquam cæcus in tenebris, & bona querens in aduersa impingat per improuidentiam: sed potius futuri præsciis, & in id tanquam præsens mente defixa, non aliter sibi caueat quam corpori præcauet oculorum ministerio, vitans quæcunq; incommoda. Quid si his quoque opponamus inclyta Caij oracula, per quæ ignominia, confiscationes, exilia, mortes prædicebantur optimatibus & dynastis vbique gentium? quid igitur cõmune habet cum Apolline, qui nihil vnquam fecit simile? desinant igitur illi falli præanes, ad veri præanis imitationem compositi: nam nec nomisma licet adulterare, nec diuinam effigiem, sed nihil tam inopinatum, quam tale corpus talisque animum vtrunq; molle fractumque, æmulari Martis robur ac fortitudinem. ille tamen tanquam in scena subinde mutatis personis varia specie fallebat spectantium oculos. omittamus examen animi & corporis, per omnia dissimilium dicto dæmoni, tam habitu quam gestibus. Certè Martis, non fabulosi dico, sed eius per quem fortitudinem naturalem intelligimus, vim sciimus beneficam, auxiliatricem oppressorũ iniuria, ut ipsum nomen eius Græcum indicat. nam ἀρης παρὰ τὸ ἀρήγειν, hoc est à succurrendo videtur mihi denominatus, profligator bellorum, pacis opifex, quam ille graduius equè ac hic bella, odio prosequitur, tranquillitatem & quietem turbans tumultibus. Satis opinor quidem conuenire, diuerso natura & essentia, sed præcipuè studiis. nimirum cæca est concupiscencia, præsertim accedente ambitione cõtentioneq; peruicaci ac licetia maxima, quæ nos quòdam fortunatos deuastauit. Solos enim Iudæos suspectos habebat ut obstaturos suo proposito, quippe qui penè in cunis ex parentibus, pædagogis, magistrisq;, præcipuè verò ex ipsis sacris legibus, atque etiam non scriptis moribus didicissent vnũ Deum

magis quam igni necabatur, quod ex tali materia surgēs ignis fumosus & debilis statim extingueretur, nec vllas prunas relinqueret. Multi etiā viui loris laqueisq; circa talos adstrictis per medium forum raptabatur, insultate vulgo & ne mortuis quidem parcere corporibus. Dissecta enim mēbratim frustatimq; conculcabant immaniores bestiis efferatissimis, tāta crudelitate: vt ne reliquias quidem ad sepulturā superesse finerent. Cūque praeses eius regionis, qui solus si voluisset, poterat vna hora impotentiam turbae furentis compescere, dissimularet quae videbat audiebaturq;, atq; etiam turbata pace daret infestandi licentiam, magis etiam exasperati atrociora sunt autē facinora: conglobatq; in cohortes numerosissimas, profeuchas (multae sunt in singulis vrbis regionibus) aut arbutis succis vastarunt, aut diruerunt funditus, quasdam etiam incenderunt iniectis ignibus tanta rabie atque infania, vt nec proximis aedificiis parcerent. Ignis enim nactus materiam facillimē trāsiluit. Taceo deleros & furentibus eodem incendio honores Romanorum principum, clypeos, coronas statuāsq; auratas cū suis titulis, quos reuerenti continere impetum debuerant: sed tum ferociebant, nō timentes Caium vindicem, quē norant Iudaeis infensissimum, nec illi quicquam fore gratius, quā si hanc gētem omni genere calamitatum afficerent. & vt nouis adulationibus eum sibi conciliarent, ac in nos sauirent securius, quid faciunt? profeuchas quot quot diruere incenderēve non potuerāt, quod accolerentur magna Iudaeorum frequentia, alio modo perdiderunt vnā euersis moribus & ritibus. Nam effigies Caii statuerunt in omnibus, in maxima verō ac celeberrima sublimē quadrigis aheneis: idq; tam praepropero studio: vt cū carerent nouis quadrigis, veteres aruginosas, auribusq;, caudis pedibusq; mutilatas, ē gymnasio raperēt olim dedicatas, vt fertur Cleopatrae, quae fuerat vltimae huius nominis reginae proauia. Qua in re quantū crimē sit admissum, cuius puto perspicuū. Nōquid enim decorum erat vel nouas dedicari quae fuissent scemināe? nunquid vel viriles vetustas adeo? aut qualescuq;, alienas tamē, & iam ante dicatas alteri? & cum istis talibus donariis non verebatur ne offenderet imperatorem, iracundum & omnes honores sibi deposcentem egregiē splendidos atque magnificos? at illi ob hoc praclare factum laudem sperabāt insuper, maiorēque gratiam, quod profeuchas in noua fana verterent, auerentque contractorum Caio templorum numerum, non tam in eius honorem, quā

vt

vt odium suum exsaturarent omnifariis nostrae nationis cladi bus, id quod liquet argumentis certissimis. primò quia nullius regum, quos circiter decē in trecētis annis deinceps numerat. vllam in profeuchis dedicarunt effigiem aut statuam, quāuis hos sui generis deos censerēt appellarentq; in titulis. Quid nisi quos certē sciebāt homines, cum plerasq; bestias aquatiles terrestres volucresq; referrent inter numina, quorum fanis, aris, templis, lucisq; tota Aegyptus plena est, respondebunt nunc fortasse quod tunc non respondissent, vt sunt adulescentes, fortunam principum magis quā ipsos principes colere soliti: maiorē esse imperatorū maiestatem ac felicitatem quā Ptolemaeorum fuerat, ac proinde maiores his honores deberi. Ergo homines omnium, ne quid dicam asperius, stultissimi, cur ante Caium Tiberio, qui & illi principatū parauit, & per vigintitres annos terrae marisque potitus imperio, nullum semen belli, ac scintillam quidem reliquit in tota Graecia & Barbaria, sed pacē pacisq; bona vsque ad suum obitum fouit constantissimē, non eosdem decreuistis honores? num genere erat eo inferior? imò ex utroque parēte nobilissimus. An eruditione cedebat? & quis fuit per id tēporis prudentior aut disertior? At fortassis aetate? & quis rex aut imperator feliciter cōsenuit? imò etiamnum iuuenis, senior dicebatur propter opinionē solertiae, & tamē hic talis ac tātus à vobis est praeteritus. Quid ille qui humanā naturam excelsit omni virtutum genere, propter eximiā potentiam bonitatemq; primus cognominatus Augustus, non haereditariam hanc appellationem sortitus, sed nouus eius cōditor & transmissor ad posteros? quāuis rebus turbatissimis principatum adeptus & ad motus gubernaculis reipublicae. nam terrae marisque cōtendebatur de primatu certantibus maritimis & mediterraneis prouinciis, ductu honoratissimi cuiusq; ē Romanis optimatibus: & ingētes orbis terrarū tractus inter se cōmittebantur conflictabaturq; aemulatione imperij, excitis vtrinque gentibus vltimis, & aduersas acies terrae marisque mouētibus, vt penē vniuersum hominū genus internecione sit absumptū per caedes mutuas, ni rebus fessis subuenisset vnus homo princeps augustae familiae, dignus alexicaci seu auerūcatoris cognomine. Hic est Caesar ille qui depulsis procellis vnde quaque ruētibus serenitatem orbi restituit, qui calamitatibus publicis tū Graecarum tum Barbararū gentium attulit remedia, quae exorae ab oriente ac meridie percūrerunt vsque occidentem & septentr

ptentriones, intermediis terris repletis omni malorū genere. Hic est ille qui solus provincias quotquot sunt exemit viculis. Hic est ille qui & aperta bella sustulit & occulta latrocinia. Hic est ille qui mare vacuum nauibus piraticis, reddidit pleni onerariis. Hic ciuitates vniuersas libertate donauit, res perturbatas reduxit ad certum ordinem, gentes feras & abhorrentes à cæterarum commercio, formauit ad māsuetudinem societatemque hominum. Hic Græciæ lōgē promouit pomœria, & status verò Barbarorū opportunissimos mutauit in Græciam. Hic pacis custos, iuris æquus moderator, gratiarum profusus, largitor, omnium bonarū rerum quā diuixit cōmunicator. Huius talis tantique benefactoris, per quadragintatres annos quibus Aegyptum tenuit, honores neglexerunt, in profeuchis nulla eius posita statua vel effigie. Atqui si cui noui eximique honores debebantur, illi conueniebant maximè, non solum ut auctori Augustæ familiæ, & ante alios optimè de mortalib⁹ merito, qui sublato multorum principatu sibi vni sumpsit clauum reipub. gubernandi scientissimus: meritò enim dictū est illud, Multos imperitare malum est: quia multifariorum malorum causa sunt multorum suffragia. verum etiam quia totus orbis cælestes ei honores decreuerat, templa, fana, lucos, porticus, ut his alia nulla pulchriora visantur in vrbibus vel noua vel vetera, præsertim in nostra Alexandria. Nullum enim est conferendum cum eo quod dicitur Sebastion, templum Cæsaris nauigantium præsidis, sitū è regione stationis portuosissimæ, sublime, ingens ac cōspicuum, quale nusquam aliubi, plenum donariis, pictis tabulis & statuis, circūquaque ornatum auro argentōq; spatiosum, excultum porticibus, bibliothecis, aulis, lucis, vestibulis, atriis, ambulacris, omnibus his sumptuosissimis, spes lularis soluentium & appellentium. In tanta occasione, in tanto consensu gentium: incolumi profeucharum iure decessit ne quicquā officiis Cæsari debitis: id nemo sanus dixerit. cur igitur prætermiserunt? dicam sedulo. Norant eius curam ac diligentiam, qui nō minus sollicitus esset de cōfirmandis singularū prouinciarum ritibus quā de Romanis ceremoniis: acciperetq; huiusmodi honores à cæcis assentatoribus, non quod probaret, sed quia videbatur hoc postulare amplitudo imperij, cui veneratio quædam parabatur his artibus. Ipsum verò nūquam inflatum talibus obsequiis, hinc certò colligitur, quod nunquā sustinuit se appellari deum vel dominum, auersatus hanc adulationem

lationem, nec dissimulans probari sibi Iudæos qui abominarētur talia. Alioquin non passus fuisset trans Tiberim bonam vrbis partem teneri à Iudæis, quorum plerique erant libertini: quippe qui belli iure in potestatem redacti ab heris suis manumissi fuerant permisi ritu maiorū viuere. Hos sciebat habere suas profeuchas in quibus cœtus facerēt, præsertim sabbatis, iuxta religionem patriam. Sciebat eos collectas primitiarū nomine mittere Hierosolyma, & certos homines, qui pro ipsis offerrent victimas. Eos tamen nec vrbe iussit excedere, nec multam volebat eorū religionem & rempub. nec circa profeuchas quicquam nouauit, nec cœtus in quibus leges discerentur fieri veruit, nec solennem morē primitiarū offerendarū vilo edicto sustulit: sed tam sanctè nostra sacra habuit, ut penè omniū eius domesticorū dona extent in tēplo nostro, in quo mādauit quotidianas mactari victimas suis sumptibus, deo votas altissimo: quæ sacra in hodiernum peraguntur, durabuntq; perpetuò, monumentum virtutum imperatoriarum. Domi quoque quoties menstruas pecunia: frumentive distributiones populus acciperet, Iudæorum rationem haberi voluit: quæ liberalitas si in sabbatum incideret, quādo nostris nec dare licet nec accipere, nec operis quicquā facere, præsertim quæstus gratia, iubebatur distributores Iudæis in posterū diē reponere publicum beneficiū. quapropter omnes vbiq; gentes, quāuis suo pte ingenio Iudæis parum propitiæ, verebatur tamen violare iura Iudaica. Idem sub Tiberio conseruata sunt, licet Seiano res nouas moliente in Italia. Cognouit enim ille mox post necē insidiatoris, meras calumnias fuisse delata de Iudæis Urbem incolentibus crimina, cōficta à Seiano, ut gentē è medio tolleret, quā vorat vel solam vel præcipuè repugnaturam conatibus impiis, & cōspirationi caput imperatoris petēti. Proinde mandauit omnibus prouinciarum præsidibus, ut oppidatim huic genti parcerent, exceptis conscis paucis admodum: cæterum de tribus eorū nihil nouarent, sed cōmendatos haberent, tum viros ipsos ut pacis amantissimos, tum mores eorum legēsque, ut cōferentes ad tranquillitatem publicam. At Caius sic fastu inflatus est, ut se deum nō iactaret tantū, sed & crederet, nec vllōs inuenit Græcos aut Barbaros magis idoneos quā Alexandrinos quibus abuteretur ad satisfaciendū tam immani cōcupiscētiæ, sunt enim magni præstigiæ, assentationū, simulationūq; artifices, & semper in
prona

promptu verba habent adulatoria, effreniore ad omnia turbāda miscendāq; faciles. Dei nomē tanti faciunt religiosi homines, ut & ibes & aspides suas multasq; alias bestias eo dignentur. itaq; cum sint huius appellationis prodigi, decipiunt pusillanimos & imperitos impietatis Aegyptiacę: sed deprehenduntur ab his qui norunt eorū stultitiam vel potius audaciā nefariam: id quod Caius nesciens putabat ab Alexandrinis deum se credi ferio, quādoquidē non dissimulatē sed disertē utebatur omnibus acclamationibus quibus alia solent venerari numina, præterea novā illam prosequis illatā iniuriā, existimābat à pura conscientia profectam & vehementi studio: quæ partim ex quotidianis actis cognoscebat, trāsmisissis sibi ab Alexandria: hæc enim libētius lectitabat, quā vllum poēma vel historiā: partim ex nōnullis seruis domesticis, eadem cum ipso laudare aut irridere solitis. Horum pleriq; erant Aegyptij, malē frugimancipia, aspidum & crocodillorum patriorū venenis tincti, tum corpora tum animos. Quorum chori & totius Aegyptiaci sodalitij ceu ductor quidam erat Helicon, seruus nequam & scelestus, qui malis auibus in palatium subreperat. Nam artes liberales gustarat cura prioris heri, qui eum donarat Tiberio Cæsari. & tunc quidem in nullo fuit pretio, q̄ Tiberius auerferetur pueriles blanditias, quippe qui iam tū adolescens ad gravitatem seueritatēmq; fuerat pronior. Sed postquā illi defuncto Caius in principatum successit iste animaduertens nouum herū in omnes relaxationes & delicias effundi omnibus sensibus sic cogitavit: Nūc tuum tēpus est Helicon, excita te ipsum, habes auscultatorem & spectatorem egregium, cui te ostendō approbes. Agili es ingenio. salib' & cauillis vales plurimū. Probē calles nugas, risus, iocos, & ludicra. Tenes artes illiberales nō minus quā liberales. Habes & non iniucundam facundiam, qua inter adulandum possis malitiosē pungerē, ut non risum solū sed & bilē è suspicione moueas, quādo in potestate habes dominum ad audiendas delationes facilē. Patēt enim (ut scis) aures eius, semper arrectæ ad cōmentitias obtrectationes atq; calumnias. Earū materiā noli amplius quærere, habes criminationes Iudæicorū rituum, quas didicisti à pueritia. non ab vno aliquo, sed à linguacissima parte Alexandrini populi, Ostēde quid didiceris. His ineptis & scelestis cogitationibus percitus affectabatur Caiū, nec noctu absitēs nec interdiu, sed abutēs ad incusandos Iudæos secessu eius in otio, cauillis eū oblect

oblectans versutissimus, quo magis illos pungeret. Nec enim apertē delatorem se profitebatur, nec profiteri poterat: sed oblique & astu infestabat grauius quā si professas cum ea gente exerceat ininuitias, Id cum scirent Alexandrinorum legati, dicuntur eum conduxisse magnis mercedibus, non tantū pecunia, sed & spe honorum, quos ei pollicebantur se collaturos quā primū Caius veniret Alexandria. At ille tempus illud somnians, fore vel honoraretur presente domino, & cum eo perē toto orbe habitabili (nec enim dubiū erat profecturos eū oprimates ciuitatū, omnium, relictis remotissimis vrbibus obvisendam maximam & celeberrimam) benignē cūcta pollicebatur. itaq; aliquādiu latentis hostis ignari, apertōs tantū obseruabamus. postquā autē sensimus, dispiciebamus si quo modo possemus mollire ac cicurare hominē, vñdecūq; nos ferient misilibus. erat enim Caio socius pilę palestræ, balinearū, conuiuiorū comestationūmq; præfectus ipsius cubiculo, quæ dignitas est primaria, quod ei semper aures imperatoris patent, & posthabitis rebus aliis auidē vacarēt eius fabulis. eæ cōstabāt scurrilitate scommatū, admixtis interim delationibus, ut eadē opera & illū oblectarent, & nobis nocerēt maximē. Nā id quod videbatur quæri maximē, videlicet voluptas principis, agebatur tantū obiter. Accusationes verō quæ obiter aspergi videbatur, erant scopus primarius, & vnicū propositū nequissimi mancipij. tandem excussis omnibus rudentibus, auras nactus secundas à puppi aspirātes, plenis velis ferebatur & in nos inuehebatur, alia super alia cōponens crimina: quæ adeo hæserunt infixæ menti auscultantis, ut nunquam obliuisci posset. cumque inopes consilij moueremus omnem lapidem ut Heliconem placaremus, nullum inueniebamus ad eum aditum, ne mine audente alloqui vel accedere hominem, præ arrogantia nulli tolerabilem. simul quia nesciebamus an aliquod priuatū in Iudæos aleret odium, propter quod dominū contra eos exacerbare nō desineret, omisso illo satagente circa hoc negotiū, ad aliam rem sumus versi magis necessariam. Placuit offerri Caio libellum continentē summam calamitatū, & earum deprecationē. id erat fermē compēdium supplicationis prolixioris, quā per Agrippā regē paulò antè miseramus, nam is fortē fortuna venerat Alexandria, nauigaturus in Syriam in suum regnum quod ab imperatore acceperat. sed ignorabamus etiā tum quā falleremur. ex quo enim primū oram soluimus,

putabamus nos inuenturos reddētem iura iudicem. at ille erat hostis implacabilis, alliciens vt tum videbatur vultu hilari & appellationibus comibus. exceptos enim nos primū in campo Martio, cū ē maternis hortis exiret, resalutauit, & dextra inuuit se propitiū: missōq; ad nos Homulo qui legationibus admittendis præerat, pollicitus est se cogiturū nostram causam per otium, ita vt tota corona circūstantium gratularetur nobis tāquam voti cōpotibus. atq; etiam nostrates quotquot ex aspectu de rebus iudicāt. Ego verò qui plus per atatem & eruditio nem sapere videor, suspecta habebā illa quæ exhilarabāt alios, sic enim cogitabam: quid sibi vult q̄ cū tot adsint legationes propemodum ex omnibus orbis regionibus, ait se nos solos auditurum. nec enim nescit nos esse Iudæos, contentos si æquaremur cæteris. Cæterum prærogatiuam sperare apud alienigenā iuuenem & liberæ potestatis dominum, nō procul abfuerit ab infania. Profectō in Alexandrinos est propensior, & in eorū gratiam maturat iudicium. atq; vtinā iudicē præstet partibus, nō patronum illis, nobis aduersarium. hæc reputans trepidabam, inquietus noctu & interdium. ita mœrentē me gemētēmq; (nec enim tutum erat interpellari principē) alius casus nec opinatus repente perterruit, non parti Iudæorum, sed vniuersis periculum afferēs. Veneramus ex vrbe Puteolos Caium secuti. descenderat enim ad mare, morabaturq; circa eum sinū nunc hęc villam visendo nunc aliam, quæ multæ ibi sunt & splendida. Nos verò de agenda nostra causa sollicitos, quippe qui accersiri expectabamus continuē. accedit quidam suffusus trepidisq; oculis obtruens & anhelus: cūmq; paululum seduxisset (adstabant enim quidam in proximo) Audistisne, inquit, noui quippiam? simūlq; conatus rem eloqui, fletu oborto impeditus est. deinde rursus exorsus narrare, iterum atque tertio fuit ad eundem modum inhibitus. nos verò conspectu eius territi obsecrabamus indicaret quā ob rem venisset. nō enim venisse propalam flendi gratia: quòd si quid esset dignum lacrymis, faceret nos earum participes, assuetos iam calamitatibus. tandem ille crebra singultiens, Perit nobis templum. iubet Caius poni sibi colossū in adytis intimis, ascito in titulo Iouis cognomine. Nobis verò attonitis miraculo, & in vestigio præ stupore hærentibus, muti enim stabamus & enerves defectis viribus corporis. Superuenerūt alij doloris eiusdem nuntij. deinde omnes simul cōclauē ingressi & inclusi deplorabamus fortunā priuatā atq; publicā

publicā, suggerēte dolore querimonias, nihil enim calamitosis loquacius. tadebat enim ac pœnitebat quòd ad deprecandū iniurias, quas quotidie pateremur, medio hyemis traiecissēmus vasta maria, ignari nobis in nomine tempestatē in tentis multo seniore iactatione maritima. hanc enim hyemē natura postulat, discernēs anni tēpora. opera verò naturæ sunt salutaria. alterā autem excitabat homo nihil humanum sapiens, iuuenis rerum nouarū cupidus, solutus in omnē tyrannicam licētiam. eius iuuetus cōcitata viribus imperij, malum erat inexpugnabile. quis enim auderet deprecaturus accedere, vel saltē hūcere apud vastatorem templi oranium sanctissimi? fatis enim apparebat nihil non contempturum, qui à fano in clyro, quòd oriens occidēsq; tanquam solem religiosē veneratur, nō abstineret iniuriam. quòd si etiam daretur aditus, quid aliud expectādum erat quàm mors certissima? Sed moriamur, inquā, est enim vita gloriosē mori pro patriis legibus. Verū cū hæc mors nulli profutura sit, an nō infania fuerit, hęc quoq; cladē cæteris auctariū adicere, præfertim cū legatione fungamur, vt ad eos q̄ nos miserūt magis pertineat hoc infortuniū. nec deerūt interribiles nostros malitiosi homines, impietatis nos accusaturi, quòd fluctuantem in extremo periculo rempubl. destituerimus, vt consuleremus priuatis cōmodis. debēt enim paruæ res magnis cedere, priuatæ publicis, quibus perditis leges quoq; & instituta patria pereūt, nefas est nos de iure Alexādrinæ ciuitatis decedere, cū agatur de vniuersa Iudæorū repub. & timendum sit ne huius gētis nomē penitus aboleri iubeat homo nouator & vasto animo terribilis. Cū igitur vtrāq; causam frustra suscepisse agendā videamur, dicat aliquis: Non poterāt saltem expedire tutū reditum? Rēspōderem, aut non habes liberale ingeniū, aut nō didicisti sacras literas. bene sperant generosi animi, & sacræ literæ bene sperādi autores sunt suis discipulis, quicūq; nō obiter eas, nec primoribus labris degustarūt, fortassis tentatio est hæc nostri seculi hominū, quomodo erga virtutem affecti sint, & an didicerint aduersos casus ferre fortiter. Valeant igitur humana præsidia quæ nos deserunt, modò in anima spes firma maneat, Deum nobis seruatorem nō defore, qui sæpe gentem hanc eripuit exitio. Hunc in modum solabamur mala præter expectationem instantia, seruantes nos ad tranquilliora tempora. deinde interposito breui silentio, sic allocuti sumus eius calamitatis nūcios: Quid ita sedetis scintilla

tantum in aures nostras iniecta qua vramur, cum debeat exponere causam etiam huius consilij, quid Caium moueat. Tum illi: Primariam causam scitis, quam sciunt omnes. Vult haberi deus, persuasus est obstare solos Iudæos, nec aliam se posse illis grauiorem pœnam infligere, quam si maiestatem eorum templi diminuat. audiuit enim id esse in orbe toto pulcherrimum, p multas ætates continuis & largis sumptibus vsq; magis ac magis exornatum, est autem contentiosus & peruicax, vultq; id sibi vsurpare. nunc vero ex asperatus etiam Capitonis quaestoris literis, is in Iudæa præest exigendis tributis, infensus prouincialibus, pauper enim cõ profectus, nunc illis fraudatis ditatus, & accusationem metuens, decreuit eos prauenire, & calumniis veras criminationes auertere, casu quodam nactus occasione. Iamniã urbem Iudææ cū primis frequentẽ populo, colunt promiscuè, Iudæi quidẽ pars maxima, nonnulli tamen etiã alienigenæ, q malo fato subreperunt e finitimis regionibus: & cū sint inquilini, faceffunt indigenis negotia, semper aliquid moliedo aduersus ritus Iudaicos, hi cum audirẽt ab aduenis quãtopere Caius pro deo coli cupiat, & quã infensus vniuersæ Iudæorum genti sit, rati se nactos occasione fruẽdis insidiis, extẽpore aram incitãt e materia vilissima, luto formato in lateres, tantum vt molesti essent ciuibus. sciebant enim nõ laturos violari leges patrias, quod & sequutũ est. Conspicati enim & indignati regionis sacratæ ritus sacros sic aboleri, coorti eam sustulerunt e medio. aduersarij verò mox Capitonem adiuerũt, qui fuit autor totius huius tragœdiæ. Is lucrum tibi a fortuna oblatũ existimãs, cuius iam dudũ erat cupidus, scribit Caio, exaggerãdo rem & amplificando. His cognitis ille vt opulentus ac magnificus, iubet pro altari latericio subuerso in Iamnia, poni colossum inauratum in ipso templo vrbs primariæ, cõsultoribus vsus optimis & sapientissimis. Helicone veteratore scurra nobili, & Appelle quodam tragœdo, qui prius ætatis florem, vt fertur, venditaue rat: tum verò fastiditus se in scenam contulerat. scenici autem quorũ est negotium & studium vt theatris placeant, profligato pudore probris & turpitudini sunt deditissimi: quibus artibus Appelles peruenit in consiliariorũ ordinem, vt posset consilere Caius, alterũ quomodo canẽdum, alterũ quomodo ludẽdũ salibus, omiſsa cura iustitiæ tuẽdæ pacisq; publicæ. ita Helicõ mãcipiũ scorpionis simile Iudæos petebat veneno Aegyptiaco, Appelles verò Ascalonio. nã inde oriũdus erat. Est autem Ascalo-

nitis

nitis perpetua similtas cum finitimis Iudæis sacræ terræ incolis. Dum hæc audiremus, ad singula verba nominãq; sauciabamur animas. Verum illi bonorũ consiliorũ boni autores paulò post impietatis suæ mercedem inuenerũt: alter a Caio vincus ferreis cõpedibus propter alia crimina, tortusq; in rota ex in-teruello sæpius, sicut quidam morbi solent diebus statis recurrere. Helicon verò inreſectus a Claudio Germanico Casare propter alias itidẽ culpas infani capitis. Sed ista post acciderũt: litera porrò de statua dedicãda scriptæ sunt nõ temerè, sed quantum fieri potuit accuratissimè. In eis impetratum est Petronio Syriæ prouinciæ præſidi, vt ripẽsis exercitus, cõtra irruptiones oriẽtaliũ regũ nationũq; oppositi, dimidium ab Euphrate aduersus Iudæos duceret, vt prosequerẽtur statuam, nõ quo augustior dedicatio fieret, sed vt confestim periret si quis obſisteret. Quid ais domine? quia præuides nõ laturos, sed vsq; mortẽ pro legibus patriis certaturos, bella moues? non enim videris ignarus futuri motus si quis templum profanare conetur. ideo iam nunc prælagus iubes induci exercitum, vt sanctis victimis dedicetur tua statua, cædibus miserorũ, virorũ simul atq; mulierum. Cæterũ Petronius perlectis literis hærebat anceps cõsiliij, quippe qui nec detrectare poterat præ metu, nõ ignarus illũ ne morã quidem laturum æquo animo, nedũ tergiuersationẽ: nec rem aggredi putabat tutum ac facile. sciebat enim Iudæos sustinereat vetitũ aliquid facere. Omnes enim gentes libenter seruãt ritus patrios, sed Iudæi præ ceteris. cum enim leges suas credãt oraculis proditas, eãsq; discãt a pueritia, in animis circũferunt harum expressas imagines, & semper intueno admĩres amplectuntur pro suis ciuibus. ofores autem earum ac vitu peratores habent pro hostibus, & in tantũ abhorrẽt a quavis re suis legibus vetita, vt omnibus fortunis felicitatibũsq; humanis ad præuaricationem adduci nequeant. sed nihil religiosius quã templum colunt, vel hoc argumento, quod certissima mors proponitur vltra septem intẽrius penetrãtibus. nam intra exterius recipiunt vndecunq; venientes suæ gentis homines. Hæc securũ reputans Petronius, rem cunctanter aggredia batur, ratus (vt erat) facinus audax: aduocatisq; tanquam in animæ consistorium rationibus omnibus, scrutabatur singulatum sententias, quas consentientes inueniebat, nihil in sacris

Y iij nouã

nouā lum. primū quia sic ius naturae pietatisq; postulet, deinde propter imminens periculū, non solū à Deo, verum etiam à legibus iritatisq; hominibus. illud quoq; cogitabat, quā populosa esset haec natio, nō vt aliæ cōprehensa vnus regionis spatium, sed totū penē orbē passim incolens. diffusa est enim per cōtinentis prouincias omnes atq; insulas, adeo vt nō multo pauciores sint indigenis. tam multas hostiū myriadas in se prouocare an nō periculosa videri poterat alea? ne fortē illis per omnes terras conspirantibus, & ad vim arcēdam certatim in vnū confluentibus, bellum exoriretur insuperabile: absq; eo quod ipsam Iudaeam innumera multitudo incolet, viri tum corpore valentissimi, tum animo fortissimi, parati prius generosam mortem oppetere, quā deserere mores ac ritus patrios, quantūvis calumniatorum opinione barbaros, cū reuera sint liberales & nobiles. Terrori etiam erant Transuephratenses copiae. nam Babylonē & multas alias satrapias à Iudaeis teneri. nō auribus solū, sed & oculis cōpertū habebat: quod singulis annis sacra pecunia misistaretur inde in templum primitiarum nomine, quāquam per vias difficiles & asperas, quae tamen illis regiae videntur ad pietatem recta properantibus. Merito igitur timēs ne cognita hac noua dedicatione, subito expeditionem susciperent, & hinc atq; inde coorti iunctis copiis inclusos in medio clade ingenti afficerēt, retardabatur talibus cogitationibus. sed in diuersum trahabatur cōtrariis: dominum haec iubere iuuenem, vtile iudicārem quicquid ipsi collibuerit. & semel decreta exequi cōtendentem quamlibet noxia, vt qui praesuperbia peruicaciāq; transiliens hominis terminos in deos seipse referat, impedere sibi capitale periculum, siue imperata faceret, siue non. sed si pareat, cum bello cuius anceps euentus sit: si iussa derectet, certissimam à Caio perniciem. ad bellum prouocantes erant multi Romani adiutores in administratione rerum Syriacarū, quod scirent in se primos sequiturū principem, vt autores inobedientiae, & dabatur spatium deliberādi, dum pararetur statua. nam neq; transmissa fuit ex Italia, Deo volente opinor. & suos occulto favore protegente ab iniuria: neq; iussus est à tota Syria lectissimam sumere: alioqui praeproperē violatis legibus exortus fuisset repentinus tumultus, prius quā expediri posset vtile consilium. nam subitanei casus ingruētes vim rationis hebetāt. itaq; Petronius in propinquo iubet parari statuam, & accitis à Phoenicia peritissimis artificibus praebet materiam, officina Sidone insti-

instituta, dein honoratiores Iudaeorū sacerdotes & magistratus euocat, indicatur^o eis Caij mādata, simulq; suafurus vt patietē ferrent iussa domini, & cauerēt mala imminencia. paratū enim esse robur exercitus Syriaci ad edendas per totam eorū regionē strages maximas, putabat enim si horum pramolliret animos, posse per eos moueri ad obsequiū ceterā multitudinē: sed valde sua opinione deceptus est. percussū enim ad primā eius rei mentionem, tanquā in presenti calamitate obmutuere, quasi è fonte profundendo lacrymas, & capillos barbāsque vellendo, cū lamentis huiusmodi: En quō nimis beati senescendo peruenimus, vt quod nemo maiorū vnquam vidit, nos spectaremus, quibus tandem oculis: hos enim prius abiiciemus cū erumnosa vita & miserabili, quā rātum nefas inspiciamus, quod nec auditus nec mens sustinet. Interea qui in sancta vrbe ceteraq; regione famā huius conatus audierant, velut de cōmuni sentētia coorti, telledante dolore publico, profecti sunt vno agmine, desertis oppidis, castellis & aedibus, continuatōq; itinere contenderunt in Phoeniciā, vbi tunc agebat Petronius. id Petroniani quidam conspicati cursim ei renūtiarunt, caueret sibi à turbis, infestum agmen existimantes. moxq; nullis stipato satellitiis multitudo Iudaeorū ceu nubes repente superuenit, totam Phoenicem occupans, vt miraculo esset nesciētibus gentis frequentia. ac primū tantus clamor cū fieri plāctūq; sublatus est, vt hebetaret aures praesentium. nam & postquam desit, durabat eius sonitus. secuta sunt compellationes, & preces quales dictare solent calamitosa tempora. erant autem distributi in sex ordines, seniorū, iuniorum, puerorum: rursus alia parte anuum, mulierum, virgū. Vbi verō Petronius in loco superiore conspectus est, vniuersū ordines velut ad vnum edictum humi procumbunt supplices cum vlulatu quodam flebili. iussique surgere & accedere propius, vix tandem surrexerunt, & conspecti multo pulueredamnantibus lacrymis, accedebant reductis in tergum moreus est: Inermes, vt vides, adsum^o, ne quis nos dicat venire hostiliter. manus autē pro armis à natura datas retrofleximus otiosas, praebemus & corpora ad certos ictus ferire volentibus. Vxorē & liberos familiāsque adduxim^o, supplices tibi & per te Caio aduoluimur domi relicto nemine, orantes vt aut omnes seruetis, aut omnes interneccione deleatis. Sumus Petroni & natura pacis cupidi & studio, ad quam nos trahit cura liberorum

alendorum ex nostris laboribus. Caio imperium adepro primi ex tota Syria gratulati sumus, Vitellio cuius successor es tūc in nostra vrbe degere qui super hac re literas acceperat, & à nobis ad ceteras ciuitates fama lætum nūtiū pertulit, primum nostrum templum excepit pro imperio Caij victimas. vt primum aut etiam solū priuaretur religione patria. decedimus vrribus, cedimus priuatis adibus & possessionibus, supellectilē vel preciosissimam vltro vobis in prædam offerimus, eo animo vt nos putemus non dare sed accipere. vnū pro his omnibus petimus, nequid in templo nouetur, vt que seruetur tale, quale à maioribus nobis est traditum. id si non impetramus, nec ad nos præbemus, ne videamus viui quod est morte grauius. audimus pedestres equestresq; aduersus nos parari copias, si dedicationem impediamus. nemo ita insanit, vt seruus se opponat domino. libenter iugulabimur. cædant, mactent, frustatim concidant sine certamine ac suo sanguine, agāt quicquid libet victoribus. quid opus est exercitu? nos ipsi egregij sacerdotes immolabimus victimas, adducemus ad templum mulieres vxoricidæ, fratres sororesq; fratricidæ, pueros puellasq; innocentem ætatem puericidæ. tragicis vocabulis vtendum est in tragicis calamitatibus. deinde in medio eorum stantes abluti cognato sanguine (nam talia lauacra ad inferos properantibus conueniunt) admiscebimus & proprium, nosmetipsi iugulando insuper. morientium hoc mandatum erit vltimum: ne Deus quidem nos accuset: qui vtriusq; rationem habuerimus, & imperatori debitæ reuerentiæ, & sacrarum legum custodia. id fiet si vitam haud viuendam contempserimus. audiuius priscam fabulā è Græca literatura profectam, tantam vim fuisse Gorgonei capitis, vt hac visa homines confestim verterentur in saxeos. id quāquam fabulosum videatur, negari tamen nō potest, simile quiddam magnos nec opinatos casus efficere. ira domini mortem adfert, aut quiddā morti proximum. putas Petroni, si (quod absit) aliqui nostrates viderent in templum deduci statuam, nō in saxa mutatum iri, oculis stupentibus, & per singula membra sopito naturali motu corporis. extremum Petroni, hoc erit nostrum votum æquissimum: non cōtendimus ne imperata facias, dilationem tantum perimus, & oram⁹ supplices, vt nobis liceat legatos ad dominū mittere, fortassis impetrabimus ne religio cœlestis numinis, ne leges sanctissimæ aboleātur. ne ve vltimis etiā posthabeamur gētibus, quibus sui ritus manēt incolumes, ne decreta eius aui
proau

proauiq; temerentur nostros mores approbantia diligentēq; confirmantia. forsan his auditis fiet mollior. nō semper eadem sunt volūtates principum, iratorum verò vanescunt celerrimè. petiti sumus calumniis, permittite adhibeam⁹ remedium. durū est iniudicatos damnari. si nihil impetramus, quid vetat ne que nunc vult, tunc faciat. ante missam legationem noli præcidere spem tot milium, non de lucro, sed de pietate contendentium. imò & de lucro. quod enim lucrū homini est sanctitate vilius? Hæc tum magna contentione magnōq; desiderio dicta sunt ab honoratissimis singulicētibus & anhelis, lacrymis simul ac sudore diffluentibus, vt iam Petronio ceterisq; miserationē mouerēt. est enim mitis ingenio, & verbis factisq; flexibilis. & videbantur æquum postulare, aspectu quoq; nihil erat miserabilius. habita igitur consultatione cum assessoribus, animaduertens partim nutare & ambigere, qui modò rigidè aduersari fuerant, partim præiudicare & miserationem nō dissimulare. gaudebat eorum voluntatibus. & quamuis nosset imperatoris nā implacabilem, & natiuam sæuitiam, tamen videbatur afflatus aura quadam philosophiæ pietatisq; Iudaicæ, siue iam ante vir doctus ex literis aliquid hauserat, siue ex quo præfecturam adeptus est prouinciarum Asiæ Syriæq;, in quibus oppidatim degunt Iudæi plurimi: siue suapte natura erat ad res cognitū dignas docilis. solet autē Deus bonis viris bona suggerere cōsilia, tum ipsis tum reipublicæ commoda, quod tunc quoq; contigit. Quid igitur decretū est? ne properarent opifices, sed darent operam vt statua summo expoliretur artificio, & quātum fieri posset exprimeret exemplaria laudatissima, quo sit durabilior. Nā opera extemporanea non temere diuturna fieri, accurata artem ferre melius. Ceterum legationem mittere non est concessum Iudæis. nec enim ipsis tutum esse, rem cōmittere domino qui possit omnia. interī postulatis nec annui nec renui placuit, quod vtrunq; periculosum esset. sed literas ad Caium mitti, vt ne accusatione Iudæorum, dissimulatis eorū supplicationibus, causam autē dilatae dedicationis referri in opifices, quibus necesse sit dari certum spatium temporis. eas moras afferre posse amplioris dilationis occasionem, & fortasse tādē ipsum Caiū exorari se passurum. erant enim tum maturæ segetes. & timendum erat ne deplorata religione homines vitam quoq; cōtemnerēt, & vastatis agris suasmet fruges latè per campos collēsque incenderēt. sollicitabat etiam cura colligendorū fructuum tum
Y V arbor

arboreorum tum arualium. ferebatur enim constituisse imperatorem nauigare in Aegyptum Alexandria: nec videbatur verum tantum principem per altum mare se obiectaturum periculis, vel propter comitatus classis magnitudinem, vel propter curam corporis: facilius iter circumuecti per Asiam & Syriam. sic enim quotidie fore illi copiam vel conscendendi naues vel exscendendi, praesertim ducenti longas non onerarias, quibus ora legitur utilius, sicut onerariis per altum sit uehificatio. erat igitur opus pabulum & annonam parari per omnes vrbes Syriae, praecipue maritimas. expectabatur enim ingens multitudo terra marique ventura, non solum ab vrbe atque Italia, sed & ab intermediis prouinciis, partim honoratorum, partim militarium equitum, peditum, naualium nec minor seruorum numerus quam militum. & requirebatur non tantum modus necessarius, verum etiam Caio digna rerum copia. Eas literas postquam perlegerit imperator, daturus putabatur veniam, atque etiam prudentiam laudaturus eorum qui moras nescerent, non in Iudaeorum gratiam, sed propter conuentionem fructuum. Ea sententia comprobata scriptae sunt literae, & expeditis nuntiis traditae, affuetis itinerum compendio. his acceptis ille inter legendum excandescere, vultu praese ferens iracundiam. ubi vero desit, copiosis manibus, Euge Petroni, inquit, non didicisti audire imperatorem, tumes continuatis haecenus magistratibus, videris ne ex fama quidem Caium nosse, quem experieris non multo post. cordi tibi sunt leges Iudaeorum, gentis mihi inimicissimae, principis mandata negligis. timuisti multitudinem: quam non haberes militum copias formidatas orientalibus, atque adeo ipsis Parthorum regibus. sed miseratus es, ergo minus apud te valuit Caius quam miseratio. caularis messem. tibi breui sine excusatione caput ferro demeretur. caularis conuentionem fructuum in aduentum nostrum parandorum, scilicet si Iudaea fieret sterilis, deerat finitimae prouinciae quae victum praebere, vnus inopiam suppleturam suis prouentibus. sed cur tereperò a manibus, cur meam voluntatem enuntio. ille mercedem accepturus cladem suam primus sentiat. desino in mari, irasci non desino. tum breui mora interiecta cuidam ab epistolis dictat responsum ad Petronium, laudans in speciem eius prouidentiam, & in prospiciendis futuris solertia. vehementer enim timebat praesides, quod illis propter res novas moliri, praesertim in magnis prouinciis apud magnos exercitus, qualis est ad Euphratem tractus Syriae, delinito igitur

per

per literas homine, ad tempus iram tegebat implacabile. dein mandatum addidit, ne ullam curam praertereret dedicationis negotio. iam enim messes coniectae esse poterat, & cessabat illa seuera seu affectata excusatio. nec multo post aduenit Agrippa rex. more suo Caium salutaturus, plane ignarus epistolae Petronij, quid uelut latentem iram coquere, retractabatque intra se ne quid magnum aut paruum dicto factove commiserit quod illum offenderet, cumque nihil inueniret, colligebat, id quod erat, irasci eum aliis. ac tuebatur: & saepius uolens rogare, cohibuit se ne forte minas alio tendentes temeraria curiositate in se conuerteret. Tum Caius, ut erat callidus ex aspectu deprehendere cogitationes hominum, postquam vidit timentem haesitationemque: Dubitas, inquit, Agrippa, ego tibi hanc dubitationem exima. tandiu mecum uersatus ignoras me oculis non minus quam uoce loqui solere: boni honestique ciues tui, qui soli ex omni hominum genere dedignantur Caium habere pro deo, uidentur iam mortem sibi per contumaciam quaerere, dum me iubente in ipsorum templo consecrari Iouis simulacrum, populariter ex vrbe agrisque occurrerunt specie supplicum, sed reuera mandatum meum proculcaturi. Plura iotonaturus erat. cum rex anxius & praemetu per singula momenta colore murato, rubicundus, luridus, liuidus, a vertice ad calcem horrore corripitur: & tremore membra quatiente solutisque ueruis illud retulerunt nil sentientem & subitanea ui mali sopitum ac stupidum. At Caius magis etiam exasperabatur in gentis odium. Si Agrippa, inquit, familiaris & amicissimus plurimisque deuictus beneficiis, tantum tribuit patriis ritibus, ut ne uerbo quidem eos violari ferat, sed deliquo penè examinatus sit, quid expectandum est ab aliis, qui nihil habent quod se in diuersum retrahat? Agrippa uero tota die parteque insequentis maxima graui sopore presepit sui copos non erat. tandem sub uesperam paululum erecto capite, agrisque di ductis palpebris, caligantes etiam circumse rebat oculos circumstantium facies uix dum noscitant: rursumque somno redditus iam sanior quiescebat, ut apparebat e respiratio ne & corporis habitu. aliquanto post experrectus scitabatur, ubi nunc sum? nisi apud Caium? adest? ne ipse dominus? responsum est, Bono sis animo, domi es. Caius non adest, satis dormisti, erige te in cubitum, agnosce praesentes, omnes sunt domestici, amici, liberti, famuli

famuli, dilecti & tui amantissimi, tū verò cœpit respiscere, singulos condolere aspiciens. cūmq; medici iussissent turbā secedere, vt vnctionibus, & cibo tēpestiuo corpusculum eius reficerent: Scilicet, inquit, curādum est vobis de parando mihi victu delicatiore. an-nō sufficit misero famem pellere vsu rerum vilissimarum simplicissimarūmq; quas ipsas nō admitterē, nisi leuis quædā spes me teneret extremi auxiliij ferendi gēti infelicissime. Hæc cum lacrymis locutus, necessario cibo cōtentus fuit siue obsoniis: ac ne vinū quidem sibi misceri passus, aquā tantū gustauit. habet, inquit, miser vēter quod reposcebat debitū. mihi quid faciēdum nisi Caius suppliciter interpellādus de rebus præsentibus: sumptisq; tabellis scribit has literas, Ne coram te appellem domine, metus obstat ac reuerētia, quod & minis terrear, & tāta maiestate sim attonitus, hæc literæ melius preces meas indicabunt, quas supplex pro verbenis offero. Omnibus mortalibus, Imperator, à natura inditus est amor patriæ, & legum patriarū religio: id quod nō est opus vt te doceā, pium erga patriam, & leges eius colentē ex animo. cuiq; sua, etiam si nō sint, vidētur honestissima, nimirū quæ affectu magis quàm ratione iudicātur à singulis. equidē (vt nosti) Iudæus natus sum, natale solum mihi sunt Hierosolyma, vbi altissimi Dei templum sanctissimum situm est. auos proauosq; reges habui, & ex his aliquot etiā summos pontifices, quā illi dignitatē pluris faciebāt quàm regiam, rati quātō Deus antestat homini, tantō pontificatū regno excellentiorē. ad illius enim curā diuinas res humanas ad huius pertinere: huic gēti, patriæ, templo, cūm sim tot modis cōiunctissimus, pro cūctis deprecor: pro gēte, ne à vera persuasionē transire cogatur ad contrariā, cūm iam inde ab initio vestrā familiam persanctē coluerit. quatenus enim licet saluis patriæ pietatis legibus, hac parte nulli gēti cedit in tota Europa & Asia, vota pro incolumitate imperij tui faciēdo, dona offerēdo, mactādō victimas nō solum in celebritatibus publicis, verūm & quotidianas: atq; ita non tā ore linguāq; iactat suam pietatē erga Cæsares, quàm re ipsa declarat propēssimū erga illos animū, pro sancta verò ciuitate, patria mea, hæc afferre licet, eam esse metropolim non vnus regionis Iudææ, sed & multarū, propter colonias inde olim deductas, vel propius in finitimā Aegyptum, Phoenicē, Syriam, tum ceterā, tum eam quæ Cœle cognaminatur: vel lōgius in Paphiliam, Ciliciā, plerasq; Asiæ partes vsq; Bithyniā & ponti sinus intimos, pari modo in

Europæ

Europæ Thessaliam, Bœtiā, Macedoniam, Aetoliam, Atticam, Argos, Corinthūmq; Peloponnesi partes præcipuas. nec tantū continentis prouinciæ plenæ sunt coloniis Iudaicis, sed & insularum celeberrimæ, Eubœa, Cyprus, Creta, ne quid dicam de Transeuphratēsis. excepta em parua parte Babylonis & aliarum præfecturarū, omnes vrbes quæ bonū agrum habēt, à Iudæis incoluntur. Itaq; si exorat mea patria tuā clementiam, præter ipsam alias ciuitates demereberis plurimas, fitas in diuersis orbis tractatibus, Asia, Europa, Africa, insulares, maritimas, mediterraneas. Conuenit autē tuæ fortunæ amplissime, collati in vnā beneficio plurimas deuinciri alias, vt per omnes orbis partes decāterur tua gloria, & gratiarū actionibus laudibusq; vbiq; omnia perstrepat. amicorū aliquot patrias integras ciuitate Romana donasti, & qui modò serui fuerāt, fecisti aliorum dominos. nec magis gaudēt hoc beneficio qui fruuntur, quàm eius autores. ego quoq; scio me habere herū & dominū, sed inter amicos ceuseri. dignitate paucis secūdum, beneuolētia meminī, imò primū potius, vel quia mihi est hereditaria, vel quia maximis cumulata beneficiis: nō audeo tamē patriæ meæ petere, nō dico Romanā ciuitatē, sed ne libertatem quidē aut immunitatē: peto gratiam ipsis vtilissimā, tibi verò innoxia. quæ enim est subditorū maior felicitas quàm habere propitiū principem? Hierolymis primū audira est, Imperator, exoptata tua successio, è sancta ciuitate diffusa est eius fama ad finitimas prouincias. digna est quæ impetret tuā gratiā. quæ admodum enim maximi natu filij honoratioris sunt. q̄ primi faustum patris matrisq; nomen parētib; dederint: eodem modo quoniā prima orientaliū hæc ciuitas Imperatorē te consalutauit, æquū est vt à te tractetur liberalius: aut certē ne sit deteriore cōditione quàm cæteræ. Hactenus pro patria deprecatus, postremas p̄ templo preces adhibeo, hoc tēplum, Cai domine, iam inde ab initio, nullā vnquam admisit manufactam effigiem, cūm sit deo domicilium. pictorū enim atq; statuariorū opera sunt sensibilibus deorum imagines: illum autem inuisibilem pingere aut fingere nefas duxerūt nostri maiores. Agrippa tuus auus inuisit id tēplum & honorauit, Augustus quoq; per literas iussit vnde cūq; illuc mitti primitias, instituto ibi etiā quotidiano sacrificio. honorauit id & tua proauia, nō Græcus, nō barbarus, non rex satrapæ vnus vel infensissimus, nō seditio, nō bellum, nō captiuitas, nō vastatio, non alia res vlla vnquā tantam cladem intulit

intulit, vt cōtra veterem morē effigies manufacta in id importaretur, quamuis enim infensos haberet accolas, semper tamē sua religione tutū fuit vt sacratū conditori patriq; rerū omniū. sciebāt enim violationē eius expiatā sepe grauissimis calamitatibus, quāobrem veriti sunt iacere impietatis semina, ne sibi perniciem inde meterēt. nec est opus exteris testibus, cū possim citare tibi domesticos. M. Agrippa tuus auus maternus Iudæam Herode auo meo regnāte adit, nec grauatus est à mari ad metropolim mediterraneā ascendere. cūmq; spectasset tēplū, & decoros ritus sacerdotum, puritatēmq; ciuiū, delectatus est spectaculo vt mirifico ac ineffabili, adeō vt inter familiaria colloquia nihil tūc in ore haberet aliud, quam laudes tēpli eiusq; ornamentorū. Ergo quāliu hasit ibi in Herodis gratiam, accedebat id quotidie, oblectīs animū contemplatione sacri apparatus, & sacrificiorū ordine, verēdāq; maiestatis in summo sacerdote sacrato cultu ornato praelidētēq; ceteris. dein vbi tēplum donis honorauit, & ciuibus indulgit quantū potuit saluis vestigalibus, laudato Herode ipse vicissim laudatus plurimū, ad mare deductus est prosequentiū non vnus ciuitatis populis, & flore frondēq; illum ob pieratis admirationem aspergentibus. Quid alter tuus auus Tib. Cæsar, nōne manifestē voluntatem eandē habuit? certē per vigintitres annos in quibus imperauit, antiquissimā religionē tēpli seruaui incolumem immotāmq; modis omnibus, & possum quiddam in laudem eius proferre, quāuis mille sub ipso iactatus casibus. Sed amica est & tibi quoq; grāta veritas. Pilatus erat procurator Iudææ. hic non tam in gratiā Tiberij quā in odium populi, auratos clypeos dedicauit intra sanctā urbem in Herodis regia, nulla insignes, imagine, nec habentes quicquam veritum: tantū titulus cōtinebat nomen dedicātis, & eius cui dedicabantur. id vbi diuulgatum est in populū, aduocatis vsi quatuor regis filiis fortuna dignitatēq; regia præditis, reliquisq; huius familia, atq; optimatibus ceteris, orabant vt tolleretur illa clypeorū nouitas, nec violaretur ritus patrij, cōseruari à superioribus regib⁹ & imperatoribus. cūmq; ille aduersaretur rigidē, vt erat peruiacaci durōq; ingenio, cōclamarum est: desine seditiones bellāq; ciere, desine pacem profligare. nō honoratur imperator per legum contumeliā, noli hūc iniuriæ pretextū querere. Tiberius nihil vul temerari in nostris ritibus. aut ostendē illius edictū, vel epistolā, aliudve simile, vt te omisso per legatos oremus do
min

minum. id verō eum magis exasperauit, veritum ne si mitteretur legatio, cetera quoq; eregeret eius crimina, veditas sententias, rapinas, iniurias, clades, tormēta, crebras caedes incendiarum, crudelitatem sauisimā, iratus igitur homo iracundus anceps erat animi, quōd neq; demere semel dedicatas res aude-
ret, nec subditis gratificari vellet, nō ignorans Tiberij talibus in rebus cōstāriam. quod vbi viderūt optimates, & animaduertērūt eum pœnitere cœpti quantūvis dissimularēt, scripserunt Tiberio literas humili deprecatione plenissimas. qui cognitum excādui, quāuis non cōmoueretur temerē: ipsa res iram eius indicat: cōfestim nihil procrastinans scribit literas, valde obiurgādo eius audaciam, iubēdōq; vt sine mora clypeos illos tollerēt. & trāstati sunt in Cæsareā maritimā, ab Augusto proa-
uo tuo denominatā, quō in ei sacrato tēplo dedicarentur. sic vt factū est, ita consultū fuit & imperatoris honori, & ciuitatis antiquis moribus. tūc dicabātur clypei nulla picti effigie. nunc cossæa statua: tunc in priuatis procuratoris aedibus, nunc (vt ferretur) ponetur in intimo sanctuario, quod semel quotānis pontifex introgreditur ieiunij tēpore, tantūm odores incensurus, & ex more vota factururus, vt felix annus & pax cōtingat omnibus hominibus. de cætero si quis nō dico plebeius Iudæus, sed sacerdos vel à summo proximus, imō is ipse pōtifex si duobus annidiebus, aut eadē die ter quaterve introiuerit, capite luet absq; venia. tantam religionē adytorum voluit esse legislator, vt hæc sola inaccessa intactāque seruaentur. quā multos sacrificios putas vltro mortē obituros, si videāt importari statuam? equidem puto illos iugulatis vxoribus & liberis postremō seipsosmactaturos super domesticorū cadauera. Hæc sunt decreta Tiberij. Quid proauus tuus omnium quotquot vnquam fuerunt imperatorum optimus, primus ob virtutē & fortunam Augustus cognominatus, qui pacem terra mariq; diffudit vsq; ad extremos orbis terminos: nōne postquā audiuit ab his quos de hoc templo percōtabatur, nullum ibi inesse simulacrum manu factum, quod visibili forma naturā inuisibilem exprimeret, religiose admiratus est: quippe qui non summis labris philosophiā gustauerat, sed plerunq; in conuiujs quæ ferē quotidiana erāt, memoria retractabat quæ à philosophis didicerat, aut ex doctorū virorū quos domi alebat cōsuetudine. nam cœnæ tempus vtplurimū tribuebatur eruditis fabulis, vt nō solū corpus,
verūna

verum & anima suis reficeretur deliciis. huius Augusti proavi tui cum possim exempla proferre aliquot, contentus ero duobus. Primum cognito quod negligerentur sacrae primitiae, per literas mandavit provinciarum Asiae procuratoribus, ut sinnerent Iudaeos solos in synagogis coetus facere. non enim haec esse Bacchanalia, vel seditiosorum conventicula turbatae pacis causa: sed scholas iustitiae temperantiaeque, in quibus studium virtutis floreat; primitias vero quotannis conferri unde fiant sacrificia, missa in hoc sacra legatione ad templum Hierosolyma. deinde edicit ne quis sit impedimento Iudaeis coetus collectasve faciendis, aut Hierosolyma eas mittentibus more patrio. Haec enim & si non his verbis, in eam tamen sententiam mandata sunt per literas. subiiciam exemplum unius epistolae, quo facilius credas domine, quam C. Norbanus Flaccus scribit, indicans quid ipsi Caesar significaverit. epistolae verba sunt haec: C. Norbanus Flaccus proconsul, Ephesiorum magistratibus salutem. Caesar mihi scripsit, Iudaeos ubicumque sint, antiquo more suo coetus facere, conferreque pecunias quas mittant Hierosolyma. hos non vult vetari. ideo vos certiores facio, me iubere ita fieri. An non haec manifesta fides, imperator, voluntatis Caesaris, quam pie fuerit affectus erga templum nostrum, dum permittit Iudaeos in publico celebrare suos conventus, propter primitiarum collationem, caeteraque pietatis officia? Est & aliud argumentum priore non minus, ex quo liquet Augusti sententia. iussit enim suis ipsius redditibus offerri quotidie victimas rite in holocaustum altissimo Deo, quae hodieque offeruntur: videlicet taurus & agni duo: quas Caesar altari destinavit, quantum sciret ibi nullum simulacrum esse vel in occulto vel in proparulo. nihilominus tantus princeps cogitatione philosophiae nulli secundus, animadvertit necessum esse ut in terris eximium fanum dicaretur inuisibili Deo, sine ulla effigie, ubi homines cum bona spe vota faciant. hoc magistro pietatis usa proavia tua Iulia Augusta ornauit templum hoc aureis phialis & calicibus, aliisque donis plurimis ac pretiosissimis. cur tandem cum nullum ibi esset simulacrum? imbecilliores enim sunt mentes mulierum, & nihil nisi sensibile possunt percipere, at illa sicut caeteris rebus totum sexum, sic hac quoque superabat, eruditione meditationeque assecuta quod natura negauerat, & virilem rationem adeptam, in tantum euasit perspicax, ut intelligibilia magis quam sensibilia cerneret, & haec umbras illorum esse censeret. Cum igitur habeas domine, tot exempla domestica optimae erga nos voluntatis maiorum tuorum a quibus

quibus prognatus & ad hoc rerum fastigium euectus es, serua quae illi ad unum omnes conseruarunt. deprecantur pro nostris legibus imperatores apud imperatorem, Augusti apud Augustum, aui proauique; apud nepotem, plures apud unum, tantum non diceres. noli decreta nostra quae in haec usque diem permanserunt, facere irrita. etenim ut nihil infaustum antiquationem earum sequatur, tamen incertitudo futuri temporis non sinit securos esse vel audacissimos, modo ne sint plane contemptores numinis. Si vellem enumerare quae in me contulisti beneficia, dies me deficeret, nec opus est me id obiter facere: sed ut ego taceam, res ipsae loquuntur. exemisti me ferreis vinculis. quis nescit? obsecro, Imperator, ne me astringas grauioribus. illa partem premebant mihi mortis metum depulisti, & merum praemortuum ceu rediuuium excitasti e funere: velis, Imperator, hoc beneficium esse perpetuum, ne tuus Agrippa vitam abrumpat. alioqui videbor seruator non ut viuerem, sed ut nouis calamitatibus insignis morerer, donasti mihi regnum, qua forte nulla inter mortales felicitior: id cum prius unam regionem non excederet, adiunxisti mihi mox maiorem alteram, Traconitum & Galilaeam. ergo cum superflua ditione me auxeris domine, noli adimere quae sunt necessaria. noli productum in lucem clarissimam rursus in tenebras altissimas abiicere. libenter cedo isto splendore, nec pristinae fortunam deprecor. unum peto pro cunctis caeteris, incoluntatem ritus patrii, quid enim de me loquentur vel tribules, vel vniuersi homines? alterutrum enim sequetur, aut ut appeller meorum proditor, aut inter tuos amicos posthac non habear: quo utrolibet quid potest esse infelicitius? nam si adhuc in amicis numeror, proditoris in simulabor, si nec patriam indemnem, nec templum inuiolatum praestitero. nam vos praepotentes soletis amicorum ad imperatoriam opem confugientium rebus consulere. quod si qua in re animo tuo molestus sum, noli me vincire ut Tiberius, sed ne toties vincula timeam, iube mox interimi. quid enim mihi vita opus est, cui spes unica salutis fuit in tua benevolentia? Has literas obsignatas mittit Caio, & inclusus domi expectat anxius de euentu, sollicitusque ne illum interpellaret parum commode. nam non mediocri periculi iecerat aleam, nimirum de libertate saluteque; non solum terram sanctam incolentium, verum etiam omnium in orbe toto dispersorum Iudaeorum, ille inter legendum nunc offendebatur quod coepta non succeder

cederent, nunc flectebatur vel iure ipso causæ tam bonæ, vel adiunctis precibus: & Agrippam partim laudabat, partim incusabat. vitio vertebat quod tribules suos nimis diligeret, solos contumaciter auersantes ipsius consecrationem: laudabat quod non cælalet suam sententiã, id quod aiebat indicium generosi animi. mitigatus igitur ut videbatur, respõdit clemẽtius, & Agrippæ donauit ceu maximam gratiam, ne fieret dedicatio: simulq; iussit scribi P. Petronio Syriæ præfidi, nequid in Iudæorũ templo nouaret. Ne tamen solida esset ea gratia, terrorem admiscuit sic scribens: Quod si extrã vnam metropolim in finitimis vrbibus quicumq; volentes altaria templãve aut statuas imaginẽve mihi meisq; ponere vetiti fuerint, quisquis obstiterit ple. ctatur continuò, aut ad me mittatur. Id verò nihil aliud erat, quàm seditionum initium bellorũq; civilium, & gratiæ quæ videbatur cõcessa simpliciter, obliqua quædam abrogatio. nam aduersarij magis in odium Iudæorum, quàm in Caij honorem, repleturi putabantur totam regionem anathematibus: hi contra violari suos ritus in cõspectu suo non passuri, etiam si essent patientissimi: ut Caius si quis se moueret seuerè puniẽs, rursum iuberet in templo dedicari statuam suam. sed diuina providentia iustissimi numinis factum est ut nemo finitimorum quicumquam moueret, occasionẽq; præberet. quamuis ne accusatiõne quidem vel mediocri expectata imminere casus grauisissimi. At quid hæc quies profuit, dicat aliquis. nec em̃ Caius quiescebat cum cæteris, iam pœnitens cõcessã gratiã, resuscitansq; pristinam cõcupiscentiam. nam iussit Romæ fieri alium colossum æreum inauratũ, omisso illo Sidonio, ne quem motum excitaret in populo: ut q; nauibus trãsportatũ per silentiũ, repente clam prius quàm sentiretur in templo poneret, id autem facturus erat obiter, in Aegyptum nauigans, tenebatur enim miris visendæ Alexandriæ desiderio, magna cura profectiõnem instituens, ut ibi diu degeret, ratus consecrationẽ suam quã somniabat, in hac vna ciuitate posse succedere, atq; inde huius religionis exemplum manaturum ad minores cæteras, propter situm eius vrbis in regione opportunissima. solẽt enim minores vel homines, vel ciuitates ad maiorum æmulationem se componere. & erat alioquin etiam inconstans ingenio, ut mox pœnitens siquid boni fecisset, irritum infectũq; id cuperet, ut fieret molestior & nocẽtior. Verbi gratia, vincos soluit aliquot, mox nihil commeritos vinxit denuò, omni spe adempta iam miserri-

mis. alios damnauit exilio mortem expectantes, non quod conscirent sibi capitalẽ culpam, aut quavis pœna dignam vel leuissimã, sed ob nimiam iudicis inclementiam desperabundos. hi rati se euasisse lucro imputabant exilium, quo non minus gaudebant quàm alij reditu in patriam. sed non multò post nihil noui molientes, insulas tanquam natale solum incolẽtes, ferentesq; fortiter infortunium, submissis militibus occidit vniuersos, luctum inopinatum in vrbe afferẽs, familiis nobilissimis. quod si quibus donauit pecuniam, postea repetebat non ut mutuatitiam cum scenorum scenoribus, sed ut furtiuam cum maximo damno eorum qui acceperant. non enim satis erat miseros donata reddere, sed omnia sua bona supererogabant, siue patrimonij hæreditatũq; iure quæsita, siue industria propria. qui verò maximè probatos & charos ei se putabant, alio modo multabatur suauiter prætextu amicitia, ingentes sumptus faciẽdo in repentinas & incõsideratas profectiõnes atq; in conuiuia. aliquando enim facultates omnes in vnam cœnam insumebantur, ita ut opus esset mutuum accipere à sceneratoribus. tantũ erat splendoris ac magnificentiæ. quo factum est ut quidam auersarentur eius gratias, ut nõ modò inutiles, sed damnofas etiam, & inescatrices insidiosas. hæc fuit eius morum inæqualitas, atque inconstantia, præsertim erga Iudæos sibi exosos maximè, quorum profectus exorsus ab Alexandria sibi vsurpauit, & repleuit statuis effigiem suam referentibus, nemine non cedente ipsius autoritati atque violentiæ. supererat vnum sanctę ciuitatis templum cum iure asyli. id conabatur in suum proprium templũ demutare cum titulo **NOVI IOVIS ILLUSTRIS CAII**. quid ais? tu cum sis homo, ætherem & celũ quæris insuper, non contentus imperio tot prouinciarũ, insularum, gentium? deo in terra nihil vis relinquere? nõ agrum, non ciuitatẽ, ne fanum quidem tam medicum illi dedicatum exoracalis, ut ne hic supersit vllum vestigium monumentũ pietatis ac religionis vero Deo debite? egregiam de te spem facis humano generi. ignoras te aperire fontes malorum cunctorum, dum moliris quẽ nec facere nec cogitare fas est? Libet cõmemorare hic & illa quæ vidimus audiimusque, quando ad reipublicę nostræ causam agendam acciti fuimus. in primo statim cõgressu cognouimus ex vultu gestũq;, pro iudice nos eum habituros accusatorem & aduersarium. iudicis enim officium erat sedere in optimatum consistorio, examinare causam per

quadringentos annos dissimulatam, & tum primū reuocatam in dubium, vbi ageretur de tam multis Iudæorum Alexandrinorum milibus, citare horum aduersarios, vicissim partes audire ad clepsydram numerum, consultare cum assessoribus, palam proferre sententiam iustissimam. at ille cum herili supercilio se gessit vt tyrannus inclementissimus. nam his omisis quæ modo dixi, accersit curatores duos hortorum Mæcenatis & Lamia, qui & inter se & vrbi propinqui sunt, in quibus iam tribus quatuorve diebus habitauerat. vbi nobis presentibus agenda erat totius gentis fabula. iubet villas omnes sibi aperiri, velle enim se singulas diligēter inspicere, tum nos introducti, ad primum conspectum eum reuerenter adorauimus, & imperatoris augustiq; appellatione saluauimus. ille resalutauit tam comiter, vt de vita, nedum de causa desperaremus. ringēdo em rogauit: Vosne estis illi diis inuisi, qui me omnium cōfessione deum declaratum soli aspernamini, mauultisq; vestrum innotinatum colere? simulq; sublatis ad cælum manibus erupit in vocem, quam ne audire quidem fas est, nedum proloqui verbis totidem, ac mox exorta est aduersæ partis ingens lætitia, quod hoc audito iam tum se victores in hac causa fore ominarētur. itaq; gestiebant & exultabāt præ gaudio, deorum omnium acclamantes ei cognomina: his appellationibus humanam naturam excedentibus gaudentem conspicatus Isidorus sycophāta amarulētus: Magis, inquit, detestareris domine istos, eorumq; tribules, si scires eorum erga te impietatem atq; malevolentiam. omnibus enim pro salute tua votiuas cædentibus victimas, isti soli non sustinuerunt sacra facere. cum dico isti, de cūctis Iudæis loquor. exclamauimus vnanimiter, Domine Caij, calūniis petimur. immolauimus hecatombas, libatōq; ad arā sanguine, carnes domum non retulimus ad epulas, vt quorundam est mos: sed integras victimas exurendas sacro igni tradidimus, idq; ter: primū quando successisti in imperium: iterum quando grauem illum morbum euasisti, cui totus orbis cōdoluit, tertio, votum pro victoria Germanica. Esto, inquit, sacra fecistis, sed alteri, nec pro me, quid igitur prodest: mihi certe nō sacrificastis. ibi nos horror peruasit hac noua voce artonitos, qui se in cute quoq; exeruit. Ille interim villas obibat, inspectans aulas & conclauia, in imis adibus & in coenaculis, quorundam locorum reprehendens vitia, & mandans quid mutari vellet in melius. nos verò affectabamur eū sursum deorsum,

protrusi

protrusi & cauillis conuictisq; petiti ab aduersariis non aliter quàm histriones in scenis. nam hoc quoq; negotium erat quadam fabula. iudex personam acculatoris sumpserat. accusatores agebant nequam iudicem, simultatis nō veritatis memore. sub tanto autem accusatore simul atq; iudice necessarium est silentium. nam hoc quoq; quoddam defensionis genus est, præsertim quando nihil ei gratum respondere poteramus, linguā mandata dedit de edificiis, seriō grauitēq; interrogauit, cur abstinētis à porcina? Ad hanc percontationem rursus risus magnus aduersariorum exortus est, partim gaudentium, partim vt festiuo fallōq; dicto arridentium, & sic quoq; captantium domnicam gratiam. adeo vt quidam è famulitio molestè ferrēt tam contemptim eos se coram priucipe gerere, quo præsentē vel subridere periculosum sit aliis præterquam admodum familiaribus. cumq; nos respondissemus, esse mores alibi alios, & aduersariis itidem vt nobis interdictum vsu rerum quarundam: alius verò quidam subiecisset, multos ne agnina quidem vesci vbiq; parabili: ridens ille, Rectē, inquit, infuauis enim est. his nugis irridebamur ipsi anxij. Tandem non sine stomachatione, Cupio scire, inquit, quod ius illius ciuitatis prætenditis. Nobis verò extorsis orationem, cum ex primo gustu intelligeret afferri quædam non contemnenda, & allatum iri vehementiora, abruptit sermonem, & cursu se in magnam aulam proripuit, obambulansq; iussit circūquaq; fenestras claudi vitro cādido, simili specularibus lapidibus, quibus lux admittitur, vêtus & sol excluditur. postea nos læto gradu accessit, & moderatius iam rogauit: Quid dicitis? nobis autem deinceps rem in compendium contrahentibus, rursus procurrit in aliud cubiculū, vbi tabulas antiquæ picturæ iubeat reponi. cumq; ad hūc modum causæ nostræ actio interrumperetur, imò frustatim confideretur, lasi desperatēsq; nec aliud quàm mortem expectantes, & vix animi composites præ anxietate, suppliciter ad verum Deum confugiunt, vt nos è falso nominati dei minis eriperet: qui nos miseratus furorem eius mitigauit. itaq; deposita iam ferocia, taurum hoc præfatus: homines isti non tam mihi videntur mali quàm miseri, qui sibi persuaderi nō sinunt, me esse naturæ diuinæ participem, abiit, simulq; nos iussit abscedere. postquam hoc non tam iudicium, quàm carcerem & theatrum effugimus (nam quasi in teatro exhibilabamur, subsannabamur, &

Z iij irrid

irridebamur supra modum : nec secus quàm in carcere cruciabamur ferebamúsque tormenta totius animæ, dum blasphemias in Deum & contra nos comminationes imperatoris tam potentis audiremus, vnam ob rem infensi & implacabilis, quod insanæ cupiditati qua deus haberi ambiebat, solos Iudæos assensuros non putabat, ac ne posse quidem ei subscribere) vix respirauimus: non quòd amore vitæ mortem horreremus, quam auidè vt immortalitatem arripuissemus, siquid profuturam existimassemus nostris legibus: sed quòd sciremus nostrum exitium fore non solùm inutile reipublicæ, verum ignominiosum etiam. nam legatorum infortunium solet imputari his à quibus missi sunt. ea de causa emerisimus aliquando è miseris: de cætero enim solliciti eramus, quid decreturus quid' ve pronunciaturus esset. quomodo enim poterat causam pernoscere, qui multas eius circumstantias ne audire quidem dignatus fuerat? an non erat onerosum à nobis quinque legatis pendere omnes Iudæos quotquot vsquam habitant? si enim gratificaretur nostris inimicis, quæ' nam alia quiesceret ciuitas? quæ' nam inquilinis parceret? quæ' nam pro se ucha relinqueretur incolumis? quæ' nam iura seruarentur Iudæis patrio iure uiuentibus? imminabat subuersio, iactura, naufragiumque priuilegiorum quæ gens ea habebat in singulis ciuitatibus. tot curis oppressi succumbebamus miseri. nam qui antea fauere nobis videbantur, prorsus desperauerant. quapropter cum ad illum accersemur subduxerunt se præ metu, quòd bene scirent clemenciam hominis gerentis se pro Deo. Diximus in summa causam odij quo Caius Iudæorum nationem prosequetur: superest vt dicamus eam qua vsi sumus apud eum palinodiam.

PHILONIS IVDÆI
 Commentariorum quotquot extant,
 per Sigismundum Gelenium nunc
 primùm versorum, Finis.

359
 ALTERA VERSIO
 PHILONIS IVDÆI,
 De mundi fabricatione,
 quæ est à Moyse descripta.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.

HORVM qui leges hominibus dedisse cõmemorantur, alij quidè ea, quæ ipso-
 rû arbitrio iura sunt habita, omni orna-
 tu orationis detracto, impolitè & cultèq;
 conscripserunt: alij autem rationè scri-
 bendi altius exaggeratam in legû sen-
 tentiis explicãdis amplexi, animos im-
 peritæ multitudis, dum fabularû com-
 mentis quasi noctè quandam veritati offundebant, penitus cæ-
 carunt: at Moyses vtrumq; genus omnino præteriens, alterum,
 vt inconsideratum, dissolutum & alienum à schola sapientiæ,
 alterum vt mendaciis ac præstigiis refertum, à præclaro in pri-
 mis, atq; adeò augusto principio orationem de legibus institu-
 tam repetiuit. Neque tamen statim ab initio, quæ agenda sint,
 quæ' ve fugienda, proposuit, neque cum videretur necessarium
 mentes eorum, qui legibus vterentur, antè informare, fabulas
 ad eam rem commentus est, aut quæ erant ab aliis constituta,
 sua sententia comprobauit, sed principio, vt dixi, maxima di-
 gno admiratione, & hominum vitæ utilissimo vsus est: vtpote
 quod non solùm ortum & fabricationem mundi in sacris lite-
 ris expositam continet, verum etiam ostendit, quo modo mun-
 dus cum lege, & lex cū mundo pulchrè consentiat, & qua ratio-
 ne homo lege institutus, simul atque mundi ciuis factus esset,
 ad voluntatè naturæ (cuius nutu mūdus vniversus administra-
 tur) suas actiones accuratè direxerit. Et quamquã pulchritudi-
 nem notionum illarum, quas mundi complectitur fabricatio,
 Z iij nullus

nullus poëta, nullusve orator pro dignitate satis laudare poterit (nam nec oratione explicari, nec auribus percipi queunt, quippe cum longè maiores præstabiliioresque sint, quam quæ possint ad mortalis alicuius facultatem accommodari) non tamè propterea nobis silendum est, sed quod supra vires est, pietatis amore tentandum dicere: nihil quidem certè, quod à nostro sit profectum ingenio, neque adeò multa, sed pro multis pauca, ad quæ humana mens sapientiæ studio & cupiditate incensa, videatur posse peruenire. Quemadmodum enim effigies statuarum, quæ sunt magnitudine inusitata, in sigillo etiam perexiguò incisæ contineri: sic illa mundi exædificationis in legibus descriptæ ornamenta, quæ & excellunt plurimum, & legètiū mentibus sua luce quasi caliginem quandam offundunt, paucis fortassè literarum notis tradi poterunt, si modò illud prius à nobis explicatum fuerit, quod propè nefas est silentio præterire. Nonnulli enim, dum mundum magis quam eius opificem admirabantur, illum quidem & ortu caruisse, & sempiternum esse pronuntiarunt, Deo autem non sine scelere inertiam desidiàmque falsò obiecerunt: cum contrà factum esse oportuisset: huius nimirum virtutes, ut fabricatoris & parentis suspexisse in primis: illum autè non supra modum laude ac prædicatione extulisse. Moyses verò, qui ad perfectissimam philosophiæ cognitionem peruenerat, & multa, quæ sunt naturæ coniunctissima, diuinis oraculis edoctus erat, statuit in rebus, quæ natura constant, vnam causam necessariò inesse debere, quæ efficiendū vim habeat: alteram autem, quæ pariendū. Atque eam, in qua efficiendū facultas cernitur, mentem esse vniuersi, quæ est pura & sincera maximè, quæque & virtuti præstat, & antecellit scientiæ, quæ ipsum adeò bonum honestumque dignitate superat: quæ autem ad pariendum nata est, sua natura expertem vitæ & motus esse illam quidem, sed mentis tamen vi commoueri, formari, vitam recipere, inque perfectissimum opus commutari. Qui verò affirmant mundum istum ortu carere, hi prouidentiam imprudentes præcidunt atque amputant, rem planè omnium quæ ad verā pietatem pertinet, tum ad vsum aptā maximè, tum ad necessitatem non minus. Nam ratio vult ut parens ac procreator curam illius suscipiat, quod procreatum est. Ut enim pater ad liberorū & posteritatis, sic opifex ad rerum fabricatarum diuturnitatem cogitationes suas dirigit: & quæ illis dāni quicquam incommode allatura videantur, omnibus viribus

opib

opibusque propulsare: quæ autem vtilitatis & commodi, omni ratione suppeditare contendit. Cum illo verò quod non est procreatum, nulla ei potest intercedere necessitudo, qui ipsum non procreavit. Istud quidem dogma tam frivolum, tamque inane, est hominum è mundo, tanquam è ciuitate omnem principatū tollentium, ut nec moderatorem habeat, nec præfectum, nec iudicem, cuius ditione ac nutu consentaneum sit omnia geri administrarique. Verum magnus ille Moyses, cum omne quod ortu caret, ab eo quod cadit sub aspectum, alienissimum esse censeret (omne enim quod sensibus subiicitur, quia ortus & mutationis particeps sit, nunquā vno eodèque modo se habet) illi quod, quod mentis acie, non oculorū percipitur, æternitatem, tanquam rem cognatam cōiunctamque attribuit: huic autem, quod sensu comprehenditur, ortum proprio nomine assignauit. Et quoniā mundus iste cerni sensuque percipi potest, necessariò sequitur ortum habuisse. Vnde non sine causa eius originem præclaro admodum & diuinitus instituto sermone descripsit. Sex diebus mundum constructum esse dicit: non quod illius opifex egeret longinquitate temporis (est enim credibile Deum omnia pariter effecisse, non iubendo solum, verum etiam cogitatione complectendo) sed quod in rebus procreatis ordine opus esset: naturæ leges ad gignendum aptissimus est senarius. Nam eorum, qui oriuntur ex vnitatem, hic primus omnium perfectus est: quippe qui ex suis exæquetur partibus, & ex iisdem plenè expleatur: ternarius nimirum, qui est dimidiata eius pars, ex binario, qui est tertia, ex vnitatem denique quæ est sexta. Quinetiam maris & foeminæ, ut ita dicam, naturam obtinet, & ex vtriusque constat facultate. Nam in rerum natura impar, quasi mas est, par autem foemina. Imparium quidem numerorum principium est ternarius, parium autem binarius: senarius vtriusque vim habet. Mūdum igitur, cum rebus aliis procreatis perfectione antecelleret, numero perfecto coagmentari, senario nimirum, cumque rerum ortus, qui ex copulatione constant, in se contineret, primo numero pari imparique mixto formari oportuit: qui quidem tum maris, qui ferit, tum foeminæ, quæ semen excipit, speciem complecteretur. Singulis diebus certas particulas attribuit vniuersi, primo solo excepto: quem non primum, ne aliis annumeretur, vocat, sed vnum aptè & significatè nuncupat, dum & vnitatis naturā in eo nomēque

Z v confi

considerat, & idem ipsum ei tribuit. De iis ergo, quæ illius quasi complexu continentur, ea quæ vires nostræ ferent, cum omnia non possimus oratione complecti, dicamus. Suo enim ambitu (sicut de eo instituta commonstrabit oratio) mundum illum eximium, intelligentia sola comprehensum continet. Nam Deus, utpote qui Deus sit, cogitatione præcipiens, nullâ præclaram effigiem absque illustri exemplari posse aliquando formari, neque ullam rem sub sensum cadentem, ita perfectam esse, ut reprehensione careat, quæ non sit ad primariam speciem, eamque mente perceptam expressa, dum istum mundum, qui oculis cernitur, ædificare instituebat, alterum sola mentis acie perceptum antè formavit, uti exemplari cum experite corporis, tum diuinissimâ speciem habente utens, mundum corporeum, utpote nouam effigiem, veteris illius formam adumbrantem, efficeret: qui tot genera rerum sub sensum cadentium caperet, quot in illo altero formæ menti subiectæ continerentur. Mundum autem, qui ex formis (quas Græci *ἰδέω* vocant) constat, loco circumscriptum esse, non modò non dicendo affirmare, sed ne cogitando quidem suspicari fas est. Verùm qua ratione constat, facillè intelligemus, modò exemplum aliquod rerum in communi consuetudine positurum, nobis ad intuendum proponamus. Simul atque visum est vel regi, vel principi alicui, qui pro suo ipsius arbitratu, suoque nutu regere desiderat, quique simul dignitatis splendorem prospero fortunæ flatu sibi delatum, illustrare cogitat, urbem egregiè magnificèque in primis exædificare, architectus quidam peritus fortè tandem accedens, & loci oculis lustrans oportunitatem, primùm omnes ferè partes ciuitatis extruendæ cogitatione describit: templa, gymnasia, curiam, forum, portus, naualia, vicos, murorum præsidia, situs ædium, aliorumque publicorum ædificiorum: deinde formas cuiusque in suo ipsius animo, tanquam in cera, signans, ciuitatis effigiem, quæ ratione & intelligentia continetur, cogitatione informat: cuius quasi simulachra in omnes partes commouens eorum notas in memoria naturali accuratius imprimat, & non aliter, atque probus artifex, in ipsum exemplar intuens, æquabilem illam & concinnam lapidum, lignorumque coagmentationem orditur efficere, & ad singularum formarum corpore vacantium similitudinem res illas corporeas dirigit. Pari ratione de Deo censendum est. Qui postquam ingentem

istam

istam urbem condere statuerat, primùm mente complectebatur illius formas: ex quibus quidem cum mundum sola comprehensum intelligentia constituisset, mundum sensibus perceptum ad illius exemplar absoluit. Itaque ut vrbs architectan di-facultate antè descripta formatæque, locum extrinsecus non habet, sed solum in animo artificis insculpta est: ita mundus, qui ex forma constat, alium locum non habet, quàm Dei verbum, quod istas res suo arbitrio gubernat, ordinèque dispensat. Nam quis locus alius eius facultatibus relictus est, qui satis esse possit ad eas capiendas complectendâsq; non dicam vniuersas, sed ne vnâ quidem illarum, quæ in se nihil mixti concretive continent? Vis autem, quæ mundi effectrix est, fontem & principium habet ipsum, quod est reuera bonum. Quod si à nobis quesitum fuerit, quid sit causæ, cur hæc vniuersitas fabricata sit, non multùm, mea quidè sententia, à proposito aberrauerimus, si idem dicamus, quod vnus è veteribus olim dixisse ferrur: Parentem & fabricatorem probum fuisse, & propterea optimam naturam non inuidisse materiæ illi, quæ cum nihil ex seipsa quidem contineat boni, fieri tamen possit omnia. Ea enim sua natura, confusa quidem erat, qualitatis & vitæ experta, plena mutationis, compositione & consensu carens: sed in illa, quæ sunt his contraria, quæque optimo, ordinem dico, qualitatem, vitam, similem eandemque naturam, aptam coherentiam, concentum, & si quid aliud in specie præstantissima resideat, omnino conuersa commutatâque est. Neque verò Deus alio consiliario (quis nanque alius erat?) sed seipso solo vsus, secum decreuit, naturam, quæ absq; diuina beneficentia nihil boni sua vi assequi potest, maximis amplissimisque beneficiis afficere. Neque tamen pro magnitudine suæ benignitatis (est enim immensa infinitaque) sed pro viribus accipientium beneficia dandum beneficium, quàm Deus ad conferendum. Nam huius vires facillè omnium præstantissimæ sunt: illa autem cum imbecillior sit, quàm ut queat magnitudinem illorum numerum sustinere, succumberet penitus, nisi Deus aptè, quod cuique conueniat, viribus cuiusque metiretur. Quod si quis planioribus nominibus uti velit, mundum ratione comprehensum nihil aliud dixerit, quàm verbum Dei mundum iam fabricari molientis. Neque ciuitas alia est sub intelligentiam cadens, quàm ratio architecti, qui ciuitatè sensibus subiectâ iam ad illius effigiem

giem, quā animo tenet, extruere cogitat. Atque est hoc quidem dogma non ex meo depromptum ingenio, sed ab ipso Moyse excogitatum. Nam sermone sequente, in quo hominis ortum describit, planè fatetur eum ad imaginem Dei esse figuratum. Quod si pars vniuersi effigies sit ad illius effigiem expressa, constat totā speciem (mundum hunc intelligi vniuersum sensibus comprehensum) effigiem diuinæ figuræ esse, cum eam, quæ est hominis, magnitudine longè superet. Neque cuiquā obscurū est, Dei verbū, quæ est forma præ cæteris eximia, primam effigiem fuisse illius, quem mundum intelligentia perceptum dicimus, ipsūmq; primū exemplar propositū esse ad imitandū. Sic enim est apud Moysen: **IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS CÆLVM ET TERRAM.** Non ita quidē principiū accipit, ut quidā putāt, quod in tēpore est. Nam tēpus mundum nō antecessit, sed aut cum illo, aut postea esse cœpit. Est enim tēpus dimensio motus, quo mundus cietur. Motus verò illud, quod mouetur, nō antegreditur, sed aut postea, aut simul cum eo constat necessariò. Tempus igitur, aut eodem momēto ortum esse, quo mundus necesse est, aut illo recētius. Nam antiquius esse aude re affirmare, verè inscitia est. Quod si principium hoc loco nō capiatur, quod est in tēpore, verisimile est illud debere intelligi, quod in numero cernitur: ita ut, **IN PRINCIPIO CREAVIT,** idem valeat, quod primū cælum creauit. Est enim rationi planè consentaneū, illud primum procreatum esse, quod eorum quæ gignerētur, facilè esset præstantissimū: quòdque constaretur ex eo, quod sua natura videretur syncerū maximè: propterea quod ipsi Deo domus futura esset, longè augustissima: quippe quæ res omnes, tam quæ nostrū aspectum fugiūt, quàm quæ sensibus percipiuntur, in se cōtineret. Et quāuis mundi fabricator Deus, omnia vno effecisset momento, nihilominus tamen, quæ præclare ab eo facta sunt, ordinē retinuisset. Nihil enim præclarum, quod ordine vacet. Ordo autem est cōtinuatio & series certarum rerū, quæ antecedunt, & subsequūtur: qui quidem licet non in ipsa operū absolute, tamē in interioribus architectorum cogitationibus elucere solet. Sic enim futurū erat, ut & elaborarentur accuratè, & errore ac perturbatione carerent. Primum igitur parens rerum Deus ad exemplar mundi, quod in mente insidebat, cælum corpore vacans, terram sub aspectum minimè cadētem: aëris etiam, & inanis speciem effecit: quorum alterum tenebrarum signauit nomine (aër enim

enim natura obscurus est) alterum abyssi: est enim inane sua vi profundum & vastum. Deinde naturam aquæ & spiritus corporis expertem. His septima accessit lux: quæ quidem & solis, & aliorum astrorum, quæ Deus in cælo esset ad vniuersa luce complenda constituturus, exemplar erat, tum corpore vacans, tum sola mente perceptum. Spiritum verò & lucem, tanquam priuilegio donauit: illum quidem Dei nominauit, quod spiritus ad vitam valeat maximè, & Deus vitæ autor sit: hanc autem lucem, quod splendore excellat plurimum. Quod enim animo comprehenditur, tantum præstat, suæque claritate excellit ei, quod in cernendi sensum cadit, quantum sol tenebris, dies nocti, mens, quæ totius animi imperium tenet, iudiciis, quæ sunt in sensibus, & oculi corpori reliquo. Verbum Dei, quod non aspectu cerni, sed cogitatione sola comprehendi potest, imaginem Dei appellat. Huius verò effigiem, lucem illam, quæ intelligentiæ tenetur, esse vult: quæ quidem diuini verbi, quod eius ortum explicat, imago est. Est etiam sidus, quod supra cælum est, fons astrorum sensibus perceptorum: quod planè non sine causa *παρὰ τὴν οὐρανὸν*, id est, lumen, quod omnia suo splendore colustrat, nuncupetur. Vnde sol, luna, aliæque stellæ tum vagæ, tum inerrantes, tantum clari numinis hausere, quantum cuiusque vires ferebant, syncero illo & puro splendore tum quidem obscurato, cum ex natura mēte sola percepta, in eam, quæ sensibus comprehenditur (in sensibus enim synceri nihil est) mutari inceperunt. Porro præclare dixisse videtur, **TENEBRAS FUISSE SVPER FACIEM ABYSSI.** Nā aër supra inane quodammodo erat: quandoquidem vastum illum locum, desertum & vacuum, qui est inter lunæ globum & nos interiectus, ingrediens compleuit. Simul ac lux illa mente percepta, quæ ante solem extitit, resplenduit, tenebræ quæ ex aduerso cum ea pugnarent, cesserunt loco. Nam Deus, qui contrarias eorum qualitates, & naturalem concertationem sciebat, ea separatim suis locis disclusit discretiq;. Quinetiam ne semper concursu inter se dimicaret, & bellum in pacis locum succedens, mundum confusione misceret, non modò lucem segregauit à tenebris, sed etiam spatiis quibusdam interpositis, certos fines constituit, quibus vtrumque extremorum, alterum ab altero coerceretur. Nam si illa inter se finitima fuissent, de imperio quidem decertantia, magnam sanè perturbationem rebus attulissent: grauique etiam cum contentione, quæ sedari non

non potuisset, se ipsa fuissent adorta, si termini in medio defixi, non mutuam eorum conditionem diremissent. Termini vero sunt vespera & aurora: quarum altera, tenebris sensim depulsa, solis ortum prænuntiat: altera illius consequitur occasum, repentinumque tenebrarum aduentum pacatè & tranquillè excipit. Atque ista quidem certè, aurora scilicet, & vespera, in earum rerum numero ponenda sunt, quæ & corporis sunt expertes, & sola ratione tenentur. Omnino enim in eiusmodi rebus nihil est, quod in sensum possit intrare, sed omnes corpore vacant, & sunt formæ, modi, figuræ, & notæ ad alia corpora gignenda accommodatæ. Ut primum facta erat lux, tenebræ cesserunt, illiq; dederunt locum: fines etiam in intervallis interiectis affixi sunt. Vespera & aurora, nulla mora interposita, temporis dimensio perficiebatur necessariò: quam quidem mundi architectus diem vocavit: & diem, non primum, sed unum: qui ita dicitur propter unitatem mundi intelligentia comprehensibilem, qui unam habet eandemque naturam. Mundus quidem corporis expertis in verbo Dei collocatus, suo iam exitu concludebatur: qui autem sensibus subiicitur, ad huius exemplar artificiosè constructus est. Ac primum illius opifex, cælum, quæ est pars omnium præstantissima, effecit. Hoc $\sigma\epsilon\pi\tau\omega\mu\alpha$, id est, firmamentum ex nominis notatione, utpote corporeum appellavit. Corpus enim natura ideo est $\sigma\epsilon\pi\tau\epsilon\delta\omega\mu$, id est, solidum, quod triplici dimensione distinguitur. Quæ nam est, quæso, alia notio soliditatis & corporis, quam quod omnem dimensionis rationem complectatur? Non igitur sine causa, cum istum mundum corporeum, sensibusque perceptum, illi qui corpore caret, & mente sola intelligitur, ex aduerso opposuisset, firmamentum nuncupavit. Deinde $\sigma\beta\alpha\nu\delta\omega\mu$; id est cælum per apposita & propria donavit appellatione: vel quod omnium $\delta\epsilon\sigma$, id est, terminus, vel quod primum $\tau\acute{\alpha}\mu\epsilon\beta\alpha\lambda\omega\mu$, id est, rerum sub aspectum cadentium procreatum sit. Diem verò, qui eius ortum proximè sequebatur, secundum nominat, uniuersumque diei spatium & mensuram cælo propter eam dignitatem decusque singulare, quod in rebus sub sensum cadentibus obtinet, ritè attribuit. Postea ubi tota aquæ moles in uniuersam terram emanasset, & per omnes eius partes per lapsa esset, terræque, velut spongia, guttas illius uniuersas ebibisset, adeò ut tanquam lacuna cœnosa lutique plena existeret, propterea quod verumque elementum instar massæ, esset in unam confusam & informem naturam

naturam coactum, coagmentatumque, mandauit Deus, ut aqua falsa & amara, quæ satis, arboribusque sterilitatem videretur allatura, ex laxis uniuersæ terræ hiatibus effluens, in unum locum congregaretur, appareretque arida: quam quidem dulcis humor intus inclusus irrigaret ad diuturnitatem. Nam dulcis ille humor æquabiliter modificatus, est tanquam quædam rerum natura dissentientium iunctura. Quinetiam ne ipsa terra exarescens, omnino fiat effœta, & sterilis, sed velut mater non alterum solum alimenti genus, cibum scilicet, veberet, ob eam causam venis abundat, quæ mammarum gerunt similitudinem: ex quibus quidem patefactis fluuij & fontes manare solent. Atque nihilominus Deus latentia quadam quasi diuortia humore referta in omne cultum & fertile solum, ad maximam fructuum ubertatem deduxit. Quibus ordine dispositis nomina imposuit: vocauitque aridam, terram: aquam autem inde segregatam, mare. Deinceps terram ornatu vestire cepit. Iubet enim, ut illa gramen, & spicas producat, herbâsq; cuiusq; generis fundat: campi etiam, ut tum fœnum abundè proferant, tum cætera omnia quæ essent iumentis quidem pabulorum genera edidit, nullumq; prætermisit, quod vel ex agris, vel ex mansuetis cultâq; materia constaret. Omnia simul iam sunt. Iam enim omnia vicissitudine quadam, & distinctis temporibus, non uno momento pariter, oriuntur. Cui namq; obsecurum est, primùm sementè, & consitionè fieri, deinde satorum consitorumq; incrementum? Quod quidem partim radices, tanquam fundamenta, altius in terram agit, partim in sublime se porrigit ad stirpium & truncorum sese erigentium proceritatem. Sequuntur germina, ramorum propagationes, ad extremum fructus funditur, neque ille quidem maturus & perfectus, sed multas variâsque habens in se mutationes, tum quantitatis magnitudine, tum multiplicibus qualitatis formis discrepantes. Fructus enim editur primùm, ramentis, quæ partiri nequeunt, non dissimilis: qui quidem præ tenuitate aciem propè effugit oculorū. Quæ res non in scitè dici possunt primæ, quæ sub sensum cadunt. Non multò post tum ex succo allabente, qui arborem rigat, tum ex temperatione ventorum, qui frigidis simul & lenioribus flatibus spirant, fructus pedetentim animam

animatur, nutritur, augetur, & ad perfectissimam molē progreditur. Qui vnā cū magnitudinis accessione, qualitates etiā immutat: nō aliter ac si ex pictorum arte variis distingueretur coloribus. In prima vniuersarum rerum procreatione, vt dixi, Deus omnem plātarum materiā ē terra edidit, eamq; absolutā: quippe quæ fructus haberet non imperfectos illos quidem, sed maturos, qui animalibus paulō post in lucem emerfuris ad opportunos vitæ vsus extemplō suppeterent. Terræ igitur mandauit, vt ista produceret. Illa autem, velut iam lōgo tempore grauida & penē parturiens, vniuersas formas satorū, arborum, fructuum etiā innumerabilium fundit. Ac fructus illi nō modō animalibus erant ad pastum accommodati, sed etiā ad iumentā ad continuam sui similium procreationem: quippe seminum vim & naturam in se complectebatur. In quibus tamen rerū omnium causæ latentes & obscuræ insunt, tēporum tamen conuersionibus aperiuntur, sicutq; perspicuæ. Volebat enim Deus naturæ cursum perpetuare, dum genera rerum efficere immortalia, dum æternitate donare instituit. Cuius rei gratia principiū deduxit ad finem, hæc q; duo tanquam fœdere iunxit, effecitq; vt finis se denuō ad principiū reflecteret. Nam ex plantis quidē nascitur fructus, velut ex principio, finis: ex fructu autem semē, plantam vicissim in se continens, quod tanquam ex fine principium gignit. Quarto autem die, simulatq; terra erat suis quasi numeris & partibus cumulatē expleta, cælū varia ratione exornauit, nō quod istud postponebat terræ, aut inferiori quidē naturæ priores partes, præstantiori aurem diuiniōq; posteriores tribuebat, sed vt suæ potentæ amplitudinē planissimē demonstraret. Cū enim de hominibus nondū procreatis, quali animo futuri essēt, præuideret, & quomodō similia veri ac probabilia, in quibus inscitæ plurimū, sinceræ autē veritatis nihil inest, cōsectarentur, & quod sophistarū commenta, plusquā sapientiam admirantes, visis potius, quā Deo fidem adhiberent, rursus, quod solis & lunæ, intuētis circuitus, (quorum vi æstatis & hyemis, veris & autumnī cōuersiones fiunt) causas rerū vniuersarum, quæ quotannis nascuntur, siderum cælestiū cursibus assignarent: quō nulli eorū primas rerum causas, vel propter impudentem audaciam, vel propter stultitiā insignem, rei cuiquā generatæ attribuere conarētur, sic ait: animo & cogitatione ad primum vniuersitatis ortū se referant, intelligantq; terrā ante solis & lunæ fabricationē, plantas fructusq; cuiusq; generis edidisse:

disse: quæ dum mentibus perspiciunt, ne dubitent quin ea genitoris mādato, vbi illi visum fuerit (quiquidem rerū cælestium à se procreatarū adiumento neutiquā eger) easdem res sit denuō prolatura. Quibus facultates cōcessit ille quidē, nō tamen vt res suo proptere nutu administrarēt. Nam Deus, velut auriga habens, aut gubernator clauū manu tenens, nullius alterius indigens sublidij, singula lege & æquitate pro arbitratu regit. Nihil enim est, quod ab eo fieri nō possit. Hæc igitur causa est, cur terra antea germina herbamq; virentē produxerit. Cælum verò quarto die, numero perfecto (quem si quis denarij integri & omnino absoluti, causam & fontem dixerit, nō planē aberrauerit) præclaris ac variis ornamētis decoratū fuit. Quod enim denarius est re ipsa, id quaternarius, vt videtur, potest esse. Nam si ab vno ad quatuor, numeri ordine colligantur, denariū conficiunt: quiquidem in numerorū infinitate terminus est, quo tanquam axe voluuntur, seq; ipsi reflectunt. Quaternarius etiam diatessaron, diapēte, diapason, & præterea disdiapason: ex quib; cōpositio perfectissima gignitur. Nam ratio quæ in concentu diatessaron cernitur, sesquitercia est: quæ autē in concentu diapente, sesquialtera: quæ deniq; in diapason, dupla: quos quidem numeros quaternarius cōtinet vniuersos. Sesquitercia, vbi quatuor cōparantur cum tribus: sesquialtera, vbi tria cum duobus: dupla, vbi duo cum vno, vel quatuor cum duobus: quadrupla, vbi quatuor cū vno conferuntur. Est etiam alia quaternarij numeri vis, quæ siue exprimitur dicendo, siue cogitatione cōprehēditur, maximā planē habet admirationem. Ea enim primū ostendit naturā solidi: quando quidem numeri illā antegredietes, in rebus corporis expertibus inhaerent, Nam per vnum cōstititur illud, quod in Geometria punctū appellatur: per duo, linea, quod linea natura ex puncto cōstet. Est autem linea longitudo latitudine carens: adiuncta verò latitudine, fit superficies: quæ ex ternario numero efficitur. Superficies autē ad explendam solidi naturam vna crassitudine caret. Quæ cum ternario fuerit adiecta, fit quaternari;. Ex quo efficitur, vt hic numerus, res sit planē admirabilis: qui nos ex essentia corporis experte, solūq; cogitatione cōprehensa, ad notionem corporis, quod triplici dimēsiōne distinguitur, quōd q; natura primū sub sensum cadit, deducit. Qui verò id, quod dictum est, minus intelligat, ex ludo quodam, qui est in communi consuetudine positus, facile

cilè perdiscet. Qui nucibus ludunt, cum tres posuerint in area superficie nuces, unã præterea adlicere solent, & ex illis unam figuram, iustar pyramidis, efficere. Figura, quæ in superficie est, triangularis, nõ ultra ternariũ progreditur: quod autè adiectũ est, numero quaternarium, figura autè pyramidem procreat: ac iam corpus solidum est. Illud præterea minimè in obscuro latere debet, quaternariũ inter numeros quadratũ esse primũ pariter parè: quæ est iustitiæ & æqualitatis mensura: eumq; ex illis tum cõpositione, tum facultate solere progigni. Compositione quidem, ex duobus & duobus, facultate autem, ex duobus rursus bis numeratis, quæ præclarã in primis efficiunt cõcentrus speciẽ, quæ nulli alij numero cõtingit. Nã verbi gratia, sex ex duobus ternariis constat, nõ amplius ex iisdem multiplicatis procreatur ipse, sed alius numerus, nouẽ scilicet. Multas etiam alias facultates quaternarius in se complectitur, quæ sunt proprio de eo instituto sermone accuratius explicandæ. Simusq; contenti illud solũ adiecisse, nõpe hunc numerum vniuersi cæli mundiq; procreandi principium extitisse. Nam quatuor elementa, vnde hæc vniuersitas cõstructa est, ex quaternario numero, tanquam ex fonte profluxerunt. His accedunt quatuor anni tempora (quippe annus quadrifariã distributus est, in hyemẽ, ver, æstatem, autumnũ) quæ animalium & plantarũ generandarũ causas continent. Quocirca cum numerus, quem dico, tantũ privilegium in rerũ natura sit cõsecutus, necessariò quidem mudi architectus, cælum ornatu præstantissimo diuinissimòq; astris nimirũ, quorũ splendore omnia collustrantur in quaternario decorauit. Cũq; lucem in rebus facillè primas obtinere animaduertet, eam ad oculorũ sensum, qui cæteris sensibus antecellit, velut instrumentũ suppeditauit. Etenim eã vim habet in corpore oculus, quã mens in animo. Vtriq; enim tribuitur cernẽdi facultas, huic eas res, quæ ratione, illi eas quæ sensu percipiuntur. Mens quidem ad eas res cognoscendas, quæ corporis sunt expertes, sciẽtiã indiget: oculi autè ad corporum comprehensionẽ lucem desiderãt. Quæ quanq̃ multorũ aliorũ præterea bonorũ hominibus causa existit, philosophiã tamẽ vel maximè: quæ in bonis principẽ locũ tenet. Aspectus enim subædio lucis in sublime sublatus, cum astrorũ naturã, æquabilẽq; motum, ratos etiam cursus illorũ, quæ inerrantia, quæq; errantia & vaga dicuntur, peruidet (quorũ illa vno eodẽmq; motu cõtinentur, hæc cõtrã duplici cõuersione gaudẽt) cumq; certas & const

constates omnium vias perfectæ harmoniæ modis distributas perspicit, oblectationem & voluptatẽ propè infinitã in animũ infundit. Nam his spectaculis cõtinenti ferte succedẽtib; inuitatus (alia enim ex aliis nascuntur) insatiabili contẽplandi cupiditate inflãmatur. Deinde (vt fieri solet) curiosè peruestigat, quæ sit natura istarũ rerũ, quæ oculis cernuntur: & vtrũ ortu careãt, an ortus habuerint principiu: quæ etiã motus ratio, quæ causa, quibus singulæ administrãtur. Ex quarũ rerũ indagatione gignitur perfectius. Deus igitur in speciẽ lucis, quã inesse diximus in mundo illo corporis experte, intuens, astra, quæ sensibus subiciuntur, tanquã diuina simulacra pulcherrimãq; fabricauit: quæ quidem in cælo, velut in tẽplo purissimo, corporeãq; & concretã naturæ experte maximè, multarũ rerum efficiendarũ causa collocauit. Primum vt lucẽ præberent, dein vt signa præmonstrãret, tũ vt annuas temporũ dispertirẽt vicissitudines, postremò, vt dies, noctes, menses, annos distinguerẽt: quæ quidem & tẽpus metiuntur, & numeri naturã progignunt. Ac tãctũ quẽ vsũ vtilitatẽmq; singula eorũ, quæ recessimus, afferãt, ex cuiusq; vtilitate constat, tamen quò vnũquodq; accuratius exquisitiũsq; comprehendatur, nõ erit absurdum fortasse, ipsam veritatem ratione inuestigare. Cũ tempus vniuersum in duas partes tributum sit, in diem nimirũ & noctem, mundi parẽs & autor Deus, diei quidem imperium, soli, tanquã regi potenti tradidit, noctis autem, lunæ, & reliquarũ stellarum multitudini. Potentiã verò & imperij magnitudo, quã sol obtinet, ex eo quod dictum est, certissimè confirmatur. Nã cum vnus & solus sit, per se separatim, diem, dimidiam temporis partẽ velut sortitò capit: alia omnia sidera vnã cũ luna, ad alteram tẽporis partem, quã nox occupat, luce collustrãdã designãtur. Atq; illo quidẽ oriente, lumina tot rãtorũmq; siderum nõ modò obscurãtur, sed etiã eius luce diffusa omnino delitescunt: occidente autem, suos splendores incipiunt, ac qualitatũ facultates, velut gregatim proferre. Sũt verò creata (quod idẽ ipse Moyses dixit) nõ modò vt luce terrã cõpleant, verumetiam, vt signa rerum declarẽt futurarũ. Nam ortu illorũ, occasu, defectione, apparitione, vt ita dicam, & occultatione, aliisq; motus differentiis homines de rerũ euentis cõiecturam faciunt: de vbertate fructuum ac sterilitate, de animalium ortu & interitu, de serenitate & procellis, de vëtorum tranquillitate & violẽtia, de fluuiorũ inũdatione & diminutione

de sedato maris motu & fluctibus, de anniuersariis temporum mutationibus, siue cū æstas tempestatibus agitur, siue cū hyems ardore incendatur, siue cū ver autumnū imiteretur naturam, siue cū autumnus veris. Iam verò cōquassationem, & terre motum aliāq; quæ pro certo euenerint, ferè infinita. nōnulli ex caelestium motuum coniectura præsignificarūt, adeò vt verissimè dictum sit, stellas in signa & tēpora constitutas esse: tempora autem, vicissitudines illas annuas esse putauit, nec iniuria. Nam quæ temporū notio esse poterit, præter ipsam exquisitam temporis seriem? Temporū vicissitudines omnia perficiunt, re etq; disponūt: sementem, & consitionē, ad fructus producēdos: animalū quoq; ortus & incremēta. Ad tēpora item dimetienda nata sunt stellæ. Nā solis, lunæ, aliorūmq; siderū ratis cōuersionibus, dies, menses, & anni constituuntur: numerūq; natura, quæ est res planè utilissima, hinc quoq; quàm primū emergit, tempore eādē patefaciente. Etenim ex vno die, vnum: ex duobus, duo: ex tribus, tria: ex mense, triginta: ex anno, multitudo, quæ duodecim mēsiū diebus ex æquo respondeat: ex infinito deniq; tēpore, infinitus numerus gignitur. Cælestium igitur siderum naturæ & motus ad totidē vsus tamq; necessarios referuntur. Sunt alia etiā mihi ad cōmemorādum ferè infinita, quæ tametsi nobis obscura sunt (mortaliū enim generi nō sunt perspecta & explorata omnia) ad vniuersitatis tamen stabilitatem non parum adferunt adiumenti: quæ sanè institutis & legibus, quas Deus raras & immobiles in hoc vniuerso esse sancit, omnino omnibus suis partibus & quasi numeris perficiūtur. Cū autem terra & cælū suis insignibus essent exornata, illa numero ternario, hoc autē, vt diximus, quaternario, quinto die, genera animalū caduca & mortalia formare molitus est: initio ab his, quæ in qua vitā degunt, sumpto: quandoquidem nihil tam cognatum, alterū alteri putauit, quàm quinarium numerū animalib⁹. Nā animata ab inanimis nulla re magis differūt, quàm sensu. Sensus verò in quinque partes diuiditur: in visum, audiū, gustatum, odoratū, & tactum: Singulis autē sensibus, parēs vniuersi affectiones, materiā peculiarem, & propriā iudicandi facultatem, qua ea, quæ sub ipsos cadunt, discernāt, attribuit. Visus colores excipit, voces auditus, gustus sapes, odoratus vapores, mollitudinē & durtiem, calorem & frigus, lenitatem & asperitatem tactus cōprehendit. Omnia item piscium genera, & cete, quæ & magnitudine, & qualitate discrepant, in certa lo

ca conuenire mandauit. Alia enim in alio pelago reperiuntur, interdum eadem: præterquā quòd non omnia vbiq; gignātur: neq; id planè sine causa. Nam nōnulla mari cœnoso, eoq; non adeò profundo gaudent: alia ostiis maris & portibus, vtpote quæ neque ad terram proferpere, neq; longè à terra natate possint: alia in medio & alto mari degunt, & promontaria eminentia, insulas, abruptasq; petras omnino refugiūt. Alia in sereno ac placido mari exultant: alia deniq; spuma, agitatione & impetu fluctuum delectantur. Nam cū continuīs fluctuum exerceantur ictibus, & vi impetū repellant, non modò roboris, sed pinguedinis etiā plus assequūtur. Non multò post volucrum genera edidit, vtpote ab iis, quæ in aqua viuunt, non multū discrepantia (vtraque enim sunt ad natandum apta) vt nullam speciem eorum, quæ in aëre gradiuntur, mācam & inchoatam relinqueret. Iam verò cū aqua, & aër duo animalium genera, quæ ad ipsa incolēda apta & accommodata sunt, velut propriā possessionem fuissent ac suam adeptā, terram deuo ad eam partem progignēdam, quæ reliqua erat (post plantas quidem, terrestria restabant animalia) aduocauit, dixitq;: [Producat terra iumenta, & bestias, & reptilia secundum genus suū.] Illa autē, quod erat imperatū, absq; mora exequitur, statimque producit animalia instructa, robore & facultatibus insitis tum ad lædendum, tum ad iuuādum accommodatis, differentiā. Ad extremū hominem creauit. At quemadmodum, dicā equidem paulò post, si modò illud prius ostendero, Moysem perpulchrā dispositionis serie in animalium procreatione explicāda vsum fuisse. Nam anima, quæ est pisciū generi tributa, otiosa est maximè, & minimè præclare formata: sed ea, quæ est insita hominibus, est perfectissima omninoq; optima. Quæ verò terrestriū animantiū, & volucrum generi inest, inter vtrumq; genus media interiecta. Etenim acutiore sentiendi vim habet, quàm quæ in piscibus ingenerata sit: obtusiorē autē, quàm quæ in hominib⁹. Quapropter prima animalū pisces procreauit: quorū natura plus corpore valet, quàm anima: quæ dicuntur animalia quodāmodo, & nō animalia, mouētia, inanima. Quibus ad ipsam corporum dūtaxat diuturnitatē quædam animæ vis insita & aspersa est, sicuti sal, vt aiūt, carnibus, ne facile corrūpantur. Post pisces, volatilia, & terrestria. Ista enim plus iam pollent sensu, & ipsius naturæ subsidio euidēiores animæ proprietates ostendūt. Postremò, vt dixi hominē formauit, cui mentē intelligentiāmq;

eximiam largitus est: animæ alteram quandam animam, velut in oculo pupillam. Etenim qui rerum naturas accuratius perscrutatur, hi eam, oculi ipsius oculum esse dicunt. Et quâquam omnia simul procreata, erant, illis tamen pariter procreatis ordo quidam necessariò oratione descriptus est, propter ortû, qui deinceps ex ipsis mutuo futurus esset. In his, quæ singillatim nascuntur, est hic quidem ordo: ut ex eo, quod natura infimum est & abiectissimum, initium fiat, & in eo, quod est omnium optimum, desitû sit. Verùm quid sit istud, exponendum censeo. In animalium ortu, semen principium est. Istud autem est tanquam abiectissimum quiddam, similèq; spumæ animaduertitur. Cæterùm ubi in matrice conditum, se roborauerit, motum statim assecutum, in naturam commutatur. Natura autem est semine præstabilior: siquidem & motus quiete in his præsertim, quæ generantur. Hæc (naturam dico) est velut artifex, vel ut magis propriè loquar, absoluta & perfecta ars, quæ animalia format fingitq;: & humidam quidem essentiã in corporis mēbra ac partes diffundit: spiritalem autē, innanimæ facultates, quæ alendi sentiendiq; vim habent. De ratione enim in præsentia omitto dicere, propter eos, qui eam extrinsecus in corpus immigrasse, diuinamq; & æternã esse affirmant. Quamobrem natura ex semine abiecto, exordium quidē cepit: desit in eo, quod est præstantissimum, in animalis nimirû & hominis constructione. Idem istud etiam in vniuersitatis ortu accidit. Nam cum visum esset mundi opifici, animalia formare, ea que abiectiora erant, ordine fuere prima, ut pisces: quæ verò optima, postrema, ut homines: cetera media interiecta inter extrema: præstantiora quidem prioribus, posterioribus autē deteriora, terrestria dico, & volantia. Post alia vniuersa (sicuti diximus) [Hominem, ait, ad imaginem & similitudinem Dei factum esse.] idque admodum præclare. Nã homine nihil in terra genitum similius Deo. Atq; hanc similitudinem nemo ex corporis forma ac specie consideret (Deus enim nō est humanæ formæ particeps, neq; corpus humanum diuinæ) sed hæc imago de mēte quæ animi participatū tenet, dicitur. Nã eã ad vnã vniuersi speciem, tanq̃ ad primū exēplar, quod planè in reb⁹ singulis exp̃ssū est, effinxit: quãdoquidē istud est quodãmodo Deus illius, quod ipse gerit effigie. Quã enim vim magnus ille rector tenet in vniuerso, eã, ut verisimile est, in homine humana mēs. Quæ cū oculis cerni nō queat, ipsa tamē cernit vniuersa: cūmq; naturã obscur

obscuram & minimè cōprehensam habeat, aliarum tamen rerum naturas comprehendit ipsa: atq; adeò in artibus & sciētiis omnes vias, tam eas, quæ videntur multiplici ratione inuolutæ, quàm quæ vītata & trita, distinguit. Per terram etiã ac mare peruadit, eãsq; res, quæ in vtraq; cōtinentur natura, peruestigat. Ac rursus se tollens, in sublime subuolat, atq; adeò ære, & eius affectionibus consideratis, altius ab æthera, & ad cæli circuitus fertur: & vnã cum siderū errantium & fixorū curibus secundum perfectas musica leges in orbē se versans, amorem sapientia, tanquã ducem sequitur: & cum supra omnem naturã sensus mouentem se extulerit, ibi tum ad eam perueniēdi, quæ sola percipitur ratione, cupiditate ducitur: & eorū, quæ hic sub sensum cadūt, exempla ac formas pulchritudine eximias cum in illa contēpletur, ebrietate modesta illa quidē cōsopita, velut homines furore accēti, diuinitus afflatur, alio desiderio & amore præstantiore cōpleta. Vnde ad summum rerū intelligentia perceptarum globum sublata, ad ipsum magnū & præpotētem regem videtur peruenisse. Ac dum auct videre, vsque adeò puri synceriq; diuinæ lucis splendor, instar torrentis, profundantur, ut ad eorū claritatem & fulgorē ipsius acies tanquam tenebris circūfusa, hebescat. Et quoniam imago quæq; non est primo exēplari similis, sed multæ planè dissimiles, ad id quod dixit [Secundum imaginem] significanter attexuit [Secundū similitudinem] quò accuratius eam speciem cōmostraret, que veram haber figuram. Verùm illud meritò quæri potest, quid causæ sit, cur hominis solū procreationē nō ad vnū opificē, sicut in aliis reb⁹ gignēdis, sed ad plures quodãmodo retulerit. Nã parentē vniuersi inducit velut cū altero sic loquentē [Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrã] Dicit ergo aliquis, illēne ad iumēto eget, cui parēt vniuersa? Ecquid cū cælū, terrã fabricaret, & mare, nullius opera egebat, cum autē hominem, animal tam minutū, tamq; fragile cōderet, nō poterat ipse suavi, nullo alterius adhibito subsidio, opus absoluere? Quæ sit causa quidem verissima, solus Deus necessariò intelligit: quæ autē coniectura probabilis capi possit, quæq; videatur rationi cōsentanea, nequaquã hoc loco silentio prætereunda est. Est autē eiusmodi. Ex rebus, quæ natura constant, alia neq; virtutis, neq; vitiositatis particeps sunt, ut plantæ, & animalia rationis expertia: illæ quidē, quia inanimæ sunt, & natura ea, quæ visis minimè pellitur, reguntur: hæc autē, quia non mente solū, sed etiã

ratione carent: mens enim & ratio, sunt virtutis & vitij tanquam domicilia, in quibus habitare consueverunt. Alia, sola virtute prædita sunt, vitij cuiusque expertes, ut stelle. Nam istæ dicuntur esse animalia, eaque mente imbuta, imò verò in singulis mentes insunt singulæ: quæ omnino spectatæ sunt, & mali cuiusque expertes. Alia, naturam mixtam habent, ut homo, qui est rerum particeps contrariarum, ut prudentiæ & stultitiæ: temperantiæ & intemperantiæ: fortitudinis & ignauiæ: iustitiæ & iniustitiæ: & ut comprehendam breui, bonarum rerum & malarum: honestarum & turpium: virtutis denique & prauitatis. Proinde omnium rerum parenti Deo accommodatum erat maximè, ea sua ipsius vi sola efficere, quæ proba erant & spectata: propterea quòd cognatione quadam cum ipso coniuncta sunt: quæ autem sunt indifferentia procreare, etiam ab eius natura non erat alienum: quandoquidem ista quidem, vitiositatis, quæ est ei inimica, penitus sunt expertia. Quæ verò mixta sunt, in lucem edere, partim ei conueniebat, partim erat alienum: conueniebat quidem, propter speciem illam excellentiorem, quæ omni concretionem caret: alienum autem erat propter eam, quæ huic repugnat, quæque est illa multò deterior. Hac igitur de causa ait Moyses, in hominis solum procreatione Deum dixisse [Faciamus hominem.] Quod planè declarat opem aliorum, qui in hoc opere edendo, tanquam adiutores existerent: sic ut cum homo rectis consiliis & actionibus res benè administraret, Deo omnium moderatori, causa attribueretur: cum autem contra se gerat, aliis, qui Deo inferuiunt. Consentaneum enim erat, ut parens liberis nullius mali autor existeret. In malis autem ducitur prauitas, eaque actiones, quæ ex prauitate nascuntur. Porro præclare admodum, cum de homine, qui genus est, differuisset Moyses, eum per formas sexus distribuit: dixitque [Masculum & foeminam] creatos esse illos, cum nondum formam illam sigillatim induissent. Siquidem species extremæ hærent in ipso genere, non aliter, ac si in speculo ostenderentur his, qui acie oculorum multum valent. At quæri etiam potest, quid sit causæ, cur homo in mundi fabricatione postremum opus sit. Nam post alias res vniuersas, ut scripturæ sacræ declarant, parens & effector rerum Deus illum creauit. Respondent ergo illi, qui altius leges indagare, & ea, quæ ad ipsas pertinent, quoad fieri potest, accurata inquisitione elicere, conantur, Deum cum hominem per rationem (quod est munus omnium planè præstantissimum) sibi cognatum effecisset,

effecisset, alias res ei non inuidisse, sed veluti animali sibi coniunctissimo amicissimoque, omnes res, quas mundus continet, præparasse: illud sanè cupientem, ut nullius rei cum ad viuendum, tum ad benè viuendum pertinentis, omnino indigeret. Quorum alterum affluentia & copia rerum ad vsum necessariorum efficit: alterum cælestium contemplatio. Ex qua quidem mens in admirationem traducta, earum rerum cognoscendarum amore incipit & desiderio flagrare: unde quoddam philosophiæ genus (cuius vi homo cum mortalis sit, immortalis efficitur) efflorescit. Quam admodum igitur, qui faciunt conuiuium, non prius homines ad cenam vocant, quam res omnes ad conuiuium necessarias præparauerint: & qui gymnica, scenicave certamina instituunt, prius quam spectatores in stadia, & theatra inducant, athletarum, spectaculorum, & fabularum multitudinem parant: ita totius vniuersitatis rector, velut ludorum, & conuiuij magister, cum hominem esset ad conuiuium & spectacula inuitaturus, ea quæ ad utramque speciem pertinebant, antè apparauit, ut in mundum ingrediens, illic conuiuium, ac theatrum augustissimum reperiret: alterum referunt omnibus rebus, quas terra, flumina, mare, & aer denique cum ad vsum vitæ, tum ad oblectationem ferunt: alterum plenum spectaculorum cuiusque generis, quæ naturas haberent in primis admirabiles, qualitates mirificas, motus & progressiones. tum propter ordinem aptè coherentem, proportionemque numerosum, tum propter æquabilem conuersionum consensum planè diuinissimas. In quibus omnibus si quis musicam primam, veram, & ad exemplar aliis propositam esse dicat, non errauerit. Cuius speciem homines postea in suis ipsorum animis imprimentes, artem ad vitam tum maximè necessariam, tum non minus utilem tradiderunt. Atque ista quidem prima causa fuit, cur homo videatur post res vniuersas procreatus. Quæ item sit secunda, non erit alienum instituto, explanare. Homo simul atque editus erat, omnia ad viuendum subsidia parata inuenit: natura ipsa, voce propè emissa, ad posterorum institutionem palam loquente, quòd ducem sui generis imitando facile & sine molestia in summa rerum necessariorum abundantia & copia vitam degerent: hocque eueniret, si neque absurdæ voluptates, quæ vitium ventris solent & luxuriam ad augere, animi dominatum occuparent: neque gloriæ, aut pecuniæ, aut imperij cupiditates, vitæ incendere principatum: neque dolores mentem contraherent, inflecterentve: neque metus, malus consiliarius, rerum præclararum gerendarum recitaret

rardaret appetitiones, neque amentia, ignavia, iniustitia, infinitate aliorum malorum turba in animos irreperet. Iam vero cum hæc omnia, quæ commemoravi, minus rectè prospereque succedere visa fuerint, & homines effrenatè in omnes perturbationes & appetitus temerarios prenitiososque (quos ne nominare quidem fas est) effusi sint, iustitia, impiorum conatum vindex, ex adverso se opposuit. Ac res ad vitam hominum necessaræ, cum sint ad parandum difficiles, sunt plane iniustis supplicio. Nam cum agros proscindant aratro, fontium & fluminum cursus in eos deriuent, semina spargant, conferant plantas, & laborem in terra colenda dies noctesque sine intermissione suscipiant, vix ea, quæ ad annum satis esse possint, inde reportant. Atque istæ res, interdum multis de causis lætæ labefactaræque, horridæ existunt, & infrugifera. Nam aut imbrium, aliorum ex aliis irruentium impetus eas obterit: aut moles grandinis aceruatim delatæ perfringit: aut nix obruit atque suffocet: aut ventorum violentia ipsis radicibus euertit. Aqua enim, & aër multas res novas moluntur ad fructuum sterilitatem. Quod si perturbationum extra modum euagantium motus temperantia sedati, si iniuriæ inferendæ studium, & ambitio, iustitiæ vi retardata, ad summam, si virtutibus, officiisque ex illis nascentibus, vitia & eorum actiones immoderatæ, penitus repressæ fuissent, adeo ut bellum animi, quod omnium reuera acerbissimum gravissimumque est, sublatum fuisset, & pax regno potita esset, & ex ea facultatibus, quæ nobis insunt, status pacatus & tranquillus allatus, spes esse potuisset, Deum utpote virtutis probitatisque amatorè, & benignum etiam, bona sua sponte nascentia prompto & parato animo generi humano præbiturum fuisse. Constat enim, multo facilius esse, eum fructum, qui ex rebus oritur, absque agricolarum arte affatim suppeditare, quam ea, quæ non sunt, in naturam deducere. Secundam iam causam exposuimus. Tertia verò eiusmodi est. Deus operum suorum principium & finem, velut res maximè necessarias sibi que charissimas scite coagmentare instituens, cælum principium, hominem autem, finem effecit: illud in rebus, quæ interitu carent, sensibus tamè percipiuntur, perfectissimum: hunc in terrenis caducisque optimum, & si verum dicendum sit, velut paruum cælum, quod tum artibus, & scientiis quibusdam, tum illustribus præceptionibus, quæ in quaque facultate ceruntur, instructum, effigies formis astrorum similes continet.

Nam

Nam quoniã id quod mortale est, & id quod immortale, sunt natura contraria, quod erat in utraque specie præstantissimum. principio attribuit ac fini: principio, cælum, ut dixi, fini autem hominem. Postremo, illud etiam ad explicationem causæ necessariorum dicatur. Omnium, quæ procreata erant, homo debebat postremo in lucem edi, ut ex improviso demum apparens, cætera animalia obstupesceret. Nam ut primum eum viderent, tanquam ducem natura ac dominum suspicerent venerarenturque. Et propterea illa omnia, cum eum contemplarentur, omnino mansuescerent: ac quæ natura, maximè fera essent & agrestia, actutum primo illius aspectu cicura redderentur maximè: & quæ furiosam rabiem ipse in se mutuo exprimerent, in hominem solum se gererent mansuetè. Ob quam causam parens omnium Deus eum, animal natura aptum ad principatum creavit: atque non officij munere solum, sed rationis etiã privilegio, omnium animalium infra lunæ globum siue in terra, siue in aqua, siue in aère vitam degentium, regem constituit. Nam cunctas res mortales, quæ in tribus elementis, terra, aqua, aère viuunt, eius ditioni subiecit: earum autem solum, quæ in cælo sunt, illi ademit potestatem, utpote naturam diuiniorum adeptarum. Cuius quidem principatus, res quæ cernuntur, sunt argumento planè certissimo. Interdum infinita pecudum multitudo ab homine infimæ conditionis ducitur: qui neque arma, neque ferrum, neque quicquam ad se defendendum gestat: sed in he nonis tegumentum, quo solo operiatur, & pedum, quo partim illis signum det, partim cum de via fessus sit, seipsum fulciat. Greges namque ex magna animalium frequentia congregatos, ut ouium, caprarum, bouum, ducit pastor, caprarius, bubulcus: homines quidem certè non ita robusti & valentes, ut ob firmam corporis constitutionem intuentibus terrorem incutiant. Atque tanta animalium multitudo adeo robore & viribus munita (habet enim arma à natura, quibus se defendat) tanquam serui, dominum reformidat, & imperata facit. Boves enim iugum subeunt ad terram colendam: & crassas glebas proscindentès, vno die aliquando longum *δολιχον*, id est, iugerum duodecim stadiorum, colono aliquo instigante, conficiunt. Arietes densis velleribus onusti grauesque, verno tempore à pastore iussi, quietè consistunt: & placidè se inflectentes, lanam sibi ronderi patiuntur: affuefacti quidem ut non aliter, ac ciuitates annum vedigal regi suo natura pensitent. Quinetiam æquus, animal planè

planè ferocissimum, freno in os iniecto, facile ducitur, non modò ne nimium lasciuiendo abiciat habenas, verumetiam vt tergo inflexo ad commodè insidendù, facile sessorum excipiat, eumq; sublimem portans, celerrimo gradu incedat: contendatque, vt ad quæ loca sessor festinauerit, ad ea ocyus perueniat, eūque deducat. Sessor verò, alterius corporis pedūque subsidio placidè ac sine labore itineris cursum conficit. Quòd si quis vellet longus esse, multa alia dici possent, quibus planum fieret, nullū animal sic immanitate efferatum, vt hominis repudiet dominatum reiiciatve: sed exempli causa, his, quæ dicta sunt, contenti simus. Illud tamen non debet à nobis ignorari, hominis dignitatem non propter ordinis rationem minui, quòd post alias res erat in lucem editus. Cuius rei testes sunt aurigæ & gubernatores. Illi enim post iumenta, quæ iugum sustinent, incedentes, & à tergo eorū positi, prehensis habenis, ea, quatenus velint, deducant: interdum remittunt ad cursus celeritatem, nonnunquā reprimunt, cū maiore impetu, quàm par sit, ferantur. Gubernatores verò, ad puppim, velut ad postremū locū naus accedentes, inter omnes nauigātes, vt breuiter dicam, primas tenent: in quorum manu & naus est & nauigantium salus posita. Postremò igitur omnium, mundi effector Deus hominē, tāquam aurigam & gubernatorē quendam constituit, vt res terrestres regeret gubernaretque: atque adeò velut summi ac præpotentis regis præfectus, animalium & plantarū curam susciperet. Postquā autem mundus vniuersus erat perfecta senarij numeri natura absolutus, diē septimū, qui proximè sequebatur, genitor Deus, celebrē effecit, tum laudib; efferendo, tum sanctū appellando. Nā festus dies hic quidē est, non vnius ciuitatis, aut regionis, sed totius vniuersitatis: quē solum par est generalē mundi natalē diem proprio nomine nuncupare. Septenarij autē numeri naturā haud scio, an quisquā satis pro dignitate laudare potuerit, quippe quæ omnem dicendi facultatē longè superet. Verūm quanquā plus admirationis in se & dignitatis complectitur, quàm quod oratione hactenus ab vilo sit explicatū, non tamen propterea conticescere debemus, sed audacter aggredi, vt si non omnia, neque quæ maximè eius exprimunt naturā, at ea tamen quæ in nostram cogitationē veniant, dicendo aperiamus. Septenarij duplex natura esse dicitur: altera, quæ includitur in denarium, solāque vnitatem septies numerata terminatur, & ex septem vnitatibus constat: altera

in septenario sextus numerus est, cuius initiū, quod est vnitatem, omnino per duplas & triplas pportiones, vel vt breui cōplectar, per omnes numeros, qui pportione cōstant, peruadit: vt sexaginta quatuor, & septingenta viginti nouē se habent: quorū numerorū alter in dupla, quæ ab vnitatem nascitur, alter in tripla crescit & augetur. Vtrūque genus non leuiter considerandū est illud quidē, sed secundo clarissimū priuilegiū tributū est. Nam septenarius, qui ex vnitatem posita in duplis, aut triplis, aut omnino in his, quæ habent pportionē, oritur, cubus & quadratus est: qui quidē vtramq; speciē, naturę videlicet tū nō corporeę, tū corporeę cōprehendit: non corporeę in superficie, quā explent quadrati: corporeę autē, in altera, quàm cubi absoluūt. Numeri verò, quos diximus, huius rei certissimū argumentū dāt. Verbi gratia: ab vnitatem ratione dupla, si septenarius amplificatus sit, sunt, statim sexaginta quatuor. Est autē quadratus, cū octies octo multiplicata fuerint: cubus cū sint quatuor in quatuor quater, multiplicata. Et rursus, cū septenarius ab vnitatem, ratione tripla, auctus sit, sunt septingenta viginti nouē. Quadratus quidem septē & viginti in idem ipsum multiplicatis: cubus autē, nouē in idem ipsum nouies. Ac cū quis septenariū, initio ab vnitatem sumpto multiplicet, & eadem pportione ad septenariū vsque augere velit, reperiet omnino numerū ita auctū, cubum & quadratum esse. Cū ex sexaginta quatuor, ratione dupla, cōponat, procreabit septenarius quatuor millia & nonaginta sex, quadratum simul & cubū: eum autē quadratū, qui latus habet sexaginta quatuor: cubū, sexdecim. Sed ad alteram septenarij speciem veniamus, quæ est denario comprehensa: quę quidem naturam planè admirabilem, nec superiore illa specie inferiorem monstrat. Exempli gratia: ex vno, duobus, & quatuor protinus septem efficiuntur: quæ duas rationes plenissimas harmoniæ, duplam & quadruplam continent: alteram quidem, concentum diapason, alteram autem, quadruplam dico, didiapason perficientem. Alias porrò diuisiones continet numerus septenarius, cum modo quodam iugali constituatur. Nam primum in vnitatem & senarium: deinde in binarium & quinarium: postremò in ternarium & quaternarium diuiditur. Ista etiam pportio numerorum ad concentum valet maximè. Sex enim ad vnum, habent rationem sextuplam: ratio verò sextupla maximum in rebus intervallum efficit: quo quidem id quod acutissimum est, à grauissimo distinguitur:

cur: quemadmodum ostendemus, ubi à numerorum ratione ad eam, quæ in harmoniis posita est, peruenerimus. Quinque autem ad duo maximam in harmonia vim demonstrant, præque illi concentui, qui est in diapason, paria sunt. Quod quidem ex musicæ præceptis planissimè ostenditur. Quatuor ad tria, primam harmoniam absolunt, sesquitertiam nimirum, quæ quidem oritur ex quatuor. In septenario item alia preclara species ac forma cernitur, quæ est ad cogitandum planè diuinissima. Nam cum constet ex ternario & quaternario, id quod in rebus secundum naturam rectum est, quòdque facti nequid, indicat. Verùm quo modo id efficiat, explicandū videtur. Triangulus rectis constans angulis (quod est qualitatum principium) ex hisce numeris, tribus scilicet, quatuor, & quinque efficitur. Tria & quatuor, quæ sunt materia seu essentia septenarij, rectum angulum faciunt. Angulus enim & obtusus, & acutus, inæquabile, quiddam, inordinatum, & dispar edit. Alius namque alio obtusior est & acutior: at rectus nullam recipit comparationem, neque alius cum alio comparatus, rectior dicitur, neque suam aliquando commutat naturam, sed in simili eademque ratione manet. Quod si triangulus rectis angulis constans, principium figurarum & qualitatum sit, quod est in isto maximè necessarium (angulum rectū dico) essentia septenarij suppeditat. Ternarius pariter quaternario adiunctus, cuiusque figuræ potest, & cuiusque qualitatis fons reuerè existimari. Illud præterea non inicitè dici potest, tria, figuræ illius, quæ est in superficie, numerū propriū esse: siquidè punctū in vnitae, linea in bisario numero, superficies in ternario constituitur. Quatuor solidi numerus est, cum sit vna crassitudo ad superficiem addita. Ex quo perspicuum est septenarij essentiam & Geometriæ, & dimensionis, quæ in solido cernitur, & vt comprehendam breuè, rerum tum corporearum, tum vacantium corpore, principium esse. Tam sacrū etiam augustūque in septenario decus inest, vt inter eos numeros, qui concluduntur in denario, singularem eximiāque præ cæteris rationem habeat. Nam eorū, alij procreant, non procreantur: alij procreantur, non procreant: alij vtrunque faciunt, & procreant, & procreantur. Solus autè septenarius in nulla parte istarum rerum cernitur. Verū quod proposuimus, demonstratione confirmandum est. Vnum quidem omnes numeros deinceps generat, & à nullo omnino generatur. Octo procreantur ex bis quatuor: nullum

lum autè numerum illorū, qui in denario continetur, procreāt. Quatuor rursus vtrorūque, & parentū, & liberorum ordinem locumque obtinent. Cū enim duplicata sint, gignunt octo, & à bis duobus gignuntur. Solus autè septenarius, vt dixi, neque alios numeros generare, neque ab aliis generari solet. Quā ob causam, alij quidem philosophi numerū istum Mineruæ, quæ & virgo est, & matre caret, simile esse ferūt: quā quidè fama est ex Iouis capite editā. Pythagorei autè duci & rectori omnium eum simile statuunt. Nā quod neque procreat, neque procreatur, manet immobile. Procreatio enim in motu est: quādoquidè & quod procreatur, nō vacat motu: illa vt gignat, hoc vt gignatur. Princeps ille verus & dux omnium, solus neque commouet quicquā, neque ipse commouetur. Cuius effigies appositè dicatur numerus septenarius. Atque huius orationis testis est Philolaus, his ferè verbis: Est dux & princeps omnium vnus Deus, sēpiternus, stabilis, motu vacans, ipse sibi similis, ab aliis diuersus. In rebus igitur sola intelligentia, perceptis, septenarius numerus quasi ante oculos cuiusque ponit illud, quod est motus, affectionisque expers. In illis autem quæ sensu capiuntur, lunæ cōuersiones dico, magnā vim, naturæque cōiunctissimā obtinet: quibus quidè cōuersionibus res terrestres vniuersæ solēt effici meliores. Verū quo modo, videndū est. Numerus verò septē ex vnitae deinceps ordine cōpositus, efficit viginti octo: numerū planè perfectū & suis partibus æqualem. Numerus autè inde procreatus, lunæ cursum cōplet, quæ in eadem figurā, ex qua incrementū, quod sensu percipiatur, sumere incipit, denuò, ubi decrescat, recidit. Augescit enim à primo lumine, quod speciē habet incuruam, vsque ad dimidiatum ambitum, septem dierū spatio: deinde totidè aliis luce vndiq; cōpletur. Iterum ad initia eadē via recurrendo, sese reflectit: & septē rursus diebus ab illo plenissimo lumine ad circulū reuertitur dimidiatū: tū ab illa specie ad inflexā, atque totidè deinceps diebus numerus, quæ diximus, expletur, vocaturque *εβδομας*, id est septenarius, ab his qui nominibus propriè vti solēt: siquidè isto perficiuntur vniuersa. Cuius rei argumentum aliquis capere potuerit ex eo, quòd corpus instrumentale, vt ita dicam, triplicem dimensionem obtineat, longitudinem, crassitudinem, ac latitudinem: quatuor verò extremitates: punctum, lineam, superficiem & soliditatem. Ex quibus in vnum collectis, conficitur septenarius. Fieri autem haud poterat, vt corpora compositione illa, quæ tribus dimensionibus, & quatuor extre-

mitatis

mitatibus constat, terminata essent, nisi species primorū numerorum, vnius, duorū, triū, ac quatuor: quibus velut fundamētis, nititur denarius, septenarij fuisset naturā cōplexa. Nam numeri, quos diximus, quatuor habent terminos: primū, secundum, tertium, & quartū. tria etiam interualla: primū, ab vno ad duo: secundum, à duobus ad tria: tertium, à tribus ad quatuor. Ac præter ea quæ diximus, perfectā septenarij vim apertissimè declarant etiam hominū ætates ab ipsa prima vsq; pueritia ad senectutem, quæ partitæ sunt ad hunc modū. Primo septēnio dēter nasci solent: secundo, tēpus est, quo possint virile semen emittere: tertio crescit barba: quarto, vires augetur ad firmitatē: quinto, tempus nuptiarū est: sexto, intelligentiæ prudentiæque maturitas: septimo, accessio vtriusque, & mentis & orationis: octauo, magna in vtriusque perfectio: nono, sequitur probitas & māsuetudo, perturbationibus maiore ex parte sedatis: decimo deniq; optatus vitæ exitus: cū membra, quibus corpus vt instrumentis vtitur, contrahatur. Solet enim longa quæq; senectus vacillare fluereq;. Quinetiā has ætates Solon itidem, Atheniensium legislator, carminibus Elegiacis perpulchrè descripsit:

Primis septem annis, niueos puer edere dentes

Cœpat, dum tener est, membræque pube carent.

Quando alios septem Deus illi adiunxerit annos,

Puberis hinc æui signa reclusa patent.

Barba genas decorat, cum tertia creuerit ætas,

Mutatque rubens flore cadente color.

Quarta dabit vires, cum vir sit factus & almæ

Virtutis specimen præbeat ipse suæ.

Septem lustra virum vinclo sociare iugali

Suadent, & sobolem lege creare nouam.

Sexta ætate, viro vis mentis acumine pollet,

Nec facinus posthac vile patrare studet.

Septima si octauæ iungatur, linguæque, mēnsque,

Consilio hæc solers, illa loquendo viget.

Ad nouies septem valet vtraque: verum vbi clara

Res est cœpta geri, sermoque, mēnsque labat.

At decimi si quis cursum confecerit æui,

Tunc maturus erit mortis adire loca.

Solon igitur decem, septenariis prædictis vitā metitur humanam. Itēmq; Hippocrates medicus, septem ætates esse dicit: infantis, pueri, adolescentis, iuuenis, viri, senis, decrepiti. Hæcque

sept

septenariis terminatas esse. Quinetiam sic in sermone sequenti loquitur. In hominis natura septē sunt tempora, quas ætates nominat: infantis, pueri, adolescentis, & quæ sequuntur. Infans est vsq; ad annos septē, dum emittit dentes. Puer ad quatuordecim, dum semen in eo crescere incipit. Adolescens vsq; ad vigesimū primum, dum barbæ pubescit lanugo. Iuuenis vsque ad vigesimum octauū, dum totius corporis vires augetur. Vir ad vnde quinquaginta, nēpe ad septies septem. Senex ad quinquaginta sex, id est, ad septies octo. Decrepitus, quod inde reliquū est temporis, obtinet. Illud porrò dicitur ad propriā commendationē septenarij, vt pote permirum sanè ordinē in natura obrinentis, quod ex tribus & quatuor constat. Quod si quis tertium ab vnitatem duplicet, reperiet quadratū. Sin quartum, cubū: at si septimū, qui ex vtriusque constat, cubū simul & quadrarum. Tertius autem ab vnitatem in ratione dupla, quadratus est. Quartus verò cubus. Septimus, quatuor ad tria, cubus pariter & quadratus: ad eō vt numerus septenarius reuerā perfectus sit: quippe qui vtraque cōmonstret æqualitates: tū superficiē, quæ ex ternarij cognatione per quadratum, tum soliditatē per cubum, quæ ex cōuenientia cum quaternario oritur. Atq; ex ternario & quaternario cōstat septenarius: qui non modò perfectus, sed etiā, vt breuiter dicā, ad omnem concentū aptissimus, & pulcherrimæ descriptionis quodāmodo fons est: qui non solū omnes harmonias, siue quæ ex diatessaron, siue quæ ex diapente, siue quæ ex diapason conficiuntur, verum etiā omnes proportionēs, arithmeticā, geometricam, & harmonicā præterea continet. Figura autē quadrata constat ex his numeris, sex, octo, nouem, duodecim. Octo ad sex in ratione sesquitercia, harmonia est, quæ ex diatessaron nascitur. Nouē ad sex in sesquialtera, quæ est harmonia ex diapente. Duodecim ad sex in dupla, harmonia, quæ ex diapason. Habet præterea, vt dixi, omnes in se proportionēs: arithmeticam quidem ex sex, nouem & duodecim. Sicut enim medius numerus primum tribus superat, sic superatur à postremo. Geometricam autem, quæ ex diatessaron constat. Quam enim rationem habent octo ad sex, eandem duodecim ad nouem: proportio verò sesquitercia est. Harmonicam denique ex tribus, sex, octo, & duodecim. Harmonicæ proportionis duplex est diiudicatio, vna cum eandem habet rationem numerus ille, quo postremus superat medium, ad numerum, quo primus a medio superatur, quam postremus habet ad primum. Cuius

BB rei

rei argumentum evidentissimum ex numeris propositis, sex, octo, & duodecim, capi potest. Nam postremus ad primum duplus est: numerus rursus, qui superat, duplus: Duodecim enim octo superant, numero quatuor: octo autem sex, duobus. Quatuor ad duo, dupla, Altera autem est harmonica proportionis indagatio, cum medius numerus aequali parte superat extrema, & ab iisdem superatur. Octo enim, qui medius numerus est, superat primum tertia parte. Sublatis enim sex, restant duo, tertia pars primi. Superatur etiam medius à postremo æqualiter. Nam si à duodecim depra fuerint octo, reliqua fiunt quatuor, tertia pars postremi. Ista de dignitate, quã habet hæc descriptio, & figura quadrata, vel quocunque nomine appellare oporteat, necessariò dicta sint. Todidem septenarij formæ, ac plures etiam, in rebus corporis expertibus, mentèque sola comprehensis elucet. Eius porrò vis per vniuersam naturam sensu perceptam oculorum, ut cælum terramque, peruadit, atque ad extremas oras pertinet vniuersi. Quæ enim est particula earum rerum, quæ mundi ambitu continentur, quæ non sit cum septenario quasi necessitudine iuncta, eiùsque amore & desiderio perdomita? Verbi gratia: cælum septem circulis circundatum esse dicitur: quorum hæc sunt nomina: arcticus, antarcticus, tropicus æstiuus, brumalis, æquinoctialis, circulus zodiacus, lacteus etiam. Horizon enim, siue finiens circulus, affectio quædam est nostri aspectus, ut quisque acutiorem, aut tardio rem aciem habuerit oculorum. Nam sensu quasi præciso, interdum minore, interdum maiore ambitu circumscribitur. Errantes item stellæ, quas contra inerrantium & fixarum multitudo aduerso gradu nituntur, scitè septem distinguuntur ordinibus, & maximam vim affectionemque in aërem terramque imprimunt. Nam quatuor distincta anni tempora sigillatim vertere, infinitasque mutationes tranquillitate, serenitate, procellis, & ingenti ventorum violentia afferre solent. Flumina rursus augere minuerèque: campos replere stagnis, & contrà exciccare. Maris item conuersiones efficere, siue recedit, siue æstuat denuò. Interdum enim altum litus vastis abruptisque æstibus subruentibus repente fractum, sinum maris intromittit. Quod mare cum paulò post diffusum sit, pelagus efficit altissimum: illudque non paruis onerariis nauibus, sed iis, quæ res infinitas vehere possunt, transmittitur. Quinetiam res terrestres vniuersas,

anim

animalia rursus, & plantas fructus ex se progignentes, augent & perficiunt: naturamque cuiusque perpetuare moliuntur, ut noua pro veteribus ad cumulata plenamque hominum egentium subsidia floreat vigeantque. Præterea visa maior (quam nautarum ducem esse dicunt) ex septem stellis constat, in quam gubernatores intuentes, infinitas in mari vias secant: rem planè incredibilem, & maiorem, quam cui fidem adhibere possit humana mens, aggressi. Nam ex astrorum, quæ dixi, coniectura, regiones, quæ antea erant ignotæ, reppererunt; qui continentem incolebant, insulas: qui habitabant in insulis, continentem inuenerunt. Oportebat enim adiumento cæli, quod natura purissimum est, terræ pariter & maris recessus humano generi, ut animali Deo charo, patefieri. Septem astris præterea completur vergiliarum chorus: quarum ortus & occasus, causæ existunt rerum omnibus admodum salutarium. Nam cum occidunt, sulci sciuntur ad satus accipiendos. Cum iam sunt orituræ, messem denunciant. Cum denique ortæ, agricolas ad res necessarias, & quidè letis animis percipiendas excitat. Hi verò ad quotidianam vitæ usum lubètes reponunt alimenta. Sol itè, qui diei præest, gemina æquinoctia, vernum & autumnale, quotannis cõficiens, vernum quidè in arietate, autumnale autè in libra, evidentissimum planè argumentum dat diuinæ illius excellentiæ, quæ in numero septenario sita est. Vtrumque enim æquinoctium septimo mense fit: in quibus quidè, lege edictum est, ut festa agamus maxima celeberrimamque. Siquidè, utroque tempore, ea, quæ è terra gignuntur, maturata pubescunt: verè, tritici, & cæterorum satorum: autumno vitis, & aliarum plurimarum stirpium fructus, qui durioribus integumentis inuoluuntur. Ac quoniam res terrestres ex cælestibus cognatione quadam naturali pendet, numeri septenarij ratio in sublimi exorsa, ad nos delapsa est, inque rerum caducarum ortum impressit vestigia. Exempli gratia: ea animi nostri pars mente principatum obtinente carens, septuplici ratione diuiditur, ut ad quinque sensus, ad instrumentum, quo vocè edimus, & ad id denique, quod procreandi vim continet, pateat. Quæ quidè omnia non aliter atque ligneolæ hominum figuræ ad spectatores in admirationem traducendos compositæ, perque nervos quosdam ab eo, qui illis præest, agitatae, interdum quiescunt: interdum aptis quibusdam formis & motionibus sigillatim cientur. Si quis etiam corporis partes, tum interiores, tum exteriores pari ratione indagare voluerit, in utroque genere itidem septem reperiet. Quæ igitur in

BB ij apert

aperto cernuntur & extrinsecus eminent, sunt hæ: caput, pectus, venter, geminæ manus, gressusque gemini. Quæ verò intus sunt, quæque intestina dicuntur, sunt, stomachus, cor, pulmo, lien, iecur, renes duo. Rursus caput, quod in animali facile principem locum tenet, rebus septem apprimè necessariis vitur: duobus oculis, auribus totidem, fistulis narium duabus, & ore, quod septimum est: per quod, ut ait Plato, & rerum mortalium introitus fit, & egressus immortalium. Nam esculenta & poculenta introeunt, mortalis corporis mortalia & caduca alimenta: egrediuntur autem sermones ex immortali animo immortales: leges nimirum, quibus vita hominum gubernatur. Quæ porro visu (qui sensuum præstantissimus est) diiudicantur, illa eundem numerum generatim complectuntur. Septem enim sunt, quæ sub sensum oculorum cadunt: corpus, intervalum, figura, magnitudo, color, motus, status: atque aliud præterea nihil. Sunt item vocis mutationes omnes numero septem: acuta, grauis, circumflexa, aspera quarta, quinta tenuis, longa sexta & septima brevis. Quinetiam & motus septem existunt: sursum deorsum, ad dextram ad læuam, antè ponè, & ille, qui in orbem conficitur motus: quos quidem maximè declarant hi, qui saltatione vtuntur. Ferunt præterea excrementa, quæ ex corpore eiciuntur, ad numerum, quem diximus, redigi. Nam per oculos funduntur lachrymæ: per nares verò, sordes ex capite defluentes, per os saliuæ, quæ expuuntur. Sunt etiam duplices quasi ductus, per quos cibi & porionis excrementa elabuuntur: alter in anteriore corporis parte, alter à tergo situs. Sextum genus excrementorum, est ille in sudore profusus humor: qui quidem per vniuersum corpus permanat. Est denique seminis per genitales partes effusio, quæ est vel maximè naturalis. Rursus mēstrua maxima ex parte ad dies septem mulieribus adsunt. Et infantes, qui in vtero sunt ad septem mensium spatium solum conclusi, viui in lucem edi solent, adeò vt res quædam admiratione sanè dignissima inde videatur accidere. Nam qui ad septimum mensem eduntur, etiam apti sunt ad procreandū, cum illi, qui ad octauum, viui edi omnino nequeant. Septimo porro die discernuntur graues corporum morbi, idque maximè cum febres continuæ ex inæquabili facultatum, quæ in nobis insunt, temperatione, vnà nos inuaserint. Nam hic dies de certamine, quod de vita suscipitur, iudicium facit, illis quidem salutis, his verò mortis sententiam ferens. Atque huius numeri vis,

non

non modò ad has res, quas cōmemorauit, verumetiam ad præstantissimas scientias, vtpote Grammaticam, & Muticam peruatit. Lyra enim ex septem chordis constans, proportionemque ac similitudinem concentus illius, qui in septem planetarū motu cernitur, præ se ferens, præclaros harmoniæ modos efficit: quandoquidem totius musicæ, quæ instrumentis constat, magistra penè & dux est. Ex grammaticæ etiam elementis, quæ vocales appellantur, sunt reuera septem. Siquidem earum vi vox edi videtur, & cum sint aliis literis adiunctæ, voces articulatas conficiunt. Nam suppleunt id, quod in semiuocalibus deficit, vocésque integras ac perfectas constituunt. Literarum item, quæ mutæ dicuntur, conuertunt commutantque naturas, suamque ipsorum vim in illis inserunt, adeò vt quæ voce exprimi nequeunt, planè exprimantur. Quapropter homines ab initio, vtpote sapiētia præstantes cum nomina literis cōsignarent, videtur mihi numerū septē ἀπὸ τῶ περι ἀντὶ σεβασμῶ, ἢ τῆς προσούσης σεμνότητος, i. à veneratione, & grauitate, quæ est ei accommodata, nuncupauisse. Latini autē, litera, s, adiecta, quæ apud Græcos in hac voce ἐπὶ ἀ desideratur, multò planius eius vim explicant, cum septem nominent ἀπὸ τῶ σεμνῶ, καὶ σεβασμῶ, quæ grauitatem & venerationem, vti diximus, significant. Ista, & alia plura de septenario numero dicuntur, sapienterque disputantur. Quorum gratia, summum in natura honorem adeptus est: atque tum à Græcis, tum à Barbaris, qui in mathematicas disciplinas operam & studium conferunt, magno opere colitur. A Moyse etiam verè amore virtutis, est planè per magno æstimatus: qui quidē eius pulchritudinem in sacratissimis legum tabulis descripsit, inque eorum omnium mentibus, qui ipsius subiciebantur imperio, per sex dies insculpsit: præcipiens, vt septimum sacrū celebrarent, seq; ab aliis operibus, quæ ad res vitæ necessarias conquirendas parandasque spectant, omnino continerent, inque vnū sapientiæ studium diligenter incumbere: quò & mores fierent probiores, & facinora ea coercerentur, quæ cōscientiæ quasi trutina solet arguere. Quæ quidem in cuiusque animo, tanquam iudex, collocata, non veretur reprehensione vti, interdum grauiores acriorésque minas, interdum leuiore moderatiorésque admonitiones adhibens. In hos quidem, quos dedita opera restitisse putaritur, minis: in illos autem, qui propter inconsultam temeritatem aliquid culpæ inuiri admiserint, admonitionibus vitur, ne postea in eiusmodi vitium delabantur.

BB iij Iam

Iam vero Moyses, dum de mundi fabricatione perorare instituit, ista summatim complectitur. [Hic est liber generationis cæli & terræ, quando facta sunt, quo die fecit Deus cælum & terram, & omne, quod viret in agro, antequam nasceretur in terra, & omnem herbam agri, priusquam oriretur.] An non species illas expertes corporis, & mente solum comprehensas, quæ rerum creandarum sub sensum cadentium notæ & effigies sunt, perspicue ante oculos ponit? Nam ait illam ipsam viriditatem antè in rerum natura exitisse, quàm terra viret: & herbam prius fuisse, quàm in agro oriretur, non tamen oculis subiectam illam quidem: imò verò intelligendū est aliarum rerum singularum, quas sensus discernunt diiudicantq; , tum species, tum modos (ad quorum similitudines ea, quæ generata procreataq; sunt, exprimuntur) antea exitisse. Etenim licet Moyses non singula quidem separatim, sed simul vniuersa, breuitatis, si quisquam alius, sedulo rationem ducens, oratione percurrerit, nihilominus tamē pauca illa exempla, quæ ab eo commemorata sunt, rerum vniuersarum naturam attingunt: quæ quidem natura absq; exemplari corporis, experte, nihil eorum, quæ sensu percipiuntur, absoluit perficitque. Porro autem via & ratione progrediens, & ordinem ad ea, quæ antegressa sunt, accuratè instituens, deinceps ait: [Fons egressus est è terra, & rigauit vniuersam faciem illius.] Alij quidem philosophi aquam vniuersam, vnum ex quatuor elementis, ex quibus mundus conditus est & constructus, asserunt esse: at Moyses, qui exquisitiore acutiorque oculorum acie ea, quæ longiore intervallo interiecto absunt, peruidere & comprehendere consueuerat, mare vastum, vnum elementum statuit, quartamque partem vniuersi: quam, qui eum secuti sunt, Oceanum nuncupantes, maria, quæ apud nos transmitti poterunt, portuum solum obtinere locum existimarunt. Moyses autem dulcem aquam & aptam ad bibendum distinxit secreuitque à marina, eamq; terræ attribuit, & partem huius, non illius esse censuit: idq; ob eam causam, quæ est antea explicata, nimirum vt dulci qualitate eam, instar glutini, in vnum coagmentante, firmè, tanquam vinculo constringeretur. Nam arida terra, cum humore, qui neuriquam, vt solet, per multiplices illius meatus permanat & funditur, destituta sit, tametsi ob hanc causam dehiscat illa quidem, tamen partim spiritus eam coarctantis facultate, partim vi vaporis (qui quidem eam exarescere non sinit, & in frustra minuta magnaue comminui) con-

tur,

tur, & manet. Atque hæc vna quidem causa est. Est etiam altera nobis explicanda, quæ veritatem, velut scopum sibi proponit ad intueudum. Nulla res terrestris & concreta solet absque humida natura constare. Indicant illud quidem mandata corporibus semina, quæ aut humida sunt, vt animalium, aut non sine humore germinant ex se fundunt: cuius generis sunt plantarum semina. Ex quo perspicuum est, naturam illam humidam, quam diximus, terræ omnia parientis particulam esse necessario: nec dissimilem huius rationem esse illius, quæ in menstruis, quibus afficiuntur mulieres, cernitur. Illa enim dicuntur, idque à peritissimis in naturæ explicatione viris, corporea infantium esse substantia: Neque quod iam dicemus, videtur ab his, quæ diximus, vlla ex parte discrepare. Natura singulis matribus vbera lacte redundantia, tanquam partem corpori apprimè necessariam dedit, eique quod foret procreatum, preparauit alimenta. Mater, vt videtur, etiam terra est: & propterea primis hominibus visum est, eam *Δημητραν*, id est, Cererem appellare. *μητρὸς καὶ γῆς*, id est matris & terræ nominibus cōiunctis. Neq; enim terra mulier, vt est apud Platonem, sed mulier terram imitata est: quæ quidem poetarum genus *παμήτορα*, & *καρποφόρον*, & *πανδώραν*, hoc est omnium matrem, fructuum procreatricem, & munus omnium Deorum, siue omnia largientem scite nominare consuevit: quando quidem causa est, vt quæq; animalia simul & plantæ tum orientur, tum orta, in suo statu permanent. Non sine causa igitur terræ, quæ est omnium matrum & antiquissima & feracissima, amnium & fontium fluentia, veluti mammæ natura tribuit, vt & plantæ irrigentur, & quæq; animalia satis magnam copiam portionis habeant. Post hæc, ait, [Deum, sumpto è terra puluere, hominem formasse, inspirasseq; in faciem eius spiraculum vitæ.] Ex quo ostendit apertissimè, per magnam differentiã esse inter hominem, qui est iam formatus, & illum, qui ad imaginem Dei antea factus erat. Nam qui iam effectus est, sensibus subiicitur, & qualitatis sit particeps, ex corpore & animo conflatus, vir seu mulier natura mortalis. Ille ad imaginem Dei figuratus, species quædam est, vel genus, vel sigillum mente cōprehensum, corpore vacans: qui vt nec mas sit, nec formina, natura quidem certè est immortalis. Hominis autem singularis & sub sensum cadentis fabricam ex terrena essentia, & spiritu diuino constare affirmat. Nam corpus factum esse ab opifice puluerem è terra sumente, & formam hominis ex eo

BB iiii

effingente: animum autem à nulla re generata concretave omnino ortum illum quidem, sed ex patre & duce vniuersitatis creatum esse vult. Etenim quod inspirauit, nihil aliud erat, quam diuinus & sacer spiritus, qui ex beata illa & felici natura hinc ad generis nostri vtilitatem tanquam coloniam deduxit: adeo ut quamuis hac parte, quæ oculis cernitur, homo mortalis sit, illa tamen, quæ oculorum effugit obtutum, immortalis & æternus. Quocirca proprie & significanter dixerit aliquis, hominem inter naturam mortalem & immortalem quasi medium interiectum: tantumque vtriusque, quantum necesse est, in se complectentem, mortalem pariter fieri & immortalem: mortalem corpore, mente autem immortalem. Primus ille homo è terra editus, nostri generis autor & dux, vtraque re, & corpore & animo mihi videtur fuisse facile præstantissimus, & longo quodam interuallo propter vtriusque excellentiam posteros suos à tergo reliquisse. Nam iste re quidem & veritate cum formæ pulchritudine, tum commendatione probitatis præstitit. De corporis pulchritudine, ex tribus rebus coniecturam quis facere potuerit. Quarum prima hæc est. Cum terra iam recens condita esset, propter affluentem exuberantemque aquam segregatam (quod mare appellatum est) contrigit, ut materia rerum procreatarum non concreta, copulata, aut mixta, sed simplex, sincera & pura existeret. Ex quo factum est, ut res ab ea generata ortæque, propter perfectionem, in nullam possent omnino reprehensionem incurrere. Altera est, quod Deo, cum istam hominis figuram & effigiem summo studio ac diligentia vellet formare, visum erat, non ex vili abiectave terræ particula, sed ea, quæ optima erat, selecta, ex pura materia purissimum puluerem, & summa industria perpurgatum, (qui quidem esset ad opus fabricandum aptissimus) sumere acciperetque. Est enim ab eo architecturam quoddam quasi domicilium, siue templum augustum animi rationis participis: quem quidem, utpote speciem omnium longè diuinitissimam, templum illud quasi quandam imaginem in se contineret. Tertia est, quæ cum his, quas supra posuimus, ne comparari quidem poterit: architectum nimirum cum cæteris rebus omnibus, tum scientia maximè excelluisse: adeo ut singula corporis membra separatim per se, non modò numeros haberent conuenientes, verum etiam apto & exquisito artificio ad communionem conspirationemque vniuersi perpolirentur. Quintam aptam carnis compositionem æquabili admodum effinxit

temp

temperacione. & coloris pulchritudinem bonitatemque tanquam flosculis quibusdam variauit: eo sanè consilio, ut primus homo, quoad fieri poterat, forma & pulchritudine præstantissimus videretur. Quod autem animo etiã præ cæteris excelluerit, perspicuum est. Nam Deus in eo fabricando, nullo exemplari rerum ortum habentium, sed solo suo ipsius verbo, ut dixi, videtur usus fuisse. Quapropter ait Moyses, hunc hominem, qui in facie, in qua sensus resident, erat inspiratus, quasi imaginem & effigiem Dei extitisse. Sensibus verò corpus animauit opifex ille, rationemque ut reginam illis præfecit, atque menti eos tanquam satellites ac stipatores tradidit, quò eorum vi facilius non modo colorum & sonorum, verum etiam saporum, odorum, & similiarum rerum species perciperet: quas quidem absque sensu, ipsa per se solum comprehendere non poterat. Ac necesse fuit præclarissimi exemplaris præclarissimam esse effigiem. Atque Dei sermo, qui pulchritudinem eam, quæ in natura sita est, suo splendore longè superat, quamuis pulchritudine in sensum incurrente minimè sit ipse illustratus (si verum dicendum sit) ornatus ille, qui ipsi menti maximo solet esse ornamento. Primus igitur homo, & corpore, & animo mihi videtur talis planè fuisse, qualis non huius ætatis hominibus solum, sed omnibus etiã, qui antecesserunt, formæ dignitate excelluerit. Nam noster ortus ab hominibus profectus est: hunc autem, Deus fabricauit. Ac quò plus habet excellentiæ, qui procreat, hoc magis præstat, quod procreatum est. Quemadmodum enim quod semper viget florè que illi, quod de statu suo recedit, antecellit, siue animal illud sit, siue planta, siue fructus, siue aliud quippiam eorum, quæ in natura sunt posita: ita homo, qui primus formatus est, videtur totius nostri generis, veluti flos extitisse. Posterius eius deinceps nequam pari ratione viguerunt: quippe cum illi, qui singularum ætatum serie succrescebant, tum forma, tum viribus indies facti essent inferiores. Quod etiã in arte fingendi pingendique contingere animaduerti. Nam & formæ adumbratæ à primis exemplaribus discrepant, & quæ ad adumbratas, siue pinguntur, siue finguntur, multò magis utpote quæ absunt longius à primo. Non dissimile quiddam in magnete lapide usu venire cernitur. Etenim ex anulis ferreis, is qui magnetem attingit, tenetur firmissimè: at qui ad attingentem proximè ponitur, minus hæret. Tertius item ex secundo, quartus ex tertio, & ex quarto quintus pender: alij denique ex aliis, longo ordine, vna attrahen-

BBV di vi

di vi continetur: at non eodē modo. Nā qui longē à primo suspensū haret, magis laxantur propter attrahēdi vim, quæ sit remissior, nec amplius parem cōstringendi facultatē retinet. Simile quiddā in hominū genere videtur accidisse: quippe qui singulis ætatibus vires qualitatēsq; tum corporis, tum animi minus valentes assequantur. Ducem quidē illū, si non modò primum hominē, sed etiam solū mundi ciuem dixerimus, sumus planē dicturi verissimē. Nam mundus, cum nullū adhuc esset ædificium manuū artificio ex lapidea ligneave materia constructum, & domiciliū fuit, & ciuitas: in qua non aliter, atque in patria, omnino securus extraque metum positus, vitam degēbat: utpote qui rerum cum terrestriū, tum aliarum omniū, quæ mortales & caducæ sunt, imperio dignatus esset: quæ certē & eum admiratæ sunt, & illi, ut domino, obsequi vel natura edoctæ sunt, vel vi coactæ: ipsēque in lætitia, quæ pacis comes est, vixit tam à tumultu belli, quàm à vitiositatis labe vacuus. Et quoniam omnis ciuitas præclaris legibus temperata, reipub. formam habet, necessariò efficitur, ut qui totius orbis ciuis sit, ea reip. forma utatur, quæ sit cum vniuerso communis. Atque illa quidem nihil aliud est, quàm recta naturæ ratio: quæ appellatione magis propria *θεομοσία* dicitur, cum sit diuina lex: quæ quidem ea quæ singulis apta sunt & couenientia, ex æquo tribuuntur: Huius item ciuitatis & reip. ante hominis ortum ciues quidā erant necessariò, qui *μεγαλοπολίται*, id est principes ciues, vel primarij nō sine causa appellari possint: qui quidē & maximū cæli ambitū obtinuerunt ad incolendū, & in maximā perfectissimāq; reip. ciues ascripti fuerūt. At quīnā alij fuere hi, quàm naturæ illæ diuinæ ac rationis participes? Quæ quidem partim corpore vacant, suntq; mente solū comprehensæ, partim corporis mole circumseptæ. Cuius generis sunt sidera. Quibuscū dum versabatur homo, vitamq; traducebat, non immeritò dicatur in summa felicitate vixisse. Ac cū esset cognatione & generis propinquitate cum ipso omnium duce coniunctus, utpote diuino spiritu in eius animū abundanter influente, omnia dicere facerēque toto animo connitebatur, quò patri ac regi placeret, easdemque cum illo vias (quas quidem ut regias, virtutes ipsæ tranant) iisdem persequeretur vestigiis: in quibus quidem viis, solis animis, qui similitudinem eam proximè ad Dei patris effigiem accedentē, summum bonum arbitrantur, datur facultas insistendi. Quocirca hominis primo
in luc

in lucem editi pulchritudo, quæ in vtroq; & corpore, & animo elucebat, licet multò indifertius, quàm rei veritas postulat, pro nostra tamen virili parte, quoad fieri poterat, à nobis explicata est. Posteror autē, qui sunt formæ illius facti participes, necesse fuit notas quasdā cognationis, quæ ipsis cū patre intercedit, tãtē obscuras eas quidē, adhuc tamē retinere. Verū quæ tandē est illa cognatio? Homo quisq; propter mētis excellentiā est cū verbo diuino necessitudinis vinculo copulatus: quippe cū sit beatæ illius naturæ vel effigies, vel dirempta ex ea particula, vel splendor deniq; inde effusus. Propter corporis autē constitutionem, est cum omni mundo cōmunionem quadam cōiunctus. Nam ex iisdem rebus conflatur, terra, aqua, aër & igne: singulæque elementa aptā couenientemque particulā suppeditant ad expletionem illius materiæ, quæ est sua vi cumulatè perfecta: quàm quidem sumere oportebat opificem, ut hanc imaginē sub aspectum venientē artificiosè effingeret. His accedit, quòd loca suæ naturæ aptissima cōiunctissimāq; incolat, ea subinde commutans, aliāq; aliās subiēs: ut verissimè dixeris, hominē esse, terrestrem, aquatilē, volucrē, cælestē. Quatenus enim habitat incenditq; in terra, eatenus terrestre animal est: quatenus autē subit aquas, natat, & nō rarò nauigat, eatenus aquatile. Cuius rei certissimo argumēto sunt mercatores, naucleri, purpurarū piscatores, & quotquot in ostreis reliquisq; pisciū generibus capiendis operā suā locāt. Quatenus verò corpore è terra in sublime ascendēs, pēdet, eatenus nō sine causa aërē tranās dicatur. Quinetiā cælestē eum nominare potueris: quando quidē acie oculorū principē locū in sensibus obtinentiū, ad solem, lunā, singulæque sidera cum errantia, tum fixa penetrat. Perpulchrè prætereà facultatem nominū rebus imponendorū (quod planē sapientiæ & regalis cuiusdam procurationis munus fuit) primo homini tribuit Deus. Is autem homo sapientia præditus, sua natura ac vi, per gratiam Dei scientiarū & doctrinæ notitia instructus imbutusque fuit, & prætereà rex. Atq; principi erat planē consentaneum, singulas res sibi subiectas suis appellare nominibus. Quinetiā in primo isto homine erat ut verissimile est, eximia quædam vis principatus: quem cum Deus accuratè formasset, tametsi secundas à seipso ei deferebat, aliis tamen rebus vniuersis ducem & imperatorem præfecit. Quandoquidem & hi, qui multis post seculis orti sunt, cum iam humanum genus sit propter longa temporum curricula admodum extenuatum,
nihil

nihilominus tamen ad animalium rationis expertiū dominatum tenent, velut lampada imperij & principatus à primo illo aditam custodientes. Ait igitur Moyses, [Deum omnia animalia ad hominē illū adduxisse:] scire cupientē, quæ quibusq; rebus nomina esset impositurus: non quod ambigere: (nihil enim Deo obscurū & incognitum) sed quod iam cum in mortali corpore naturā eam, quæ est rationis particeps, quod ipse culpa vacaret, sua sponte mobilem effecisset, velut is, qui rem exploratē cognitā habebat, periculiū fecit, cum habitū illū in animo inclusum cōmouendo, tum sua præterea ad eum opera aduocando, vt appellationes non improprias parūmq; accommodatas, sed eas, quæ rerum subiectarū proprietates appositē admodum exprimerēt, pro suo arbitratu singulis tribueret. Nam cum natura rationis compos, adhuc sincera simplēxq; in animo consisteret, atq; adeo nullus morbus, nullāve ægritudo, aut perturbatio in eam irrepisset, sed visis & notionibus corporū, rerūque aliarū sincerissimis vteretur, nomina res ipsas aptissimē significantia fabricatus est, atq; res, quæ significatæ erāt, quā accuratissimē considerauit, vt naturæ illarū non modō verbis expressæ, sed etiā comprehensæ cogitatione viderentur. Itaq; omnibus rebus præclaris ita excelluit, vt putaretur ad vltimum humanæ felicitatis peruenisse. Verū cum nihil eorum, quæ ortum habēt, constans & stabile sit, sed quæ mortalia & caduca sunt, conuersiones in se mutationesque excipiant necessariō, oportebat etiā primum hominem aliquam vitiositatis labem contrahere. Atque certē vitæ illius culpæ maculis aspersæ mulier principii & causa exitit. Nam tantisper, dum vnus ac solus erat, ipsius ortus ratione, mundi & Dei similitudinem præ se tulit: atq; adeo formas naturæ vtriusq;, non omnes illas quidem, sed eas, quas mortalis creatura capere poterat, in animo impressas habuit. At vbi mulier erat fabricata, cum germanam speciem, & formā sibi cognatam cerneret, è spectaculo non parum cepit voluptatis: & accedens propius, eam complexus est. Illa verò, nullū animal sui similius eo animaduertens, lætatur, & vetecundē ac reuerenter illū ex aduerso compellat. Amor quidē innatus, tanquam duas vnus animalis particulas disunctas in vnā coagmentauit, & coniunctionis inter ipsos cupiditatem ad sui simile procreandum, in vtroque inseuit. Ista cupiditas, corporis etiā genuit voluptatē, quæ est caput & fons iniustitiæ ac sceleris cuiusque contra leges admissi. Cuius inui-

tamentis

tamentis impulsū, immortalem & beatam vitam cum mortali & infœlici commutarunt. Dicitur perior, muliere nondum formata, sed viro vitā adhuc solitariam degente, paradysum, siue hortum voluptatis à Deo fuisse plantatū, his hortis, qui apud nos sunt admodum dissimilē. Nam horum quidē materia est inanima, referta arboribus cuiusq; generis: quarum aliæ semper florent ad perpetuā aspectus oblectationē: aliæ verno tempore pubescunt, germina fundunt, & fructum partim mansuetum hominibus proferunt non solū ad vsum victui necessariū, sed etiam ad inanem vitæ mollitiæ diffuentis voluptatem: partim agrestem, qui est belluis ad necessitatē tributus. Verū in paradiso illo diuino, omnes plantæ certē fuerunt animæ & rationis participes: quæ quidem fructum, nempe virtutes, & immortalem intelligentiam, atque adeo solertiam, qua turpia honestaque internoscuntur, vitam etiam morbo carentem, immortalitatem, & si quæ alia sunt his similia, efferebant. Ista mihi quidem certē videntur esse per comparisonem potius & similitudinem, quā propriē disputata. Nam arbores vitæ, aut intelligentiæ, neque antea natæ sunt, neque verisimile est fore, vt postea denuo in lucem edantur: sed, meo quidem iudicio, per paradysum, eam animi partem, quæ principatū tenet, quæque est infinitis cuiusq; modi opinionibus, tanquam plantis, referta, significare voluit: ac per arborem vitæ, pietatem omnium virtutem præstantissimam, qua animus efficitur immortalis: per scientiam autem boni & mali, prudentiam quasi mediā inter vtrumque interpositam: qua quidem ea, quæ natura sunt contraria, diiudicantur. His igitur terminis in animo constitutis, Deus, non aliter ac iudex, accuratē obseruabat, vtram in partem sese flecteret inclinarētque. Ac postquam animaduertebat illum ad nefariam versuriam, sanctimonia pietatēque, quibus ad immortalitatem contenditur, neglectis, propendere, eum, vt æquum erat, citauit: eiecit è paradiso, illique nefaria scelera, quæ nulla medicina, aut curatione sanari poterant, consciscenti, nullam omnino spem reliquit illuc in posterum reuertendi: quandoquidē fraudis illa causa & origo non mediocriter erat reprehendenda: quam quidem non est consentaneum silentio præterire. Dicitur quidem serpentem, qui animal venenatum, terrestre, humique repens est, hominis vocem olim emisisse: & accedentem quodam tempore ad mulierem, quæ primo homini iam edito data erat, eam tarditatis & nimix religionis pro-

pterea

pterea in simulasse, quod morā faceret, ampliūsq; differret fructum illū carpere: qui quidē vti perpulcher erat ad aspectū, ita profectō ad vsum hominū incundissimus, atq; prætereā vtilissimus: quo quidē bona malāque posset planē internoscere. Eam verò præ imbecillo & instabili animo, nulla deliberatione adhibita, consiliū approbasse, comedisse de fructu, & viro imperituisse. Quæ res vna utrosq; de improviso ex morū innocētia & integritate ad vitiosam malitiā traduxit. Vnde patrem iracundissimū (facinus enim meritorē bilem mouebat) simul ac vitæ immortalis plantā, virtutis scilicet perfectionē (cuius adiumentis vitam perennē potuissent & beatā adipisci) penitus deseruerant, & diurnā ac mortālē non vitā, sed tempus miseræ plenū, sibi delegerant, debita cōtra illos supplicia cōstituisse. Atq; ista quidem sunt, non cōmenta fabularū, quibus poetarū genus sese oblectat, sed perspicuæ figurarū notæ, quæ, per expressas notionum in ipsis rebus inclusarū effigies nos ad explicationē allegoricā vocant. Aliquis igitur probabilē coniecturā sequens, dixerit, idq; appositē, serpentē, quem diximus, voluptatis speciem præ se ferre: propterea quod primò quidem pedibus vacet, pronus, ventriq; innixus incedat: secundò, quod terrę glebis pro cibo vtatur: tertio, quod venenū, quo eos, qui morfu icti sunt, interimere solet, dentibus gerat. Nulla istarū rerum, quas cōmemorauimus, abest ab homine voluptario. Nam is intemperantia, quæ illū agit præcipitē supplantatq;, onustus atque depressus, vix caput erigit. Victitat autē non cælesti alimento (quod sapientia his, qui se totos rerū contemplationi dederunt, cum sermone, tum præceptis suppeditat) sed eo, quod quotannis, statim tēporibus, ē terra editur: ex quo nascuntur vinolentiæ, commestationes, ingurgitationes, quæ ventris dilatant cupiditates, & in omnes partes diffundunt: easq; quasi constrictas deducunt ad ventris abdomini inseruiendū. Adaugent etiam & dilatant vtrius ac gulæ furores. Laboribus enim coquorū, qui & sunt industrij, & in re culinaria exquisiti, auidē inhiant. Quinetiā hic voluptatis consecretor, circum opipararū & suauium deliciarū nidore caput ducens, turpitudinis particeps esse expetit: & cum mensam aspiciat exquisitis dapibus structā, se totū eō accommodans, in ea, quæ sunt accuratē apparata, effusē & intemperanter fertur, omnibusq; acruatim exaturari obnixē cōtendit. Denique nō alium finē sibi proponit, quàm vt ex opiparis illis & exquisitē conditis cibariis nihil omnino relinquatur. Vnde non

minus

minus quàm serpens, dentibus venenū gerit. Isti enim sunt infatigabiles cupiditatis ministri, qui cum res quasq; ad edendum accommodatas minutatim sciderint extenuarintq;, primū eas linguæ tradunt, quæ de illorū sapore iudiciū faciat: deinde stomacho, cui cibis immoderatus est sua natura instar mortis, & veneni: quando quidē conuocari non potest, cum plus cibi, idq; abundanter, antē demittatur in stomachū, quàm illud, quod in stomacho residet, extenuatum sit & consecretū. Dicitur porrò serpens olim vocem humanam edidisse, propterea quod voluptas infinitis propugnatoribus & quasi antesignanis, qui illius curam suscipiebant, vsa est, qui quidē docere non verebantur, omnium rerum imperium, tam humilium, quàm præclarum, nulla omnino excepta, ex eius nutu pendere. Item primos maris cum fœmina congressus, voluptatem in se continere: procreaciones etiam & ortus per eam fieri, & quæ procreata sunt, nulli rei se prius solere adiungere, quàm voluptati: ea quidem se oblectare, dolorem contrā egrē ferre. Ac propterea infantem, simul ac editus est, plorare, frigore, vt verisimile est, circumfuso discruciatum. Nam ex calidissimo ardentissimoque maris loco (in quo ad longinquum tempus vixerit) in aërem frigidum, insolentemque locum subito egressum, dolore percelli. Ploratu autem angoris & molestiæ in perferendo dolore specimen dare planē euidentissimum. Aiunt etiam omne animal ad voluptatem, tanquam ad rem maximē necessariam naturæque aptissimam contendere: hominē autem vel maximē. Nam alia animantia sola hac voluptate, quæ in gustu & membris ad procreandum datis insidet, capi. At hominem eas res consecretari, quæ per alios sensus influunt in animum: vt spectacula, & sonorum varietates, quæ aures oculosque oblectant: Commemorantur etiam alia permulta ad huius perturbationis commendationem: quod sit animalium generi accommodatissima & cognata maximē. Cæterum his, quæ iam exposita sunt, quorum gratia serpens hominis vocē videbatur emisisse, exempli loco contenti sumus. Quare mihi videtur Moyses in legibus sigillatim sancitis, in quibus de animalibus, quæ edenda, quæ ve contrā, scripsit, ophiomachum (ita enim appellatur) cum primis laudasse. Est animalis genus, quod humi serpit, habens crura retrò longiora, quibus à terra salire solet, & in sublime perinde se tollere, atque locustarum genus. Ophiomachus iste nō aliud esse mihi videtur, quàm continen-

cia

ria per similitudinem notata, quæ continuam pugnam bellumque perpetuum intemperatiæ & voluptati indicit: Cōtinentia enim frugalitatem, rationē victus paucis contentā, & quantū ad vitā necessarium est, nobis proponit: quam rem vitæ genere severo illo quidem & graui egregiè excolit. Voluptas autē curiosum viuendi genus suggerit & nimis exquisitū: quod certè efficit, vt tum animus, tum corpus mollitiē ac delicias aucupetur. In quibus prudētes dum versantur, vitā morte ipsa longè acerbiorē se ducere putāt. Iam verò voluptas suas præstigijs & fraudes viro non audebat ipsa quidē proponere, sed mulieri, & per eam illi: idque appositè admodū & accommodatè. Nam in nobis, mens viri, sensus mulieris rationē ac speciem habet. Voluptas autē primū in sensum familiaritatē se & consuetudinem insinuat, per quos mentem principē impellit in fraudē. Postquā enim singuli sensus illecebris ab ea propositis sunt oblectati, in seruitutē abducuntur: colorū & figurarū varietate visus, auditus dulci sonorū concentu, ciborū suauitate gustus, odoratus denique iucundo vaporū ex aromatis incensis efflatorum halitu. Quæ quidē munera cū exceperint, ancillarum more, domine rationi offerunt: *πισθω*, id est, suadā aduocatā adducūt, ne vllum ex oblatiis muneribus repudiet. Illa statim blanditijs inescata, pro principe, fit subiecta: pro domina, serua: pro ciue exul, pro immortalī, mortalis. Ad summam, ne illud quidē nos præterire debet, voluptatem, quasi scortū ac meretricē, primū magna incendi cupiditate amatore aliquo potiundi: deinde lenones conquirere, quorū arte, tanquā hamo illū capiat. Sensus igitur eius rogatu lenonū munere fungi, amorē illi conciliare. Quos cū blanditijs pellexerit, mentē faciliē seruitutis iugo subiicere. Ad quam, quæ extrā cernuntur, intrò conuehere: formas cuiusque rei commostrare ostenderēque, ac similem imprimere affectionem. Nam mens instar ceræ, excipit per sensus visa, quibus corpora comprehendit, cū sua ipsius vi, vt supra dixi, non possit. Verū qui primū graui illi & propē insanabili perturbationi inseruirent, mercedem voluptati debitam ex templo receperunt. Mulier enim sustinet acerbos in pariendo cruciatus: in reliqua vita, præter libertatem sibi ereptā, & viri, quicum viuit, in ipsam dominatum (cuius mandatis parere debet necessariò) dolores prætereā, alium ex alio, & maximè quidem in liberis procreatis, dum aluntur, dum egrotāt, dum conualescunt, dum fruuntur rebus secundis, dum in aduersas incidunt,

dunt, perpeti cogitur. Vir etiam labores vicissim, afflictationes & continuos ex rebus necessarijs parandis sudores subit, ac non solum bonorum sua sponte affluentium priuationem (quæ quidē terra absque arte agricolarum efferre didicisset) sed laborum etiam intolerabilium susceptionem ad victū & alimenta conquirenda, ne fame conficiatur, tolerat. Arbitror enim quod, quemadmodum sol & luna semel inssi, idque simul cum ortu vniuersi, lucem perpetuò fundunt, diuinūque præceptum obseruant, non alterius rei gratia, quàm quod vitiositas longè è cæli oris relegata sit, ita terra opima & fertilis absque agricolarū arte & industria, magnam rerum vbertatem, statis anni temporibus, produxit. Verū cum vitium inciperet virtutes proffigare, iam tum erant perennēs diuinæ beneficentiæ fontes obstructi, ne quicquā non promerentibus subministrarēt. Ac proinde humanum genus, si iusta debitāque; propter ingrātū animum erga patronum & seruatorem Deū perpeffum fuisset supplicia, prorūsus extinctum ac deletum oportuisset. Ceterū hic, vt pote natura propitius, illius cepit misericordiā: supplicium moderatus est: genus permisit manere, sed alimēta nō similiter sua sponte nascētia præbuit: ne duobus malis, otio & satietate vtētes, tum culpa seipfos, tū alios contumelia afficerent. Talis quidē fuit vita eorum, qui initiò innocentia coluerūt & integritatem. Verū post eā vitium, a quo abstinuisset debuerant, virtuti longè prætulerunt.

Ex hac quidem mundi fabricatione, quæ à nobis explicata est, Moyses cū alia multa nos docet, tū quinque præclara maximè, & omnium facile præstantissima. Primum, quod Deus sit & existat, contra *ἀθεϊστας*, id est, homines nullum Deum esse stantes. Quorum alij dubitarunt, in varias sententias, an sit nec ne, distracti. Alij magis audaces & temerarij, non veriti sunt affirmare, nullum omnino esse, sed illud solum dici ab hominibus, qui commentitijs fabulis veritatem obscurassent. Secundum, quod Deus vnus sit, contra eos, qui opinionem de deorum multitudinē inuexerunt: quos non pudebat pessimum statum populare, eūmq; ex perditis ciuibus constitutū, è terris in cælū transferre. Tertium, quod iam expositum est, mundum ortum habuisse contra illos, qui eum minimè generatum & æternum esse censuerunt: quo quidē ipsi Deo amplius tribuere nihil poterant. Quartum, quod vnus factus sit mundus. Siquidem cum vnus esset architectus, qui ad vniuersitatis procreationem materia vnus sit vniuersa, opus secundum vnitatis rationem

sibi simile effecit. Nam non esset vniuersitas, nisi ex vniuersis partibus cōcreta fuisset & constituta. Sunt enim, qui plures mūdos esse existimēt: alij ἀπείροισι, id est, infinitos, quippe cū ipsi sint ἀπειροι, id est imperiti, ignariq; veræ notitiæ earū rerum, quarum scientiam habere præclarum ducitur. Quintum, quod Deus mundo cōsular prouideatq;. Nam quod procreat, legibus & institutis naturæ rei procreatæ semper curam gerat, necesse est: sicut in parentibus cernimus, qui liberis sedulo prospiciūt. Quocirca qui ista mente æquè perceperit, atq; auribus, & eorū species admirabiles eximiāsq; in animo impresserit, pro certo persuasum habens, vnum Deum, & esse, & existere, vnum, qui verè ens est, mundum effecisse, mundūq; vnum esse, vt sicuti dictum est, secundum veritatis rationem Deus illum sibi similem redderet, Deūq; ei, quod factum est à se, diligenter prouidere, is certè vitam beatam est & felicem traducturus, pietatis & diuinæ sapientiæ institutis pulchrè informatam.

PHILONIS IVDÆI,
De decem præceptis, quæ
capita legum sunt.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.



VM de eorum vitis, qui sunt sapientes à Moysè numerati, quiq; non modò autores nostræ gentis sacrarum literarum testimonis declarati sunt, sed etiam pro legibus non scriptis habiti, in superioribus libris à me sit expositum, sequitur vt deinceps legum scriptarum formas accuratè peruestigem. Ac si qua res forma illa dicendi, quam Græci ἀλληγορίαν vocant, exornanda videatur, de ea non omittam dicere: idque exquisitæ cognitionis gratia, ad mentem cuiusq; informandam pertinentis: quæ quidem obscura potius solet, quàm perspicua indagare. Verùm hoc loco illis, qui quarunt, quid causa sit, cur Deus nō in ciuitatibus, sed in vasta solitudine leges cōdiderit, respondendum censeo. Primùm quidem quod ciuitates complures malis de quibus dicere reformidat oratio, impietate erga Deum, iniustitia erga

se mu

se mutuo, redundabāt. Nihil enim est, quod non sit adulteratū, dum sincera à vitiosis vincuntur, & vera à probabiliibus. Quæ quanquam natura sua mēciuntur, species tamen verisimiles in ciuitatibus proponunt ad fraudem. In quibus etiam arrogātia, quæ est omnium ad insidias instructissima, nascitur: quam quidem nonnulli, dum falsas gloriæ umbras magno aestimant, vehementer suspiciunt ac venerātur, tum propter coronas aureas & purpuram, tum propter seruorum rhedarūque multitudinem, quibus, qui beati & felices dicuntur, sublimes vehi solent: à quibus interdum muli, aut equi, interdū homines, iugo subiiciuntur: qui quidem ceruicibus lecticas gestantes, propter insignem contumeliam animo magis, quàm corpore diuexātur. Arrogantia item multorum aliorum malorum artifex est, vt insolentia, elati animi, impietatis: quæ non modò externa bella gignunt, sed etiam intestina ac ciuilia, nec vllam vitæ partē vel publicam vel priuatam, terra marive omnino cōquiescere sinunt. Quid attinet cōmemorare scelera, quæ inde inter homines mutuo nascuntur? Arrogantia enim etiam res sacræ, quam summum honoris gradum obtinere existimātur, neglectæ iacent. Quis honos esse poterit, veritate sublata, cuius & nomen, & officium in magna laude esse solet? Quādoquidem mēdaciūm cōtrā, sua natura hæret infamiae: Rerū porrò diuinarū contēptionem in ciuitatibus versari, aciem oculorū acius in eas intendētibus satis liquet. Nā formis pingēdi fingendiq; arte elaboratis expressisq;, quæ sunt numero propè innumera, fana & delubra dedicata sunt: aræ simulachris, signis, & statuis eiusdē penè generis exædificatæ: reb' inanimans cuiusq; modi honores cultusq; diuini tributi. Quosquidē sacræ literæ nō inscitè filiis similes dixerūt esse meretricū. Nam vt isti omnes eos, quos mater amatores habuerit, patrū loco numerāt, vno, qui natura pater est, incognito: sic qui ciuitates incoluerūt, dum ignorarent verū Deum, infinitā multitudinem falsorū deorum consecrarunt. Postea autem cū alij ab aliis colerētur, ea quæ de optimo excitabatur discordia, dissensiones etiam in aliis rebus vniuersis peperit. In quas quidem res Deus primò intuens, extra urbem leges cōdere instituit. Illud autē secundo loco secum cogitauit, ex animo illius, qui leges sacratas esset excepturus, maculas illas penitus inhærentes, quas in ciuitatibus turba hominum frequentium & in vnum concursantium inulsisset, elui, eximiq; prorsus oportere. Verùm hoc aliter fieri non poterat, q̄ vt

CC ij mule

multitudo non statim, sed longo tempore post, in variis locis usque eo dispersa viueret, quoad veterum scelerum impressa notæ pedetentim euanescentes fluentesque, in nihilum reciderent. Hoc pacto etiam, qui medicinæ periti sunt, agrorū valetudinem restituunt. Non enim prius cibos illis tribuendos esse censerent, quā morborū causæ sint omnino sublatae. Nam his manentibus, alimenta ut sunt incommoda, ita non parum materiae nociuæ ad morbum augendum afferunt. Quocirca ubi populum non sine causa ex deprauatissimis illis ciuitatis moribus, ut scelerum stirpes ex animis radicibus euelleret, in solitudinem abduxisset, cepit eorum mentibus alimenta præbere. At quæ nam alia erant illa, quam leges & diuina eloquia? Tertia causa sequitur. Quemadmodum hi, qui longam nauigationem suscipiunt, non tum vela, gubernacula & clauos parant, cum iam naue conscensa, è portu egressuri sunt, sed dum adhuc manent in continente, singula, quæ ad nauigandum pertinent, diligenter instruunt: sic Deus operæpretium putabat. ut non hæreditatem sorte distributam adepti, non ciuitates incolentes, iam tum quærent leges, quibus rempublicam regerent, sed cum reipublicæ administrandæ præcepta, quibus populus salutariter gubernaretur, parassent, eaque sedulo exercuissent, tum in vrbes ac domicilia traducti, extemplo iuris & æquitatis institutis vterentur: seque concordia, communitate, & æquali rerum, quæ spectarent ad singulos, distributione oblectarent. Addunt nonnulli etiam quartam causam, non absurdam illam quidem, sed ad veritatem accedentem quàm proximè. Nam quoniã in hominum mentibus certa debebat insidere persuasio, leges illas non hominū inuenta, sed euidentissima Dei oracula esse, gentē suam longissimè à ciuitatibus in solitudinem vastā, eamq; non fructus solum mansueti & salutaris, sed aquæ etiam ad bibendum accommodatæ expertem abduxit, ut si in egestate rerum necessariarū versarentur, expectarentq; se siti & fame interituros, de improviso affluentiam rerū ad vitæ vsum idonearum, quæ sua sponte suppetere, reperirent: cælo non modò alimentum, quod Manna appellatur, sed magnam coturnicum copiã pro opsonio ex aère demittente. Quinetiam cum aqua amara dulcesceret ad potionem, & abrupta petra fontibus scaturiret, non amplius Nilum admirarentur, neq; vtrum leges illæ à Deo essent constitutæ, ambigerent, cum ex rebus suppeditis, quas in egestate fuissent etiam præter spem assecuti,

cert

certissimum argumentum accepissent. Qui enim copiã rerum ad viuendū largitur, etiam adiumenta ad benè viuendū subministrare solet. Ad viuendū autem cibo & potione opus erat, quæ absq; sua ipsorū prouisione inuenerūt: at ad benè viuendū legibus, ut mihi quidē videatur, & institutis, quibus animi efficerentur meliores. Ac de eo, quod in quæstionem venit, istæ causæ posita in coniectura probabili, commemorantur. Quæ enim verè sint, Deus solus intelligit. Cum igitur ea, quæ ad has res attinēt, sint à me explicata, deinceps leges ipsas accuratè persequar: si prius illud, quod est planè necessariū, ostendero: ex legibus nimirum cūni quas Deus per se solū, nullo alio in consiliū adhibito, condendas statuit, tum quas per prophetam Moysen (quæ primas inter omnes tenentem, tanquam maximè idoneum ad sacra peragenda deligebat) sancire decreuit, illas quidem, quæ in persona propria ab ipso solo latae erant, non modò leges, verum etiam legum particularim ferendarum capita esse: has autem, quæ per prophetam describerentur, omnes ad illas referri debere. Dicam ergo pro virili mea parte de vtrisque: ac primū de his, quæ ad capita quædam redactæ sunt, quarum numerum principio iure mirari possumus, quippe quæ in perfectum decadis ambitū conclusæ sint: quæ quidem decas omnes numerorum parium & imparium differentias cōplectitur: parium ut duo, imparium ut tria, pariter imparium, ut quinq;, cōprehendit: omnes etiã formas rationū in numeris multipliciū, superparticulariū, & superpartientium, cōtinet. Omnē item proportionē, tum arithmetiç, quæ in æquali numero & superat & superatur, ut in hoc, vnū, duo, tria: tum geometricā, in qua cōstat, talem esse rationem tertij ad secundum, qualis est ad primum secundum: ut se habet in hoc, vnū, duo, quatuor: & in duplis, triplis. & rursus sesquialteris, sesquiterciis, & id genus aliis, tum harmonicā præterea, in qua mediū extremorū ex æquo & superat, & superatur: sicut in secūdo, quarto, & sexto cernit. Decas præterea nō solum figurarū, quæ vel tribus, vel quatuor, vel pluribus angulis constant, sed cōcentuum proprietates, quæ manifestò cernuntur, continet. Concentū enim diatessaron in sesquiterciæ ratione, quæ est cū quatuor ad tria conferuntur, habet: concentum diapente in sesquialtera, cū tria ad duo: concentū diapason in dupla, cū duo ad vnum, cōcentum deniq; didiapason in quadrupla, cū octo ad duo. Quæ mobrem hi, qui primi nomina rebus imposuerunt (sapientes enim erant) videntur

CC iij tur

tur mihi ipsam decadem, quasi *δεκάδα*, id est, capacem *ἀπὸ τῆς δεκάδος*: id est, à capiendo, quòd capiat & amplectatur omnia genera numerorum, rationum ex numeris collectarum, proportionum, harmoniarum rursus & concentuum, propriè appellasse. Atqui decadem præter ea, quæ dicta sunt, ob has res præterea meritò aliquis potuerit admirari, quippe cum naturam & quæ dimensione caret, & quæ interuallis distinguitur, contineat. Quæ verò dimensione caret, ex puncto solo constat: quæ interuallis distinguitur, tres formas habet, lineæ, superficiei, & solidi. Quæ enim duabus notis siue punctis terminatur, linea est: quæ autè in duo interualla tribuitur, superficies, linea in latitudinem diffusa: quæ denique in tria, solidum, cum longitudo & latitudo crassitudinem sibi adiunxerit: in quibus natura gradum sistit. Nam plura, quàm tria interualla, non procreauit. Numeri, unde ista primùm sunt expressa, sunt vnum, quæ est puncti dimensione carentis nota: duo, quæ lineæ: tria, quæ superficiei, & quatuor, quæ solidi rationem, habent. Quorum compositio, vnus scilicet, duorum, trium & quatuor, decadem perficit: quæ etiam in rebus sub aspectu subiectis alias præclaras formas exprimit. Ferè enim numerorum infinitatem ista metiri solet. Quare termini, qui hanc circūscribunt, sunt quatuor: vnus scilicet, duorum, trium & quatuor. Tot etiã termini cætenarium ex denariis progignūt. Nā decè, viginti, triginta & quadraginta procreant centū. Pari ratione & mille ex centū, & myrias, id est, decies mille ex mille. Vnitas, denarius, cætenarius, & millenarius, sunt quatuor termini, qui decadè producūt: quæquidè decas præter eas, quas supra posuimus, alias præterea numerorū differèntias demonstrat. Et primùm eū, quæ vnitas sola dimetitur: cuius exèplum est: tria, quinque, septè: deinde quartū pariter parè, qui est quadratus: tum octauum etiã, cubū, qui est pariter par pariter: postremò perfectū, qui suis partibus exæquatur, tribus, duobus & vno. Verū quod artinet decadis virtutes, quæ sunt multitudine infinitæ, recètere, op^o planè maximū extra causam persequèdo: Quæ res certè his, qui in mathematicis disciplinis versantur, satis amplū ex se ad librū conficiendū præberet argumentū. Et quanquã aliis supersedèdū est, vnus tamè mentionè facere, exèpli gratia, nō erit fortassis à ratione alienū. Quæ em̄ in natura categoriæ dicuntur, decè solam esse asserūt hi, qui in decretis institutisq; philosophiæ operã & studium ponūt: substantiam, quale, quantum, relatio

relationem, agere, pati, habere, situm esse, & sine quibus ista nō constant, tempus & locum. Nihil est enim, quod harum rerum expers sit. Verbigratiã ipse substantiæ particeps sum, eam à singulis elementis, ex quibus vniuersus mundus perficitur, mutuatus: terra, aqua, aère & igne. Ista ad meam constructionem satis habuere facultatum. Sum etiam particeps qualitatibus, qua homo sim: & quantitatis, qua quantus. Relatione item non careo, quando aliquis mihi vel ad dextrã, vel ad laeuã consistit: quin etiam aliquid ago, fricando, vel vrendo: & patior, rarus, aut frictus ab aliis. In habitu porrò versari videor, aut veste, aut armis indutus. In situ, sensim confidens, aut decumbens: omnino in tempore & in loco sum: quippe cum nihil eorū, quæ exposita sunt, absq; his vtriusq; possit constare. Sed de his satis dico præcepta, siue oracula, siue leges, siue sacra instituta reuerentia appellare placet: quæ parès vniuersi, multitudine virorū pariter ac mulierum in vnū congregata, diuinitus sanciuit. Nunquid vocis modum ipse expressit? *Απαγέσις*. Ne aliquando istud nobis in mentem veniat. Non est enim Deus, vt homo, oris, linguæ & arteriarum indigens, sed ea, quæ id temporis gesta erant, mihi videntur rem sanè diuinissimam non sine omnium admiratione effecisse. Præcepit enim Deus sonitum, qui aspectu distingui non poterat (qui quidem plus admirationis, quàm omnia instrumenta, quæ concentu perfectissimo cohererent, habere videbatur) in aère ædi: eumq; non inanimatū quidem, neq; præterea ex corpore: & animo, instar animalis compositi, conflatum, sed tamen in se animum rationis participem, aptum ad sensa sua perspicuè apertèq; exprimèda cōplectentē: qui aère formans, vndiq; diffundens, & in flammam igneã se conuertēs, tam clarã vocem, tamq; distinctã, quasi inflationē tubæ, profudit, vt qui longissimè distabant, perinde ea audire viderentur, atq; hi, qui proximè aberant. Hominū enim voces longissimè cōrentæ, læguescere solēt, adeò vt ab his, qui procul absunt, propterea quod pedetētim ob nimiam intentionem euanescent, obscure aut vix percipiuntur: quandoquidem instrumenta vocis caduca sunt & fragilia. Caterum istam vocem noua ratione & modo editam, Dei potentia in eam impressa exacuit, sonorāq; reddidit. Quam vbi in omnes partes diffuderat, exitū soni multò effecit clariorem: qui quidè vocem multò suauiorē, quæ quæ per aures transfertur, in animos singulorū infudit. Nā

audiendi sensus, cum sit paulò tardior, cōquiescit, quoad ab aëre pulsus cōmouetur. At mētis diuinæ vis summa cū celeritate ea, quæ ore proferuntur, longè anteuertit. Verùm de diuina voce hastenus. At aliquis merito quæret, quid sit causæ, cur cū tot hominum, milia essent in vnum locū compulsa, singula ex decem illis præceptis, non vt multis, sed vt vni tradere instituerit: cū dicat, non moechaberis, non occides, non furtum facies, & alia eodem modo. Dicendum igitur, quòd his, qui sacras scripturas legant, documentum certè præclarissimum præbere voluerit: nimirum à Deo separatim, vnicuiq; quando leges obseruat, & diuinæ obsequitur voluntati, tantum honoris deferri, quātum toti nationi quantumvis hominibus refertæ, imò verò quantū omnibus nationibus: & si quis vltèrius dicendo progredi voluerit, quantū vniuerso mundo. Quocirca in aliis locis cū virum iustum laudat, ait: Ego sum Deus tuus (idem ipse erat etiam mundi Deus) adeò vt qui ad eam regulam ac præscriptum instituti, ei obtèperarēt, & pari ratione se probarent moderatori omnium, parem laudè & honorè consequerentur. Secundo loco, qd cū quis cōmuniter apud multitudinē orationem habeat, nō necessariò cum omnibus, sed interdum priuatim, quasi cum singulis eorum, qui ad audiendum confluxerint, dislerit, vel iubendo aliquid, vel verando. Quòd si statim ea, quæ agenda sint, ostendat, & omnibus in vnum coactis communiter exponat, is profectò, qui hortationes tanquam separatim ad se habitas exceperit, facilius obsequitur: at qui easdem aceruatim cū aliis arripiat, planè obsurdescit, turbāq; causam affert, cur fuerit dicenti refragatus. Tertio, ne quis rex, vel tyrannus arrogātia insolentiāque nimium elatus, hominem priuatum, humili obscuròque loco ortum aliquando contemnat, sed ad legum sacratarum præcepta se accommodans, supercilia remittat, eamque de se opinionem non tam specie simulata, quàm vera ratione, ex animo deleat. Nam si ille, qui & ortu caret & interitu, qui sempiternus est & nullius rei indigens, fabricator vniuersi, & patronus omnium, rex regum & Deus deorum, neminem, ne abiectissimum quidem negligi passus est, sed his oraculis & legibus sacrosanctis, quasi epulis excipere dignatus, vtpote enim solum inuitaturus, soliq; apparaturus conuiuium, vt animus sacris initiatus (cui fas est augustos illos ritus & ceremonias exequi) vehementer exhilararetur: me tū, qui mortalis sum, qd attrinet animū extollere, inaniter insari, & aduersus

aqual

aquales, qui in dispari fortuna parem & æqualem generis conditionem habent, eiusdemque formæ, quæ est omnibus hominibus natura communis, participes sunt, me insolenter efferre? Me ipsum igitur, quamuis terræ marisque potitum imperio, egentissimis & maximè ingloriis, familiarissimis etiam auxilio destitutis, altero parente orbatis, mulieribus viduis, senibus, vel qui liberos non omnino procrearint, vel qui citò, quos procrearunt, amiserint, comem & affabilem præbeam. Nam cū homo sim, superbiam & tragicam ostentationem non debeo in animam admittere, sed manere intra naturæ ambitum, & extra eius fines minimè egredi: imò verò meum ipsius animum ad humanas calamitates cōmunicandas assuefacere: non propterea solū, quòd rerum contrariarum contrariæ mutationes cū in his, qui secundo fortunæ flatu, tum qui aduerso vtuntur, incertæ sint, verum etiam quòd quenq; deceat, etiam si prosperæ res firmè & constanter ad voluntatem fluant, non aliquando sui ipsius obliuisci. His de causis, mihi videtur Deus, cū præcepta siue oracula, singillatim ederet, quasi vni edere voluisset. Prætereà omnes res, quæ loco finitimæ erant, fragore tonitruū multò grauiore, quàm qui ab auribus capi potuisset, fulminum etiā iurare sua sponte accēso, tubæ sensum oculorū fugientis strepitu cōtento longissimè, descensu nubis (quæ instar columnæ, basim quidè in terra defigebat, reliquū autè corpus in sublime extulerat) flammæ cœlestis concitatione, ingenti deniq; fumo loca vndiq; opacāte ad magnā omnium admirationem, vt erat vesimile, redundarunt. Nā par erat, vti, Dei aduentate potentia, nulla mūdi pars cōquiesceret, sed omnes cōcitaret, illi sedulo inseruirēt. Astirit populus se à mulierū cōsuetudine continens, ab omnibus voluptatibus, rebus solū ad victū necessariis exceptis se tēperans, balneis & asperisionibus iam tridui spatio purgatus vestibis ablutis in primis albaris, summis insistens digitis, & aures arrigens, dum Moyse præsignificabat, vt se ad concionem pararet. Nouit enim eam futuram, cū Moyse solus à Deo accercitus, oracula excepturus esset. Vox ex medio igni è cælo delapso profusa est maximo cum terrore, idque obflammam, quæ in propriam loquelam auditoribus assuetā articulatim distincta erat: quæ quidem ea, quæ dicebantur, adeò clarè & perspicuè efferebat, vt populus illā oculis cernere potius, quàm auribus acipere videretur. Atq; hanc meam sententiam lex ipsa cōfirmat: in qua scriptū est: Omnis populus vidit

CCV VOC

vocem domini apertissimè. Nam quæ vox ab hominibus prolata in audiendi sensum, eadem reuerà à Deo edita in cernendi sensum cadit. Quid ita, quæso? quia quæcunque dixerit Deus, non verba sunt, sed facta, quæ potius ab oculis, quam ab auribus discernuntur diiudicanturque. Præclare in primis & diuinitus vox ex igne dicitur egressa esse. Dei enim oracula accuratè examinantur probanturque, vt aurum igne. Indicat Moyses etiam tale quiddam per comparisonem. Nam ignis partim lucem præbere, partim vrere solet. Ac qui Dei præceptis morè gerere statuunt, tanquam in clarissima luce sunt vitam perpetuò traducturi: quippe qui leges ipsas pro stellis, quæ in animo lumen accendunt, habeant. At qui repugnât, ab incendio internarum cupiditatum (quæ, quasi flamma, vitam eorum, quibus insunt, absumunt) non vsti solùm, sed propè exusti, ætatem degunt. Ista sunt, quæ antè explicanda erant necessariò, quàm rem ipsam aggredieremur. Nunc igitur ad ipsa oracula, siue præcepta, redeamus: atque ad eò omnes, quæ in illis sunt, differentias perscrutemur. Quæ cum decem sint numero, Deus in duos quinariorum, quos quidem in duabus tabulis insculpebat, scire disperituit. Ac prior quinariorum priores partes obtinuit: posteriori autem posteriores tributa sunt. Vterq; præclarus, & ad vitã valde utilis: vt pote qui animo ad id: quod optimum est, semper peruenire cupienti, quo iter suum absque errore conficiat, amplas & quasi regias vias vno exitu terminatas aperit. Ac prior quinariorum est eius generis. De monarchia præcipit, qua mundus vniuersus gubernatur: de signis & simulachris, & omnino de statuis, quæ manu fiunt: de Dei nomine non in vanum accipiendo: de septimo die augustè & sanctè celebrando: de honore erga parentes, cum in alterutrum priuatim, tum cõmuniter in vtrũq; sic vt vnus tabulæ principiu, Deus, pater, & fabricator vniuersi occupet: finem autem parentes: qui quidem Dei naturam imitari, liberos sigillatim procreant. Posterior quinariorum, ea quæ supra, cadem, furtum, falsa testimonia, & cupiditates vetant, continet. Verum singula oracula, siue præcepta, sunt accuratissimè nobis consideranda, nihilq; persequendum oratione, quod sit à sermone de illis suscepto alienum. Initium igitur omnium rerum longè præstantissimum. Deus est: virtutum autem, pietas: de quibus rebus primùm differendũ est necessariò. Maximam partem generis humani error quidam non exiguus de ea quidem re occupauit, quam vel solã, vel cum primis, cõsentaneum erat

erat simplicem & synceram maximè in singulorum mentibus insedisse. Nam alij, quatuor elementa, terram, aquam, aërem, & ignem in deos referunt: alij, solem, lunã, reliquãsq; errantes & inerrantes stellas nonnulli solũ cælum: quidã deniq; mundũ vniuersum (à summo autem antiquissimòq; genitore, principe magnæ ciuitatis, duce exercitus inuicti, gubernatore denique, qui omnia salutariter administrat, oculos auerterunt) pro Deo sanctè colunt, falsãq; nomina, alij alia, illis rebus imponunt. Nã terram appellat Proserpinam, Cererem, Plutonem: mare verò, Neptunum: ad cuius ministeria obeunda demones maritimos, vt procuratores, ingentem etiam turbam masculorum & fœminarum, vt seruitia, effinxerunt. Aërem autem Iunonem: ignem Vulcanum: solem, Apollinem: lunam, Dianam: luciferum, Venerem: *σάκχουρα*, Mercurium nuncuparunt: reliquis verò astris nomina singulatim fabularum scriptores imposuerunt. Qui quidem, dum ad fallendum audiendi sensum commenta ingeniosè excogitata contexebant, in nominibus illis rebus imponendis visi sunt sibi aliquid, de quo arrogãter se venditare possent, effecisse. Ac cælum quidem in hæmisphærium bifariam ratione distributum, alterum, quod supra terram eminet, alterum, quod subter occultatur, Castorẽ & Pollucem nominarunt: prodigiosa quadã narratione de vita, quã alternis diebus agunt cõstita. Cum em̄ cælũ continenter & sine intermissione semper in orbẽ torqueatur, necesse est alterũ hæmisphæriũ vicissim in dies singulos cõmutari: sursumq; & deorsum, quæ sunt solũ in opinione cieri. Nã reuerà in globis cælestibus nihil est vel sursum, vel deorsum, sed respectu duntaxat ad nos habito, ista dici solèt. Quod supra caput est, sursum, quod cõtrã, deorsum dicitur. Ei autẽ qui ingenuè philosophari decreuerit, & veræ syncerèq; pietatis studio ducatur, pulcherrima sanctissimãq; præceptio pposita est, vt nullã mudi partẽ proprio nutu ac suo regi existimer. Etem̄ mūdus, licet fabricatoris providẽtia immortalis factus sit, ortũ tamẽ habuit: ortus autẽ est principiu interit⁹. Atq; fuit aliquãdo tẽpns, quãdo nõ erat. Sed Deũ aut antea nõ extitisse, aut ab aliquo tẽporis spatio solũ fuisse, & nõ eternũ dicere nefas est. Verũ nonnulli ea sunt arrogãtia & temeritate in iudicãdo, vt non ista, quæ sunt iam commemorata, deos solum putent, sed singula illorum maximum & primum Deum, cum tamen verum Deum aut præ natura maximè indocili non sciant, aut eum non admodum scire laborent: quandoquidem extra causas

causas perceptas sensibus, nullā ab oculis remorā mentēq; sola comprehensam (licet eius rei confirmatio in promptu sit) esse omnino arbitrantur. Nam quāuis animo & viuāt, & consiliū capiāt, & omnibus vitę fungātur muneribus animū tamē oculis corporis intueri nunquā possunt, etiā si omni studio & contētionē ab illis laboratū sit, si quo modo tandē fieri possit, ut illud, quod est simulachrorū augustissimū, aspiciāt: à quo semel comprehēso digrediētes possunt, ut verisimile est, deinceps notionē immortalis & aeterni Dei animo percipere: qui licet oculis cerni nequeat, tamē vniuersum mundū suo nutu gubernat ad incolumitatem. Quemadmodū igitur, si quis magni regis honores præsidibus eius & præfectis impertiret, non solū iniquissimus, sed temerarius etiam in primis videretur, cum ea, quæ sunt domini propria, seruis largiatur: ita si quis iisdē rebus procreatorem & procreata colat, sciat se propter omniū imprudentissimū & iniustissimū esse, quod æqualia inæqualibus tribuat, idq; non ad inferiorū honorem, sed ad exitiū superioris. Sunt præterā, qui ita extra modū impietate processerint, ut non pares honores vtrisque deferant, sed illis quidē omnia, quæ ad venerationem pertinent, largiātur, huic autē nihil impertiant, ne memoriam quidē, quæ est res omnium cōmunis maximē. Nam voluntaria quadā obliuione & quasi dedita opera eum, cuius solū memoriā tenere debuissent, ex animis infelices effluere sinunt. Nonnulli etiā in sana rabie correpti, indicia iniquitatis in animo insidentis in mediū proferētes, maledica ac perulāti lingua incitata, cōiitiis diuinū numen lacerare aggrediūtur: quinetiā & illis, qui pietatē colunt, exhibent molestiā. Quibus certē talis dolor inuritur, qualis nec dicēdo exprimi: nec consolando lenari poterit: cuius ardor statim per aures intrō irrūpens, vniuersum animū incendit. Atq; ista est tanquā machina impiorū, quæ sola studēt piorū ora obstruere: qui quidē animū, dum istud agitur, habere ita pacatū & tranquillū, ut nulla ex parte cōmoueat, rem ducūt longē præstantissimā. Quapropter omnibus eiusmodi præstigiis depulsis, ne utiquā illis, qui sunt nobis natura fratres (nam quæ orta sunt, quasi fraterna copula cohærēt, quia orta sunt: siquidē architectus vniuersi, etiā pater omnium est) licet naturā puriorē & magis perennē fuerint cōsecuti, aliquando diuinū cultū tribuamus: sed mente, oratione, & omnib; viribus incitatē acriterq; contentis ad immortalē & æternum Deum, autorē vniuersi, piē colendū nos totos accommodemus:

nec

nec his, quæ probantur in vulgus, succumbamus cedamúsve: quæ sanē his, qui cæteroqui salui esse possent, exitio sunt. Primum ergo præceptum, quod est omnium augustissimum, in animis nostris, tāquam in tabulis inscribamus, ut vnum Deum summum censeamus, eūque sanctē veneremur. Opinio illa posita in multitudine deorum, ne aures cuiusquam, qui in veri inuestigatione versari consueuerit, omnino attingat. Nam quicumque soli, lunæ, & cælo vniuerso, mundōque, & partibus in illis perfectissimis, tāquam deis sacrum obsequium & cultum adhibent, errant illi quidem. Quidni errent, cum eos, qui parent, imperanti præponant? Verū sunt minus iniusti, quā cæteri, qui primum in lignis, lapidibus, argento, auro, & alia eius generis materia, pro suo quisque arbitrio, species & formas effinxerunt: deinde orbem terrarum simulacris & statuis, aliisque rebus manu factis (quibus fingendi pingendique ars maxima incommoda in vitam inuexit humanam) compleuerunt. Nam præclarissimum firmamentum, quo animus nititur, amputarunt: conuenientem illam dico opinionem, quæ de Deo immortali haberi debet. Ac non aliter atque nauigia, quæ armamentis carent, huc illucque semper iactati, fluctuant, nec aliquando in portum appellere, neque ad veritatem constanti cursu peruehi possunt, quippe cum ad id, quod est spectatu dignum, caligent: id quod vnum aciem oportuisset oculorum acriter admodum intendisse. Ac mihi quidem certē videntur multo miserius vitam degere, quā qui corporis luminibus orbari sint. Nam illi inuiti hoc afficiuntur incommodo, aut graui oculorum morbo oppressi, aut ab hostibus insidiis appetiti. At hi sua sponte non modò oculos mentis suæ cæcarūt, sed abs se dedita opera penitus abiecerunt. Vnde illos, utpote infortunio afflictatos, misericordia, hos autem, ut improbos, merito supplicium sequitur. Qui inter alia, ne id quidē intellexerunt, quod maximē in prōptu est (quod etiam puer ignarus rerū & rudis non ignorat) artificem rei, quā fabricarit, præstare: qui & tempore (est enim ætate maior) & facultate rei architectatæ quodāmodo parens est. Nam quod agit, plus habet, quā quod patitur dignitatis. Et cum oportuisset (in hac re enim opinione etiā falsi sunt) ipsos pictōres & statuarios eximiis honoris mōneris tanquā consecrasset, hos obscuros & ignobiles esse passunt, nulla re amplius illis attributa. Verū simulachra, & animalū effigies, quæ sunt eorū artificio fabricatæ, p̄ diis ab istis

habit

bita sunt. Artifices autem non raro, egentes & inglorij ad extremam senectutem peruenerunt, & calamitatibus, alia ex alia, succedentibus oppressi, interierunt. Ceterum, quae ab illis erant fabricata, purpura, auro, aliisque pretiosis ornamentis, quae diuitiae suppeditant, magnifice decorata sunt. Coluntur etiam non modo à liberis hominibus, sed etiam à patitiis, & ab his, qui robore & pulchritudine corporis pollent maximè. Nam de sacerdotum genere quaeritur cum omni diligentia, num labe vitiatorum careat, & nam vniuersa partium in corpore herentium compages sit integra. Neque istud graue putemus, licet reuera graue sit, sed illud omnium grauissimum. Nam hoc tempore ipse noui nonnullos ex his, qui statuas fecerunt, illis ipsis, quas fecerunt, preces adhibuisse, hostias immolasse: quibus satius fuisset alteram manum adorauisse. Quod si nolissent, opinionem nimium sibi ipsis assentandi veriti, malleos tamen, incudes, penicillos, forcipes, & alia instrumenta, quibus materia formata erat, colere debuissent. Atqui apud eos, qui tam amentes sunt, tamque à ratione auersi, sic liberè verba facienda sunt. Cum Deo simillimum esse, sit in rebus optandis maximum, & finis beatæ vitæ putetur, vos, o generosi, optate, vt vestris statuis sitis quam simillimi, quò summam felicitatem inde consequamini, vt scilicet neque oculis cernere, neque naribus vel spiritum ducere, vel percipere odorem, neque ore vel loqui, vel aliquid gustare, neque manibus aut accipere quicquam, aut dare aliis, aut aliquid aliud moliri, neque pedibus incedere, neque vlla corporis parte quicquam operari possitis, sed in templo, quasi in carcere, seruati custoditique, dies noctesque ex rebus immolatis fumum & nidorem (nam vnum istud bonum, solum statuis a deo fingitur) naribus perpetuò hauriatis. Verum arbitror eos, qui hæc audiuerint, non vt optata, sed vt execrationes iniquo animo laturos, eosque crimina vicissim in nos regerendo, se ad conuitia, quibus affecti sunt, vlciscenda totos conuersuros. Quod quidem fuerit maximum plane argumentum insignis cuiusdam impietatis hominum deos illos existimantium, quibus se natura aliquando fieri similes omnino deprecarentur. Nemo igitur eorum, qui sunt animo præditi, rei cuius in animæ quicquam venerationis impertiat. Est enim ab omni ratione alienum, vt quæ sint naturæ opera, ea ad eorum vsum, quæ manu fiunt, transferantur. Ceterum Aegypto non solum crimen, quod est cum quaque regione commune, sed vnum, quod est ei peculiare, non immerito obij-

obiicitur. Nam præter statuas & simulachra, animalia præterea, rationis expertia deorum honoribus afficiunt: boues, arietes, hircos: de quæ singulis commentum fabulosum confingunt. Atque ista fortasse aliquam possint habere rationem. Sunt enim & mansueta animalia, & ad humanæ vitæ vsum in primis accommodata. Bos aratrum trahit, findit glebas ad satus accipiendos: rursus ad tritandum, cum fruges purgandæ sint, etiam valet maximè. Aries vestem suppeditat, quod est tegumentorum longè optimum. Nam corpora nuda facile vel calore, vel frigore immoderato conficerentur, partim ardore solis exusta, partim aëre frigido rigentia. Verum iam illi ipsi aliorum hominum amantiam longè superantes, feras bestias, quæ sunt agrestes & efferae maximè, leones dico, crocodilos, & aspidem venenatam ex serpentum genere, fanis, delubris, victimis, crebris conuentibus, pompis, & aliis rebus eiusdem generis venerantur. Ac cum in utroque elemento, terra & aqua (quæ duo Deus ad vsum hominum largitus est) feras immaniores perquisiuisent, nullam terrestrem leone truculentior, nullam aquatilem crocodilo agrestiore & magis tetram inuenerunt: quas quidem belluas cultu & honore prosequuntur. Multa alia præterea animalia, vt canes, feles, lupos: volatilia, vt ibes, accipitres, colunt. Piscium item aut corpora integra, aut partes in deos reponunt. Quibus quid potest esse ineptius? Quinetiam peregrini, qui primum in Aegyptum veniebant, prius, quam insolens illius regionis arrogantia se in eorum mentes insinuasset, eas res ludibrio habitas, prorsus contempserunt. Nam qui rectam disciplinam degustarint, rerum tam abiectarum venerationem demirantes, eos, qui ea vtitur, commiserantur: & vt æquum est, belluis illis ab ipsis honoratis multò inferiores existimant: qui quidem cum animis in eas quodammodo immutati sint, non aliter ac belluæ humana forma præditæ, huc illucque vagari vident. Quocirca Deus, omni eiusmodi consecratione deorum ex sacrarum legum sanctione sublata, ad verum eius cultum, qui verè Deus est, quique cultu nostro non eget (alterius enim non indiget, qui satis ipse in se habet facultatum) accersuit: cupiens quidem genus humanum per deuium iter oberrans, ad certissimam verissimamque viam traducere, quò naturam ducere sequens, optimum finem, scientiam nimirum illius, qui verè est, quique summum bonum est & perfectissimum, inueniret: ex quo quasi ex fonte singula bona mundo, & his, quæ in eo singillatim continentur, produxerunt. Et quoniam de secundo

cundo præcepto satis multa differuimus, deinceps de illo, quod sequitur accuratè dicemus. Quod ita se habet: [Nomen Dei non in vanum accipiendum.] Quæ ad ordinem spectant, satis manifesta sunt illis, qui mentis acie res exquisitè cernūt. Nam nomen semper rem subiectam sequitur, non aliter quàm corpus umbra. Idcirco cum de essentia, & honore illius, qui semper existit, antea dixisset, ordine sequebatur, ut de nomine, ea, quæ consentanea viderentur, explanaret. Varia enim sunt & multiplicia hominum in hac parte delicta. Est igitur homini res planè præclarissima utilissimæque non omnino iurare, idè; cum ira verum dicere didicerit, ut verba pro iureiurando habeantur. Cum autem ab eo discesseris, secundas quidem obtinet, rectè verèque iurare. Iam enim qui iurat, in suspicionem venit perfidiæ. Sit ergo lentus ac tardus, siqua fortè temporis dilatione iusurandum possit repellere. At si quis necessitate fuerit coactus, singula, quæ deferuntur, accuratè debet considerare. Non est enim res parui momenti, licet consuetudine conremnatur. Est enim iusurandum, Deum de rebus in controuersiam vocatis testem adhibere. Atque in mendacio Deum inuocare testem, est maximè impium. Ratione enim, si placet, cognosce, & introspecte in mentem illius, qui sit falso iuraturus. Videbis enim illam non posse acquiescere, sed tumultuari, perturbari, seipsam in crimen vocare, omni cõtumeliarum & conuitorum genere vexare. Nam trutina conscientia, quæ in cuiusque animo infidet innataque est, nihil, quod vitio dari possit, solet approbare: quippe quæ sit natura vitio aduersaria, & amica virtuti. Et cum accusatrix, simul & iudex ipsa sit, si commoueatur ut accusatrix, in crimen vocat, in simulat, terret: rursus, ut iudex, docet, admonet, hortatur, ut se cõmutet: si poterit illi persuadere, læta redit in gratia: si minus, inimicitias cum eo exercet, bellum gerit, & neq; noctu, neq; interdiu absistit, sed pungit, vulnera insanabilia vsque eò infligit, quoad vitæ miseræ & execrabilis vincula ruperit. Equidem ad periurum dicerem: quid ais? aude sine obuiâ factus, quem quem tuorum familiarium sic compellare? Heus tu: de his, quæ neq; videris, neq; audiuisti, perinde ac si ea videris, audieris, & omnibus interfueris, accedens mecum testimoniū dicito. Non planè te sic facturum arbitror. Effer enim pestiferæ cuiusdam insaniam. Cum sobrius & apud te esse videre, quo ore, quæso, sic amicum audeas cõpellare? Per amicitiam oro, iniuriam facito, ius violato, pietatis leges mea causa negligito.

gligito. Nam constat eum, simul atq; ista abs te audiuerit, amicitiam eam, quæ putabat priorsus deserturum: atq; adeo seipsum malè habiturum, quod initio cum tali viro amicitiam contraxerit: ab eoque; perinde atq; ab immani & rabiosa fera pedè occlusus relaturum. Non pudet ergo Deum, parentem & gubernatorem mundi ad eas res testem aduocare, ad quas ne amicum quidem auderes adducere? Scis ne eum omnia intueri, omnia audire, an non scis? si non scis, impius es. Atq; impietas, est sceleris cuiusque; fons. Et præterquam quod impius es, iusurandum præterea callidè eludere contedis, dum in eum iuras, qui, ut tu putas, neque animum attendit, neque rerum curam gerit humanarum, quod si perspicue noris, eum rebus humanis prouidere, nihil, quod ad summam impietatem pertineat, abs te prætermisum est: cum ita, licet non ore & lingua, conscientia tamen cum Deo loquere. De falsis rebus mecum testimonium dicito: scelus unum admittito: pariter fraudem facito. vna mihi spes est, veritate occulata, apud homines me probatum iri: sis pro altero nequam: pro deteriore, qui melior es; pro homine, eoque; improbo, qui es Deus, & omnium optimus. Sunt præterea alij, qui non ut lucrum faciant, sed mala consuetudine induti, de rebus leuibus inconsideratè ad sarietatem vsque; iurent, idque; cum nulla res omnino in controuersiam adducta sit: & quæ inter loquendum occurrunt, crebro iureiurando referant: perinde atq; non satius fuisset sustinuisse, uti non verba solum repræsentata, sed multo etiam magis uti ipso lingua penitus fuisset præcisata. Nam ex sæpe multumque; iurando nascitur & periurium, & impietas. Quapropter eum qui iurare voluerit, oportet accuratè & diligenter in primis rem ipsam expedere, sit ne valde magna, facta ne fuerit: & si facta, eam ne pro certo cognorit: vtrum animum, corpus, & linguam ipse purgarit: animum iniquitate, piaculo corpus, linguam maledictis. Est namque; impium eo ore turpia loqui, quo sacratissimum nomen Dei profertur. Locum præterea, & tempus idoneum dispiciat. Nonnullos equidem hoc tempore noui in locis profanis & impuris (in quibus neque; patris, neque; matris, neque; præterea senis alicuius ex eadem familia oriundi, saltè qui vitam honestè instituerit, mentionem facere consentaneum erat) admodum iurare, cunctos iurandi modos, tanquam serie quadam contexere. Dei nomen multiplici ratione variatum, ubi certè minimè opus erat, ad impietatem usurpare. Quisquis hæc, quæ diximus, pro nihilo duxerit, sciat se primum scelestum & impurum esse. Deinde grauissima supplicia perpetuo sibi diuina iustitia

(quæ omnes res humanas oculis lustrat) impedere: quæquidē in tam magnis sceleribus nec flecti, nec placari poterit. Quæ cū pœnas sumere ad tēpus differt, magno quasi cū questu videtur scenerari supplicia: eāq; ubi tempus se offert, ad communē omnium vtilitatē exigit. Quartū præceptū est de septimo die, qui sacrosanctus est, ut religiosē piēq; colatur. Hunc nonnullæ ciuitates semel in mēse celebrāt, à noua luna ad septimū diem numerantes: at Iudæorum gens continenter, sex diebus intermissis, septimū sacrum obseruat. Ratio autē, quæ causam huius rei necessariā continet, in libro de mundi fab. descripta est. Sex diebus ait Moyses mūdum conditū esse, septimo Deum ab operibus requieuisse, eiusq; præclarē facta contēplatum esse. Præcepit igitur, ut qui essent in ista repub. vitā exacturi, in hac re, si cut etiam in aliis Deum sequerentur, & per dies sex ad res agēdas se conuerterent: septimo autem quiesce se & studio sapientiē rotos traderēt, inq; rerum à natura constitutarū contēplationem otium suum conferrent: diligentēq; animaduerterent, si quid superioribus diebus parum rectē integrēq; admisisse: rationem deniq; tum dictorū, tum factorum à seipsis intra animi sui consiliū vnā cum legibus, quæ & assunt, & in ea diligenter inquirunt, sedulo repercerent: quò & ea, quæ negligētia consciuissent, corrigerēt. & ne deinceps laberēt in vitia, summo studio cauerent. Quinertiā ut Deus sex diebus ad mūdi perfectionē semel usus est, nullius tēporis longinquitatis indigēs, & septimo ab opere destitit: sic hominū quisq;, utpote qui mortalis naturæ particeps sit, & res infinitas ad necessarium vitæ vsuū desideret, omni cura ac studio debet incubere, ut, quoad vixerit, sed diebus res ad vitam sustentandam idoneas sibi suppeditet: septimo autem, qui sacer est, omnino interquiscat. An non præceptio in primis præclara est, & quæ possit maximè homines incitare, cū ad omne genus virtutis, tum ad pietatem potissimū? Semper, inquit Deum sequere. Vnus ille senarius dierum numerus, quo Deus mūdum exadificauit, sit tibi exemplar temporis statuti ad res obeundas vel maximè efficax: sitq; dies septimus (in quo, opera, quæ fecerat, dicitur aspexisse) exemplar in sapientiæ studium necessariò incumbendi, ut ipse non modò res naturæ conuenientes, sed priuatas etiam, quæ ad vitā beatam pertinent, consideres. Tale igitur exemplar de duobus vitæ generibus quorum alterum in agendo, alterum in cōtemplando versatur, ne prætereamus, sed semper in illud intuētes, express

expressas eius effigies ac formas in mentibus nostris insculpamus: naturamq; mortalem, quātum est situm in nobis, immortalī similem, tum dicendo ea, tum agendo, quæ sunt rationi cōsentanea, efficiamus. Quæ ratione dictum sit, mundum sex diebus à Deo, qui ad res faciendas nullo temporis spatio eget, esse fabricatum, in aliis libris est à nobis per allegoriam explicatum. Excellentiam verò, quæ septenario numero in rerū natura tribuitur, mathematici, eius vi omni studio & cura peruestigata declarant. Est enim inter numeros virgo, est natura maris expers, est vnitate ac principio coniūctissima, est erratium siderum effigies. Siquidem vnitas globi illius, in quo stellæ errantes inhaerent, speciem præ se fert. Nam ex vnitate & septenario cælum, quod corpore vacat, quòdque exemplar est illius, quod sensibus percipitur, constat. Cælum autē ex ea natura cōstructum est, tum quæ partiri nequit, tum quæ tribuitur in partes. Quæ partiri nequit, primum, summum, & fixū cæli ambitū & globum obtinet, quemquidem vnitas respicit. Quæ autem potest in partes tribui, eum, qui & facultate & ordine secundus est, capescit: cui moderatur septenarius. Quiquidem in septem partes diuisus, septem sidera, quæ errantia dicuntur, constituit: non quòd quicquam eorum, quæ cæli complexu continentur, vagetur errore, cū diuina, beata & felici natura prædita sint (quibus vniuersis illud, quod errore caret, est cognatum maximum: quæ quoniam ratū & eundem cursum tenent, æuum perpetuant, nec vllam conuersionē mutationēve in se recipiunt) sed quòd contra extimum orbem, qui est indiuiduus, aduerso gradu nitantur: ac propterea ab hominibus temerariis, qui propriū errorē ac suum rebus cælestibus assignarunt, errantia nō propriè appellata sunt. Quæquidē quasi stationē diuinæ militiæ, in qua locata sunt, nunquā deserunt. His de rebus aliisque compluribus etsi tātum honoris septenario numero delatū est, nulla tamen de causa tantum est ei tributū præ cæteris, dignitatis, quantū quòd eius vi architectus & parens vniuersi aperit Deum molientem & fabricantem mundum, & omnes denique res suo nutu moderantem ipsa cogitatione informat. Postquā verò de septimo die celebrando disseruit, quintum præceptum de parentum honore tradit, eique medium locum inter duos quinariorum tribuit: est enim postremum quinarij prioris, in quo res sacratissimæ ad Deum spectantes insunt: adiunctum etiam

posteriori, qui iustitiam erga homines continet. Causa autem (quæadmodum ego sentio) hæc est. Parentū natura & immortalis essentia, & mortali videtur esse finitima. Mortali, cum propter eam, quæ est cum hominibus, & cæteris animalibus, cognitionem, tum propter ipsius corporis fragilitatem: immortalis, propter generandi similitudinem, quæ est cum Deo procreatore vniuersitatis. Iam verò nonnulli dum alteri parti se totos addicunt, videntur alterā paruo æstimare. Nam cum insatiabili pietatis desiderio animos compleuerint, aliis negotiis penitus relictis, totam suam vitam cultui & venerationi Dei consecrant: alij nihil præter iustitiæ aduersus homines officia in bonis numerantes, solam consuetudinem eam, quæ cum hominibus est, amplexantur: vsūq; bonorum propter humanā ac civilem vitæ societatem omnibus ex æquo impertiunt: & res aduersas, quantum in eorum situm est potestate, subleuant. Hos igitur hominū, illos autem priores, Dei amatores rectè quis dixerit: utrosq; dimidiā virtutis partē solūm expleuisse. Nam perfecti sunt & expleti suis partibus, qui in vtriusq; se probare poterunt. At qui neq; in eorum numero reperiuntur, qui erga homines sic animati sunt, ut communibus bonis vnā lætentur, doleantq; contrariis, neq; pietati & sanctimoniam adhærescunt, videri poterūt in belluarum naturam omnino esse mutati. Inter quos illi sunt primas feritatis partes laturo, qui parentes contemnunt: utpote vtriusq; partis, tam illius, quæ ad Deum, quam ei⁹, quæ ad homines pertinet, inimici. Duob⁹ ergo iudiciis, quæ sola sunt naturæ cognita, intelligant se duorum criminum esse conuictos: diuino quidem iudicio, impietatis, quòd illos, qui ab eo, quod nō est, in illud quod est, ipsos eduxerūt, inq; eo Deum imitati sunt, non colant: humano autem, inhumanitatis. Nam in quæ alium sunt beneuolentiam præstaturi, cum eos, qui sunt coniunctissimi, quicq; maxima munera (quorū nonnulla propter magnitudinē minimè compensari poterunt) ipsis tribuerunt, contemnāt & pro nihilo purent. Quomodo enim qui procreatus sit, parētes contrā procreare poterit, cum natura istud munus parētib; præ liberis largita sit, quod vicissim reddi non queat? Vnde iniquo planè animo ferendum est, q̄ cum non possint omnia remunerari, leuissima tamen voluerint. Quibus illud dicerē non incitè: belluas oportere erga homines se faciles & mansuetas præbere. Ac sæpenumero equidē noui leones, vrsos, pãtheras non modò rerū causa ad vitā necessariarū erga eos

eos, qui dant ipsis alimēta: sed etiā erga alios, similitudinis gratia, ut mihi quidem videtur, quæ cum illis est, mansuetè se gessisse. Est enim præclarum, ut quod deterius sit, spe melioris conditionis, sequatur illud, quod sit excellentius. Verum iam huic contrariū dicere cogar necessariò: homines estote quarundam imitatores belluarū. Illæ his, qui cōmodarunt, denuò cōmodare & norunt, & natura edoctæ sunt. Canes ades propugnant, & pro dominis, quādo periculum de improviso eis allatum est, mortē oppetunt. Fertur etiā istos in pecorū gregibus defendendis ad necem vsq; persistere, quòd pastores omnino seruent incolumes. An non turpissimū est, hominem, animal mansuetissimum, à cane, bestia omnium ferocissima in referēda gratia esse superatum? Quod si terrestriū belluarum exemplo non poterimus erudiri, veniamus ad volucrū genus, quod per aērē vagatur, ut quæ nos deceant, inde perdiscamus. Ciconiæ, quæ vetulæ sunt, quæq; euolare nō valent, manent in nidis: at earum pulli, terrā marēq; (propè dixerim) peruolitantes, vndiq; conquirunt ea, quæ sunt parētib; necessaria. Atque hi quidem, sicut eorum ætati cōuenit, conquiescentes, in deliciarū abundantia ætatem degunt: illi molestias in rebus necessariis subministrandis susceptas partim pietatis officio colēdo, partim eadem se à foetibus suis in senectute accepturos expectādo, leniunt: & necessarium debitūq; munus mutuò, cum tēpus postulat, persoluūt, tum accipiēdo, tum reddēdo: vbi neutri seipos alere & sustentare queāt: pulli scilicet, cum primū nascantur: parētes autē, cum ad vitæ exitū peruenerint. Vnde cum primo tēpore ætatis, ipsa natura magistra ac duce, à parētib; alantur ipsi, extremā libèter parentū fouent sustentantq; senectutē. An nō propterea homines, qui parentes contemnāt ac despiciant, meritò debent erubescere, sibiq; ipsis vehementer displicere, cum eos contempserint, quibus aut solūm, aut præ cæteris necessariò prospicere prouiderēq; debuissent, idq; nō dando magis, quam reddendo, quæ acceperint? Nihil enim est liberorū proprium, quod nō parentibus acceptum referri debeat: quiquidē, aut de suo illis largiti sunt, aut in rebus, quas possident, acquirēdis parādīs; causa adiuuantes extiterunt. Nunquid igitur pietatem & sanctimoniam, virtutum facilè principes, intra animorū fines cōtinent? imò eiecerunt in exilium, penitusq; relegarunt. Nam parentes in procreandis liberis Dei ministri fuerunt. Et qui ministrum contumelia afficit, eū pariter afficit contumelia, cui ministrat.

Nonnulli autem, qui maiora in parentum nomine decorando, eorūq; laudes prædicando dicere nō verentur, aiunt patrem & matrem reuera deos esse, qui quidem in animali gignendo æternum & immortalem Deum imitantur: sed hūc, Deum esse mundi, illos autem eorū, quos procrearunt. Fieri certē non potest, ut eum, quem sensus oculorum non percipit, piē sanctēque colamus, cū in eos, qui ante oculos versantur, quique sunt in proximo, simus impij. Haecenus quidem de patrum honore philosophatus, de priore quinario, qui diuinius est, finē dicendi facit. Posteriorē autem, qui ea, quæ vetatur in homines fieri, continet, descripturus, ab adulterio capit exordiū, propterea quod hoc scelus ac flagitium vel maximū existimet. Principiō enim fontem habet, libidinem: quæ quidem & corpuseorū, qui eam possident, vietum imbecillūq; reddit, & omnes animi neruos elidit, & facultates profus absorbit, & vniuersas res, quas attigerit, non aliter atq; ignis furens, incēdio vastat, & nihil in humana vita integrū relinquit. Deinde non modō persuadet adulterio, ut improbē iniustēq; faciat, sed docet etiā, ut rebus communione interdictis, communionē statuatur, idēq; facinus cū alio faciat. Nam cū huius perturbationis furor animū occupet, fieri nequit ut appetitus vno solo se expleat, siquidē oportet, duo facinus cōmuniter inter se patiatur, & alter magistri, alter discipuli partes suscipiat, quō intemperatā & lasciuia, duo mala turpissima scēdisimāq; exaturētur. Neq; enim istud licet dicere, quod corpus solū mulieris constupratē violetur, sed quōd animus eius, si verū dicēdum sit, magis, quā corpus ad alienationem affuescat: quippe cū virū omsino detestari, abhorrere, odiōq; prosequi didicerit. Ac minus profectō molestum esset, si odium perspicuē euidētēq; pateret (quæ enim aperta sunt, facilia sunt ad præcauendum) sed iam cū & malitiosæ fraudis inuolucris obtectū sit, & præstigiis ac fallaciis nō rarō opinionem amoris, ipsius naturæ planē contrariā, in animis hominū inferat, sicut difficile est ad suspiciandū, sic ad deprehēdendū nō magis facile. Tres porrō familias funditus euertit: vnā illius, qui vota de nuptiis factitata violare cogitur, spēmque sobolis ingnuæ sibi præcisam habet: duas verō alias, adulteri nimirū, & mulieris. Etenim horū vtriq; grauis cōrumeliæ, ignominia & maximi dedecoris nota inuritur: ac tæcti eorū cognatio latē pateat, & in multa cōiugia, atq; propinquitatis cōmunionem diffusa sit, hoc tamē scelus vndiq; serpens, non per eam solū, sed

etiam

etiam per vniuersam ciuitatē peruasurū est. Quinetiā anceps & incerta liberorū distinctio per multū habet molestia. Nam mulieris impudica soboles, cuius reuera patris sit, est planē ambiguū & obscurū. Postea dū res in occulto lateat, spurij, arrepto occupatōq; ingenuorū loco, stirpem alienam adulterant: & hereditatem, quæ opinione solū paterna est, nihil tamen ad ipsos pertinet, adeunt. Adulter autē, cū contumelias fecerit, cū animi perturbationē quasi eructauerit, cū vitiosam semen sparserit, cū cupiditatē expleuerit, relicta muliere aufugiet, & ex flagitio admissō, eōq; occultato risum captabit. Vir mulieris stuprata, utpote cæcus, nihil eorū, quæ in adib' gesta sunt, anima auertēs, inimicissimorū liberos, tanquam proprios ac suos curare fouerēq; cogetur. Quōd si scelus patefactum sit, miseri liberi, qui nihil deliquerunt, erūt infelicissimi: cū neutri generi, neq; illius, qui marrē duxerit, neq; eius, qui ei stuprū intulerit, verē possint attribui. Cū igitur iniqua viri cū muliere coniūctio eiusmodi pariat calamitates, adulteriū res est, nō modō odiosa, sed Deo planē detestabilis: & ob eam causam primo loco inter iniustē facta, quæ vetita sunt, à Moyse describitur. Sequitur præceptū secūdum de nō faciendo homicidio. Natura em̄, cū hominē animal cōgregabile, aptū ad societatem, & māuetū in primis generasset, ad cōcordiā, & vitæ societate cōuocauit, orationēq; dedit, quæ illum ad morū consensum & cōspirationē aggregaret. Quisquis igitur aliquē è medio tollit, sciat se leges naturæ & instituta, quæ præclarē & ad omniū vilitatē aptē descripta sunt, euertere. Sciat præterea se sacrilegij reum esse, qui sacratissimas Dei opes diripiat. Quis nāq; thesaurus augustior aut præstabilior homine? Aurū enim, argentū, lapides pretiosi, & alia quæq; illustris ac splendida materia, nihil aliud est, quā adificiorū inanimorū ornatus quidā inanimus: homo autē, animal omniū optimū, propter eā partē, quæ in eo præstātissima est, animū dico, est cælo, quod est natura purissimū, cōiectiūssimus, atq; ut plerisq; in ore est, etiā ipsius mundi genitor: quippe cū mentē consecutus sit, quæ est æternæ illius & beatæ ideæ imago & effigies ex omnibus rebus, quæ sunt in terris, maximē propria. Tertiū secūdi quinarij præceptū est: Ne fureris. Nā qui rerū alienarū cupiditate ducitur, cōmunis hostis ciuitatis est: qui voluntate quidē, omniū fortunas aufert, facultate autē quorūdam solū, propterea quōd eius auaritia longissimē serpit: cū tamē vires, propter imbecillitatē cōtrahant in

DD iiij angu

angustum, & ad paucos iniuria afficiendos sufficiant. Quotquot igitur fures vires allequuntur, integras ciuitates compilant, suppliciaque ideo contemnunt, quòd se censent legibus esse superiores. Tales sunt natura *ελιγαρχικοί*, id est, reipub. statum à paucis gubernatum amplectentes: qui tyrannidis & potentiae studio flagrant, furta faciunt ingentia illi quidem, sed tamen ea splendidis principatus imperiique nominibus reuera occultant. Quare quisq; ab incunte aetate discat, vt nullam rem alienam, ne minimam quidem clam surripiat. Nam diuturna consuetudo naturam superat: & res exiguae, si non reprimantur, ad ingentem magnitudinem crescunt & augentur. Vbi furto interdixerit, statim falsum testimonium dicere vetat, cum sciat falsos testes multis, magnis & perquam grauibus criminibus obnoxios esse. Nam primum sacrosanctam veritatem violant, qua nullae opes in vita angustiores: quae non aliter ac sol rebus lucem affert, ne vlla earum tenebris obscureretur. Deinde praeterquam quòd mentiuntur, res praeterea quasi nocte & caeca caligine inuoluunt, delinquentibus operam dant, iniuria affectis fruunt insidias: & quae neque viderunt, neque audiuerunt, neque norunt, pro certo se nouisse & intellexisse admodum asseuerant. Admittunt porro tertium scelus, superioribus multò grauius. Nam quibus lis sit in iudicio, hi cum rem nec verbis, nec scriptis demonstrare queant, ad testes confugiunt: quorum verba iudicibus pro regula sunt in his quidem rebus, de quibus sunt sententiam pronunciaturi. Istis enim solis attendendum est necessario, cum nihil aliud sit, quo rei veritas elici possit. Ex quo euenit, vt hi quidem, contra quos testes afferuntur, etiam cum superiores discedere potuissent, afficiantur iniuria. iudices autem, qui illis aduertunt animum, pro iustis & aequis iniusti iniquiq; habeantur. Scelus porro prorumpit ad impietatem. Nam non est mos vt iniurati, sed cum iureiurando maximè terribili atq; horrifico sententiam dicant: quod planè multò magis violant illi, qui fraudem aliis faciunt, quam hi, qui per inscitiam in errorem delabuntur. Quandoquidem horum error non voluntate fit: at illi rem certam veramque scientes oppugnare conantur, dedita opera peccant, & sententiae suae aduersarios ad idem facinus impellunt incitantq;, non animaduertentes, quam rem moliantur: vt scilicet qui nihil commeruerint, supplicium subeant. His igitur de causis mihi videtur Deus falsum testimonium prohibuisse. Ad extremum cupiditatem verat, quam

scit

scit & rebus nouis studere, & insidias tendere solere. Nam quamquam omnes animi perturbationes graues sunt, ipsumque animum contra naturam commouent, exagitant, & ad se redire non sinunt, grauisissima tamen omnium est cupiditas: propterea quòd aliae quaeque cum à rebus, quae foris sunt, introeant in animum, & extrinsecus allabantur, videntur esse non voluntariae: sola autem cupiditas à nobis ipsis initium sumit, & est voluntaria. At quid tandem est, quod dico? Species boni, quod adest, quòdque in numero bonorum ducitur, animum conuiescentem excitat, erigit, & in sublime admodum tollit, non aliter quam lumen suo splendore oculos feriens ex improviso. Atque haec eius perturbatio, voluptas nominatur. At malum, quod bono repugnat, quando plagam exquisitè directam violenter incusserit, ipsum animum statim vel inuitum tristitia & mero cum malum nondum in animi domicilium introuissum, vrgeat, sed post aduenturum sit, ad eamque rem se sedulo parat, duas nefandas nuntias, formidinem & sollicitudinem anxiam, quae animum perterrefaciant, praemittit. Atque haec perturbatio metus nuncupatur. Vbi verò aliquis, boni non praesentis notione animo percepta, ipsum bonum assequi experat, animi vires longissimè profundit, & dum id, cuius teneretur desiderio, quasi manu praehendere quam maximè contendit, tanquam rota affixus, raptim agitatur. Ac dum ocyus fertur ad consequendum, imbecillitate retardatur, quò minus ad id, quod vult, aliquando perueniat. Idemque illi accidit, quod his, qui aufugientes persequuntur, qui licet celeritate ac cursu minus valeant, prope assione tamen sunt superiores. Similis est ratio sensuum. Nam oculi saepenumero, cum rem visam, quae longiore intervallo distat, comprehendere properent, cumque suam aciem nimium intendant, seque supra vires profundant, inaniter ac frustra feruntur, in accurata, rei subiectae comprehensione decepti: atque adeò violento & acri coniectu debilitati, hebescunt. Rursus cum strepitus obrusus longiore spatio delatus sit, aures excitatae & imperu in precepta actae, aduolant, festinant, vt propius, si fieri possit, accedant, auiditate inflammatae sonum auditione verè percipiendi. Sonus autem, vt videtur, (est enim adhuc obscurus) concidit, nihilque affert adiumenti, quò res vlla planius intelligatur: adeò vt percipiendi desiderium, quod neque in perficiendo facultatem, neque in excurrando modum habet,

DD v magis

magis magisque incendatur, dum cupiditas menti cruciatu m
Tantali inurit. Ille enim res singulas, quarum amore exarde-
scebat, cum veller attingere, falsus est opinione: qui quidem cu-
piditate superatus, & perpetua rerum absentium siti confectus,
dum inani appetitione volutabatur, nunquam satiatus est. Ac
sicut morbi, qui natura sua serpere dicuntur, nisi vel secando, vel
vrendo, præpediti fuerint, pererrant, & vniuersam corporis cõ-
pagem occupant, nullo membro integro & intacto relicto: sic
nisi ratio præceptis philosophiæ instructa, tanquam bonus me-
dicus, cupiditatem diffluentem coërceat, omnes res ad vitæ vsum
accommodatæ contra naturæ regulam de statu suo necessario
dimouebuntur. Nihil enim excipitur, quod hanc perturbatio-
nem possit effugere: sed cum impunitas ei & facultas suppetat,
omnia depascit, per omnia grassatur. Verum ineptum est for-
tasse de rebus tam perspicuis longum sermonem instituire: quas
quidem non modo in dies singulos, sed (propè dixerim) in sin-
gulas horas certa, euentiaque suæ naturæ indicia omnium
oculis subiicere, quis homo est aut quæ ciuitas, quæ ignoret. A-
mor enim vel pecuniæ, vel mulieris, vel gloriæ, vel rei alterius
cuiusquam voluptatem parientis, nunquid exiguum aut le-
uium malorum autor & causa existit? An non hinc cognatorum
animi abalienantur, naturali necessitudine ac benevolentia in
capitale odium conuersa commutatæque? An non ingentes re-
giones magna hominum multitudine frequentatæ, seditioni-
bus intestinis & civilibus vastantur? An non terra marèq; pro-
pter prælia naualia, & pedestres pugnas nouis semper calami-
tatibus redundant? Nam pestifera bella Græcorum & Barbaro-
rum, quæ vel domi ciues inter ipsos, vel foris alteri contra alte-
ros suscipiebant, ex vno cupiditatis fonte, dum vel pecuniæ, vel
gloriæ, vel voluptati nimis studebant, omnia profluxerunt. Ista-
rum nanque rerum cura conficitur humanum genus. Sed de
his satis multa. Neque illud ignorare debemus, decem præce-
pta, legum omnium, quæ singillatim in vniuersa legum descri-
ptione sacrarum literarum monumentis comprehensa, expli-
cantur, capita & quasi fontes esse. Primum enim vim earum le-
gum, quæ ad monarchiam spectant, continet. Istæ autem com-
monstrant, vnum mundi autorem esse, principem ac regem
vnum, qui salutariter regit & gubernat vniuersa: cuique oligar-
chiam & democratiam (quæ sunt reipub. pestes apud homines
improbissimos ex confusione quadam & auaritia natæ) è celo,
quod

quod est natura purissimum, penitus exegit. Secundum, sum-
ma est omnium, quæ de simulachris manu factis sancitæ sunt:
quod quidem neque simulachra, neque signa, aut statuas, (quo-
rum pingendi fingendique artes sunt effectrices improba) fa-
bricari, neque fabularum commenta, neque deorum nuptias,
ortusve, neque fata grauiæ & inexplicabilia, quæ vtramq; rem
commitantur, admittere sinit. Tertio subiiciuntur tum ea, quæ
sub iusiurandum cadere non debent, tum de quibus iurandum
est, & quo tempore, quove loco, quis, & quomodo affectus & ani-
mo & corpore, & quæ denique de iis, qui vel rectè iurant, vel se-
cus, ex Dei oraculo edita sunt. Quartum autem, quod de septi-
mo die celebrando traditur, nihil aliud putandum est, quam
summa festorum, & earum rerum, quæ ad singulorum dierum
expiationem pertinent. Continet præterea cultum eorum, quæ
asperiones expiatoriæ, vota propitia, & hostiæ adulæ dicuntur.
Septimum illum dico, cum qui est cum senario, numero ad pro-
creandum aptissimo, coniunctus, tum qui est absque senario:
qui quando illi adiicitur, vnitati similis est. Quorum vtrique
festa attribuit assignatque Moyses: vnitati quidem, festum pri-
mæ diei mensis, quod tubæ præsignificant, & ieiunium, quo ab-
stinencia ab esculentis & poculentis præcipitur: & illud etiam,
quod Hebræi patrio sermone Pascha nuncupant in quo populus
vniuersus, singuli pro se separatim sacrificant, neque expectant
suos sacerdotes, cum lex genti vniuersæ sacerdotij functionem,
vt videlicet quorannis, vno quodam statuto die, munus quisque
obeat sacrificandi, concedat. Quinetiam illud, in quo manipu-
lus offertur ad gratias agendas pro fertilitate vbertatèque ter-
ræ campestris à spicarum plenitudine profecta. Et ab illo die
eum, qui septem hebdomadis expletis, quinquagesimus nume-
ratur, sacrum esse vult: in quo mos est panes producere, qui pro-
priè primarum frugum vocantur: quandoquidem sunt primi-
tiæ germinum & fructuum alimenti mansueti, quod Deus ho-
mini, animali omnium mansuetissimo largitus est. Septenario
item maxima festa, & ad multorum dierum spatium celebra-
ta, quæ ad vtrumque æquinoctium, vernum & autumnale agun-
tur, attribuit, duo duobus temporibus festa assignans, & vtrūq;
ad dies septem agendum statuens. Verno alterum, quò semina
terræ mandata pubescant, perueniantque ad maturitatem: au-
tumnali alterum, cum ad aliorum omnium fructuum, tum ad
eorum, quos arbores extulerunt, perceptionem. Septem dies

non sine causa septem mensibus vtriusque æquinoctij tributū sunt, ut quisque mensis honorem eximium obtineat, vnum diem scilicet sacrum & solennem, quo homines illo intermissionis otio latitiam & oblectationem animis capiant. Extant etiam aliæ leges præclare admodum ad morum mansuetudinem & communitatem vitæ constitutæ: quæ etiam homines ad animi facilitatem æquabilitatēque cohortantur. Quarum aliæ sunt de septenario celebrando à nobis supra posito: sicut est illud præceptum, ut omnem agrum interquiescere permittant, & neque semen spargant, neque arent, neque arbores purgent amputentve, neque alia munera, quæ spectant ad agriculturam omnino exequantur. Loca enim tum campestria, tum montosa sex annis ad fructus proferendos, & ad vectigalium pensionem laborata, intermissione donantur, quò se colligerēt, & in libertatem quodammodo vindicarent, naturæque tanquam vacationem concessit. Aliæ sunt de anno quinquagesimo, in quo & ea, quæ modo commemorata sunt, perficiuntur, & illud etiam, quod est necessarium maxime, ut hæreditates sorte diuisæ ad familias, quæ initio eas possidebant, restituantur: quæ res & humanitatis plena est, & iustitiæ. Quintum præceptum, quod de parentum honore datum est, multas leges, easque necessarias tacite indicat innuitque: nimirum illas, quæ de senibus, & iuuenibus, quæ de principibus & subiectis, quæ de his, & qui beneficia dant, & qui accipiunt, quæ denique de seruis & dominis conscriptæ sunt. Nam parentes superiorum partes obtinent & locum, in quo sunt senes, principes, benefici, & domini: liberi autem personam gerunt inferiorum: in quorum numerum referuntur iuvenes, subiecti, beneficii affecti, & serui. Multa etiã alia in hoc præcipiuntur. Iuuenibus, ut senectutē amplectentur: senibus, ut iuuentutis curam habeant: subiectis, ut pareant principibus: principibus, ut utilitati subiectorum consulant: his, qui beneficia acciperunt, ut sint ad gratiam referendam propensissimi: illis, qui conferre incipiunt, ut non sicut in scenerando fieri solet, quæstum aucupentur: seruis, ut amanter & beneuolè dominis ministrēt: dominis, ut mansuetè & benignè erga illos se gerant. Ex his illud, quod inæquale est, traducitur ad æqualitatem. Ac prior quinarium in istis concluditur, formamque legum summam comprehendit: legum verò singillatim in species diuisarum non exiguus est numerus. Posterioris autem primum caput est, quod contra adulteros sancitum est: cui multæ subiiciuntur præceptiones:

ut

ut ea, quæ est contra eos, qui violant virgines, & illa, quæ turpi puerorum amore flagrant, condemnat, & quæ homines, qui vitam lasciuia & luxuria diffluentem degunt, quique intemperanti congressu & complexibus nefandis se contaminant, perspicue coarguit. Has species describit Moyses, non ut varias & multiplices intemperantiæ formas antè oculos ponat, sed ut eos, qui turpiter viuunt, apertissimè reprehendat: & ut probra frequentia eorum auribus inculcentur, propter quæ erubescant. Secundum caput homicidium verat, ad quod referuntur omnes leges, quæ de vi, de contumelia, de plagis, de vulneribus, de membris mutilatis necessariò & magna cum omnium utilitate latæ sunt. Tertium est de non furando: cui subiiciuntur ea, quæ de fraudandis creditoribus decreta sunt. Item de negatis depositis, de societate improba, de rapinis impudentibus, & breuiter de omni auaritiæ genere: unde nonnulli inducuntur, ut vel palam, vel ex occulto res alienas seponere & ad se vocare velint. Quartum de non dicendo falso testimonio: cui multa adhaerent, ut non quenquam fraudare in animum inducamus: non calumniari, non delinquentibus subsidio venire, non efficere, ut fides sit tanquam inuolucrum perfidiæ. De quibus vniuersis leges propriæ & ad ipsa accommodatæ constitutæ sunt. Quintum cupiditatem, quasi fontem improbè factorum, cohibet: ex quo deriuantur actiones sceleratissimæ: priuatæ, & publicæ: parua & magna: sacra & profana, quæ in his rebus versantur, quæ sunt corporis, quæ animi, quæque extra posita dicuntur. Nihil enim est, ut supra diximus, quod cupiditatem possit effugere, sed ut flamma in siluam incidens irruensque, omnia consumit, conficit, depascit. Multa verò de his, quæ sub eam cadunt, præcipiuntur, non ad admonitionem solum, qua mores corrigantur, verum etiam ad contumaces & præfractos homines coercendos, qui vitam suam vniuersam perturbationibus quasi constringendam dederunt. Atque de posteriore quinario ad expletam perfectamque declarationem decem præceptorum, quæ Deus ipse tanquam oracula diuinitus edidit, satis multa dicta sunt. Erat enim eius naturæ consentaneum, ut ea, quæ sunt legum in varias species tributarum capita, propria persona ac sua sanciret: leges autem, quæ singillatim editæ institutæque sunt, per prophetam omnium summum perfectissimumque traderet. Cui quidem cum primas detulisset, diuinòque eum compleisset spiritu, suorum oraculorum illum sibi delegit interpret

terpretem. Sequitur iam, ut causam exponamus, ob quam decem siue præcepta, siue leges simpliciter iubendo vetandóque proposuerit, ac nihil pœnæ contra eos, qui essent eadem violaturi (sicut legum latoribus in more positum est) omnino definiuerit. Deus quidem erat, rectus & bonus dominus: mali nullius, sed solum bonorum autor. Idcirco cum suæ naturæ coniunctissimam existimaret, salutaria iubere, nulla pœna admixta, nullius supplicij participia (quò nemo temerarium mentis impetum secutus, inuito animo, sed recto consilio ac ratione adductus, sua sponte ac voluntate optima deligeret) non censuit leges cum pœna statuta, sancendas esse. Nec tamen maleficis impunitatem largitus est, sed nouit iustitiam (quæ ei in consilio assidet, quæque res humanas intuerur) utpote natura sua prauitati aduersariam, non conquieturam aliquando, sed perinde atque illud opus sibi propriè attributum haberet, delinquentium errata supplicio vindicaturam. Nam quemadmodum par est, ut Dei ministri ac præsidēs non aliter, atque belli duces, his qui de statione, in qua sunt locati, decedunt, iustitiæque quasi aciem deserunt, præficiantur, qui quidem illos delinquentes coercerent: ita certè conuenit, ut magno & præpotenti regi communis vniuersitatis salus & incolumitas commendetur, qui & pacem conferuet, & omnia eius commoda omnibus ubique semper affatim & copiosè suppeditet. Deus enim reuerà pacis moderator est: eius autem ministri bello gerendo præficiuntur.

PHILONIS IVDÆI, De magistratu, siue principe deligendo.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.

NONnulli parum multitudinis utilitati consulentes, suadent, ut magistratus sortitò capiantur. Sors enim non virtutem, sed prosperum fortunæ casum declarat. Nam multi sæpenumero honoribus nec promerentes potiti sunt: quos quidem vir bonus, ubi imperium sit cõsecutus, vetat, quò minus vel in numerum eorum,

eorum, qui imperio parent, referantur. Etenim qui parui principes, seu magistratus apud quosdam dicti sunt, quos dominos appellant, seruos aut vernas, aut emptitios non omnes quidem, quos poterunt, sed eos solos, qui dicto facillè audientes sunt, ad sua opera faciendâ secum sæpenumero abducere: alios autem, qui sunt moribus adeò insanabiles, ut indigni videantur, qui bonis viris inseruiant, gregatim non raro diuendere solent. Non conuenit igitur dominos ac moderatores, qui sunt vniuersæ ciuitati, & genti præfuturi, sortitione, tanquam lubrico fortunæ casu (quæ est res planè incõstans & instabilis) deligi. Quin in his, qui ad ægrotantium curam adhibentur, sorti nihil loci relictum est. Nam medici non sorte deliguntur, sed ipsa experientia spectari solent. Et ad prosperum nauigantium conseruationemque, non qui sorte munus gubernandi acceperit, statim ad puppim mittitur, quippe qui sit etiam in serenitate tranquillitæque per incitiam naufragia fortè facturus, sed qui à primo tempore ætatis arte gubernandi videatur accuratè institutus fuisse. Atque hic quidem est, qui aut omnia, aut quàm plurima saltem maria nauigando persèpè traiecerit: qui emporia, portus, ostia maris, sinúsque angustos, siue in insulis, siue in continenti fuerit illi quidem, diligenter lustrauerit: qui itinera maris non minus, quàm terræ, imò verò magis ex accurata cælestium siderum consideratione perdidicerit. Nam astrorum cursus obseruando, constantésque & ratos eorum motus sedulo sequendo, poterit, cum à recto cursu aberratum fuerit, ad certam & directam viam insistendam redire: quo fit, ut humanum genus, quod terram incolit, per mare, quod ad nauigandum factum est, rem planè omnium periculosissimam, transare queat. Quotus ergo quisque est, qui cum vel ciuitates magnas regere, easque multis hominibus frequentatas ac plenas habitatorum, vel respublicas capeffere: rerumque priuatarum, publicarum, ac sacrarum curam (quam si quis artem præstantissimam, & scientiam omnium facillè principem appeller, non planè aberrauerit) suscipere instituat: incerto & ancipiti fortis casu munus illud ponderare voluerit, exquisita veritatis trutina relictæ? Veritatis autem trutina, sunt argumenta, quæ ex ratione ducuntur. Ista igitur vir sapientissimus Moyse mète circumspiciens, magistratum, qui sortitò creantur, ne mentionem quidem fecit: sed eorum, qui mādantur suffragiis, autor ac fauor esse cogitauit. Ait igitur: [Constitues super te principem,

non

diffolubili vinculo ad coherentiam copulat, à quibus etiã ipsum, regio more, vndiq; stipatũ est. Ait porro Moyses, principi legitimo æqualitatẽ colẽti, incorrupte ac verẽ iusta æquãq; iudicãri, omni cura & cogitatione in legũ præscripta inquirenti, imperij diuturnitatem, præmiũ esse propositũ: non quod vita multorum annorũ ei in repub. administrãda à Deo tribuatur, sed vt doceãtur ignari & imperiti rerũ principẽ æquũ & legitimũ, quãuis excedat è vita, propter res gestas, quas tanquã suæ probitatis monumẽta, quæ nulla voquã delebit obliuio, reliq; ad immortalitatẽ diutissimẽ victurum. Est præterea illius qui summũ maximũq; magistratum in repub. gerit, vicarios seu socios sibi deligere: qui & administrationi & iudicio, & aliis deniq; rebus procurãdis, quæ ad cõmunem pertinet vtilitatẽ. vnã præsent. Nam vnus, etiã si studio paratissimo sit, & corporis animiq; robore maximẽ omnium polleat, nõ satis habet viriũ ad magnitudinẽ multitudinẽq; negotiorũ, quæ quotidie tã crebra, alia aliũde, afferũtur, sustinẽdam, nisi sibi (cui quidem arrogãtia, non solũ detestãda, sed vt malũ omnium maximũ maximẽq; infestũ, habẽda odio est) eos adiunctos habeat, qui præ cæteris prudentia, viribus, iustitia, & pietate præstare videantur. Isti enim erunt adiutores ac socij ad probũ præstantẽq; virũ, qui est reipub. negotijs vehemẽter oppressus. subsidio leuãdum recreãdũq; maximẽ idonei. Quin etiam cùm causarum alia grauiores sint, leuiore alia, has quidẽ ne rebus parui momẽti conflictetur, magistratibus inferioribus non absq; causa debet committere: illarũ autem, ipse necessariò animaduersor sit longẽ accuratissimus. Causæ grauiore sunt illæ quidẽ putãda, non vt quibusdã placet, cùm nobiles cũ nobilibus de iure disceptant, aut cum locupletibus locupletes, aut principes cũ principibus, sed cõtrã, cùm priuati, egẽtes, & inglorij cum potẽtioribus controuersiam habẽt: vbi in iudice sola spes sita est, nimirũ vt nihil intolerabile indignũve subeãt. Vtriusq; rei exẽpla, quæ sanẽ imitari præclarum est, in sacris legibus reperiuntur. Erat enim tẽpus aliquãdo, cùm solus Moyses iudicia administrauit, seq; à primo vsq; mane ad vespẽrã iisdẽ fatigauit: at nõ multò post, socer eius, cũ videret, quãto & quãm graui negotiorum onere premeretur, dũ qui lites, alter alteri, intẽderãt, semper confluebãt, optimũ ei consiliũ dedit, vt vicarios seu socios sibi deligeret: quò hi quidẽ de rebus leuioribus deciderent, ipse autẽ in grauiore inquireret, sibiq; tẽpus ad se colligẽdũ daret.

Quiq;

Quibus verbis persuasus Moyses (habebant enim non parum vtilitatis) spectatissimos viros ex vniuersa multitudine elegit, eosq; rectores simul & iudices constituit: præcepitque vt ad se referrent rerũ iudicia grauiorum. Hunc descriptum ordinẽ sacrosacẽti libri continet ad principes ac magistratus cuiusque ætatis erudiẽdos. Primũ ne consiliarios reiiciant, quasi ipsi satis habeãt virium ad omnia suapte ingenij acie circũspiciẽda, cùm Moyses omnium sapiẽtissimus ac sanctissimus eos minimẽ fuerit aspernatus. Deinde, vt secundos & tertios rectores deligant: eo quidẽ animo, ne ipsi rebus leuiculis defatigati, grauiore magisq; necessarias negligãt. Fieri enim nequit, vt natura humana omnia assequatur. De vno quidem exẽplo dictũ est. Alterius iam faciendã est fides. Eas lites, quæ sunt humiliorũ abiectiorũq; dixi esse grauiore. Imbecilla res, vidua, pupillus & aduena. Horum causas summũ regem, & eum, qui omnium præficitur imperio, disceptare oportet. Nam, vt apud Moysen est, huius vniuersitatis moderator Deus, eos non à sua æqua iurisdictione reiicit. Etenim cùm propheta virtutes Dei prædicat ad hũc modum, Deus magnus & potẽs, qui nõ accipit personam, neq; munus recipit, iudicium faciens, adiũgit, Quibus est iudicium? nõ præsidibus & tyrãnis, & his qui terræ marisq; dominatu potiti sunt, sed aduena, pupillo, & viduẽ. Aduena, quia cognatos, quos solos adiutores habuisse cõuenerat, hostes sibi implacabiles reddiderit, dum à fabularũ cõmentis, & à multorum deorum imperio (quas res permagno æstimarunt parẽtes, aui, maiores, & omnes qui sanguinis cõmunionem cum eo, qui hanc præclarã migrationem fecerit, cõiuncti erãt) se ad veritatẽ transferebat. Pupillo, quia patre & matre, qui sunt natura adiutores propugnatorẽsq; orbatus sit, atq; adeò facultate quæ sola est ad auxilium ferendũ necessaria, destitutus. Viduẽ deniq; qui a viro, qui parentũ loco tum curã illius, tum patrocinium susceperat, priuata sit. Nã eãdem partes viro tribuuntur in tuẽda vxore, quæ parẽtibus in virgine. Ferẽ etiã vniuersa Iudæorum gens locũ obtinet pupilli, si cũ cæteris omnibus cõparetur. Hæ nãq; cùm calamitates vrgeant, modò cælitus nõ fuerint inuectæ, propter crebra inter ipsas vitæ cõmercia non destituuntur illis opitulatoribus, qui cõmuniter ipsis inseruiant. Illi autẽ genti, cùm peculiaribus institutis ac legibus viuat, nemo est, qui opem ferat. Nam homines ex ea editi, graues quidẽ sunt necessariò: vt pote qui tanquam oleo seipfos tinxerint ad

E E ij sum

summæ virtutis professionem. Et quod graue est, seuerum esse solet: à quo magna pars hominum, propterea quod voluptatis censeatur illecebras, abhorrere videtur. Attamē Moyses ait, Deum vniuersi rectorē, cui gens ista se totā dicauerit, eius orbitatem & solitudinē commiserari: quandoquidē ea sola ex vniuerso hominū genere Deo procreatori & parenti, quasi primitiæ, tributa est. Causa quidē est iustitia eximia virtusq; eorum, qui autores huius gentis extiterunt: quæ res non aliter, atque immortales planta, permanentes, fructum perpetuò florentē, posteris salutarem, & omnibus vtilem (modò ipsi se vitiiis, nō quæ nullam recipiunt curationē, sed quæ sanabilia sunt, solum contaminauerint) producant. Neq; quisquam certē, qui nobilitatem in numero perfectōrū bonorum ducit, rectē facta contempnat: sed sic putet potius, eum in grauius odium meritò incursum, qui ex optimis ortus parentibus, suæ vitæ ac morum vitiositate illis turpitudinis maculam asperferit. Nā cum domestica probitatis habeat exempla, quæ sibi proponat ad imitandam, & nihil inde ad salutarem vitæ institutionem excipiat, vehementer culpandus est. Lex porrò homini patrociniū ac curam reipub. suscipienti rectissimè interdicit, ne in gente dolose incedat, Nam fraudulentis morēs sunt animi illiberalis & abiecti, simulationis tenebris facinus admissum obtegentis. Princeps enim sic illos, qui suo parent imperio, tueri debet, vt parens liberos: quò ipse ab illis etiam, tanquā ab ingenuis filiis vicissim colatur. Ac propterea cōmunes ciuitatum, ac gētium quasi parētes (si verū dicendum est) sunt boni principes & magistratus: qui parem, imò verò maiorem interdum beneuolentiam erga suos declarant. Sed qui ad perniciem ac damnū eorū qui reguntur, magnos sibi principatus acquisuerunt, non principes, sed hostes appellandi sunt: quippe cū ea moliantur, quæ capitales & infesti inimici soleant. Quinetiam qui astutē & ex occulto faciunt iniuriā, sunt deteriores his, qui apertè nos oppugnant: siquidē hos facile propulsare licet, cum simultatē suis quasi integumentis euolutam palam ostēdant. At illorum improbitas, cum alienum apparatus, tanquam in theatro, quò minus verè, qui sint, cognoscantur, sibi assumant, agrè percipi deprehendive potest. Atq; principatus ac magistratuum genera sola magnitudine ipsa inter se discrepantia, per vniuersas (prope dixerim) vitæ partes manant ac funduntur. Nam quòd rex est ciuitati, idem est pago primarius, familiæ dominus, medi-

cus

cus agroris, dux exercitui, nauarchus classiariis, & mercibus: nauib⁹ mercatoriis & onerariis nauclerus: gubernator nautis. Quibusquidē omib⁹ potestas est vel bene de suis promerēdi, vel malè. Velle autē debēt, quod melius est: ac melius profectò est, prodesse quibus poterūt, nemini obesse. Est enim istud, Deū sequi. Quandoquidem licet illi facultas suppetat vtrumq; prestandi, vult tamen ea sola, quæ bona sunt. Argumento est mūdi ortus, & eius gubernatio. Nam quæ nō erat, euocauit in lucē, vt essent: ordinē exinordinato: qualitates ex his rebus, quæ iisdē carebant: ex dissimilibus similitudines: ex disparibus naturis, pares & in idem coherentes: ex rebus à cōmunitate & concētū abhorrentibus, cōmunitates & concētus: ex inæqualitate, vt ita dicam, æqualitates: ex tenebris deniq; lucē efficiens. Illi enim & beneficis eius ministris semper curæ est, vt deterioris naturæ erratū in meliorem rationem cōmutent cōuertantq;. Par est igitur bonos principes ac magistratus, si qua illis cura sit, vt Dei similes efficiantur, ista sedulo imitari. Ac cū infinita ferè fiat, quæ præterfluunt & mentis humanæ acie fugiunt, vtpote quæ in tantā sensuum turbā, quæ falsis opinionibus eam a vero abducat, inq; fraudem illiciat, illigata sit, imò verò in corpore mortali (quod sepulchrū propriè appellari potest) condita & quasi humata, nullum iudicē pudeat fateri se nescire, quod nesciat. Nam primū, qui mentitur, ipse seipso fit deterior, cum ex animo veritatem, tanquā in exilium eiecerit. Deinde verò, dum cæcā suam noticiam palam ostendit, eos de quibus habetur iudicium, propterea qd ea parum videt, quæ iusta sunt, infinis certè afficiet incōmodis. Quando igitur obscuritas ipsarū rerum, quæ sua natura magnas tenebras menti offundunt, impedimento est, quò minus percipiuntur, earū indicia ab se reiciat, referatq; ad iudices solertiores. At quosnā alios istos esse putemus, quàm sacerdotes, & eū qui primas inter illos tenet? Etenim veri & ingenui Dei ministri, sunt acuta admodum mentis indole imbuti ad discernendum: & quia Deus ipse, summus eorum rex ac dominus, exquisitissima acie, quid agant, obseruat, erratum etiam, quod alioqui perexiguū est, non exiguum ducunt. Quapropter omnibus sacerdotibus præceptum est, vt nec vinum, nec quod inebriare possit, bibentes, victimas offerant, ne vllum erroris & delirationis venenum irrepens in animum, eius oculos cæcet. Fortasse etiam quòd qui verè sacerdos sit, statim sit propheta: neque genere magis quàm virtute

E E iij ad

ad Dei cultum & obseruantiam accedit. Prophetę autem nihil obſcurum eſt & incognitum: quippe cum ſolem ſola cõprehenſum cogitatione, & radios, quos nulla vrabra opacare poterit, in ſe contineat: quibus certę ea, quę ſenſum fugientia, ſola mēte percipiuntur, euidentiffimę comprehendat. Rurſum, qui ſunt menſuras, pondera, & ſtateras tractaturi, vt mercatores, cauponēs, circũforanei, & qui aliis merces vendunt ad viuendũ neceſſarias, ſiue ſiccę illę ſunt, ſiue humidę, à præfeſtis fori reguntur illi quidem: ſed deberēt, modò homines moderati tēperatĩ; eſſent, ipſi ſibi imperare, nec metu, quę æqua ſunt, ſed ſua voluntate facere. Nam rectę factum, quod noſtri ipſorum animi inductione fit, omnino præſtabilius eſt, quàm quod neceſſitate coacti facimus. Quocirca iubet cauponibus, mercatoribꝰ, & aliis, qui eiufmodi vitę genus delegerunt, vt æquas ſtateras, menſuras, & pondera ſibi cõparent, nihilq; per fraudem moliantur, quò emptores damno afficiant, ſed ex animo liberę & ſyncerę ſingula & dicant, & agant: illud mentes complectentes, in quos quęſtus ad perniciem valere maximę: diuitias cum æquitate partas, nunquam nec eripi, nec ſurripi poſſe. Et quoniam mercedes opificibus, propẽſę ſolertĩsq; indiſtrię præmia proponuntur (nam qui ſunt in egeſtate, hi opus faciunt, non illi, qui in magna rerũ abundantia viuunt) præcipit, ne illis differatur ſolutio, ſed eodem die operis merces præbeatur. Nam abſurdum eſt, vt locupletes ex illis rebus, quę inopibus ſupperũ, fructum capiant, & ipſi, cum omnibus copiis circũfluuant, gentes contrã, non pro eodem illicò remunerẽtur. An non iſta manifeſta ſunt exempla, quę intuentes maiora ſcelera præcaueant? Qui enim nõ ſiuit mercedem debitã omnino procrastinari, ſed veſperam ſtatutam eſſe voluit, ad quem opifex, præmio laboris accepto, domũ abire debet: an non idem multò antea, rapinam, furtũ, fraudationem creditorũ, & quę ſunt eiufmodi generis, verabat, quò animũ ad ſpectatas probitatis formas ac ſpecies percipiẽdas inſtrueret pulchręq; informaret. Eſt illud itē præceptum præclarę, ne quis iniuriã acceptã, etiã cum poſſit, memoria teneat, neq; par pari propterea referat, neq; quenquam cõuitio probrisve afficiat, & maximę quidem ſurdum. Nã pugna eſt illa quidem omnĩũ iniquiſſima, cum altera pars in agendo, altera in patiẽdo ſolũ verſatur. Ac perinde faciunt illi, qui obices cæcis opponunt, aliãsq; res ante pedes præiiciũt, atque hi, qui mutis, & auribus captis maledicunt. Nam cum

illas

illas propter ignorationem tranſgredi nequeant, neceſſe eſt eos in hæc duo incommoda incidere, vt & à via aberrent, & pedum lædant veſtigia. Illorum ergo animis, qui eiufmodi rerũ cum inuẽtores, tum æmulatores ſunt, lex metum, quem Deus ipſe minatur, iniicitũque merito & accommodatę. Nam eos, qui ſibi ipſis ſuccurrere non valeant, ſolus ille manu ſua protegit defenditq;. Atque iniuſtę facientes ſic ferẽ coram affatur. Quid ſulti? vos ne, me neſciente, peccare vos poſſe arbitramini? Qui certę cum eorum calamitates irrideatis, & peccatis in eas res, quibus eos miſerę afflicti contigerit, in aures ſcilicet, maledictis, in oculos, obicibus ante pedes proiectis, Deum, qui omnia oculis intuetur ac luſtrat, nunquam celare poteritis. Qui etiam miſerorum res aſperas afflictiãsq; perinde inſectamini, ac ſi vos non ſitis pares calamitates ſubituri: vti videlicet tum corpus omni morborum genere captũ oppreſſumq;, tum ſenſus penitus fractos diminutõsq; habeatis. Qui quidem exiguę & leuiculę rei cauſa non languescunt modò, ſed eas etiam perferunt debilitates, quę nõquam in integrũ reſtitui queant. Eos igitur, qui ſui ipſorũ obliuati ſunt, & ſibi plus honoris & glorię vendicant, quàm, quod humanę naturę imbecillitati debeat, & incertas atque improuiſas fortunę inſidias (quę ſepe numero fulmina ex inopinato iactat, & eos qui ſecundo vitę curſu vtuntur, in ipſo ſcœlicitatis portu euertit) omnino effugiſſe ſe credunt, quid attinet ſe inſolenter efferre, & in aliorum miſerias ſupramodũ inſultare? Cur non iuſtitiam potius, tum quę Deo omnĩũ rectori ac duci aſſidet, tum cui ea datur facultas, vt etiam, quę in recessus abduntur, non aliter, ac ſi in clara ſolis luce eſſent poſita, vigilantĩ & peracutã oculorũ acie conſpiciat, admodũ reuerentur? Iſti mihi videntur propter nimiam crudelitatem, ne à mortuis quidem abſtinere manus, ſed quod vulgò in prouerbij cõſuetudinem abiit, mortuos matrare non vereri. Nam in membra, quę ſunt iam quodammodo mortua (oculi enim, qui nõ cernunt, mortui ſunt, & aures itidem, quę non audiunt) vſq; eo inſultadum, contumelioſęquę inuadẽdum ſtatuunt, vt in eũ cuius hæc ſunt membra, etiã ſi ex hominum numero deletus eſſet, feram immanitarẽ, & animũ implacabilem declararent: nec quicquam humanitatis commiſerationisve (quę duo etiam hoſtes in crudeliſſimis bellis erga mortuos ſeruare ſolent) erga eum præſtarẽt. Sed hæc hæc tenus. Deinceps concẽtum quendã ſimiliũ præceptorũ tradidit.

EE iiiij his

his verbis : Non facies iumenta tua coire cum alterius generis animantibus : non vineam seres diuerso semine : vestimenta ex duobus contexta (opus planè adulterinum) non indues. Primum præceptum annumeratur ex legibus, quæ contra aduteros, latæ sunt, quò sceleris turpitudine magis ante oculos proponatur : videlicet ne alienis nuptiis, non modò conjugum mores violando, verum etiam bonam spem ingenuæ sobolis propagandæ penitus præcidendo, aliquando struamus insidias. Nam qui animalibus rationis expertibus coitu eorum, quæ sunt alterius generis, interdixit, videtur fibras adulterij radicibus euulsiſſe. Ad eas item leges, quæ iustitiæ sunt propriæ, hoc ipsum etiam referri potest. Neque est recusandum, quò minus vnam eandemque rem, si qua ratione fieri possit, ad plura accommodemus. Par est igitur, ea, quæ communione coniungi possunt, in vnum cogere. Quæ enim sunt generis vnus, ad communitatem nata sunt : siquidem contrà, quæ sunt diuersi, à coniunctione communionèque abhorrent. Quibus quidem si quis nefarios congressus admiscere molitur, iniquus est, & legem naturæ euertit. Lex etiam, quæ verè sacra est, tanta vtitur cautione in æquitate tuenda, vt ne agrum animalibus, quæ sunt robore disparia, arari permittat : sed veter, quò minus asinus & bos simul iugati arantur : ne animal : quod imbecillius est, præpotentibus robustioris viribus, magis eniti & contendere coactum, defatigetur ac penitus succumbat. Atque tametsi bos animal robustius in numero mundorum animalium ponitur, asinus autem, imbecillius animal, in numero immundorum : tamen illis animalibus, quæ videntur deteriora, vtilitatem, quæ ex æquitate capitur, lex non inuidit : idque mea quidem sententiâ, necessariò ad iudices erudiendos, ne ignobiles & abiecti in iudiciis inferiores discedant. Apud quos non de genere, sed de virtute, aut vitiositate disceptari solet. Est illud præceptum, quod est postremum in coniugatione, nimirum, Ne linum cum lana, quæ sunt alterius generis, contextas, istis quidem haud quaquam dissimile. Etenim in illis non solum diuersa natura, res est à societate aliena, sed etiam vis violentior alterius (quando necessitas postulat, vt illis utamur) ad dilacerandum potius, quàm ad coniungendum valet. In coniugatione trium præceptorum, illud medium locum obtinet : Ne quis vineam diuerso semine serat. Prima causa est, ne quæ essent generis diuersi, ipsa inter se commiscerentur.

Nam

Nam sata cum arboribus, & arbores cum satis minimè coalescere cohærerèque solent. Ac propterea natura non idem tempus certum statutumque virisque definiuit ad anniuersariorum fructuum procreationem : sed his ver, tempus oportunum tribuit ad demerendum : illis autem ad earum fructus percipiendos, qui durioribus inuolucris obteguntur, extremam ætatem. Vsu venit enim eodem tempore, vt hæc quidè siccitate areſcât, cum antea siccitate aridæ. Nã hyeme, cum folia arboribus excidunt, sata florent : vere autem è contrario, cum omnia genera satorum areſcunt, arborum, tam mansuetarum, quàm agreſtiũ materiæ frondescunt. Et est eadem ferè temporis circumscripção, in qua & satorum fructus matureſcunt, & fructus arborũ initium sui ortus capiunt. Meritò igitur ea, quæ sunt tot differentiis, & naturæ, & florum, & idoneorũ temporum ad suos fructus producendos inter se distincta, seiunxit ac segregauit : ordine in inordinati locum introducto. Nam ordini cognata est pulchritudo, inordinato autè deformitas. Secunda est, ne vtraque species vicissim & lædatur & lædat, dũ altera alterius ad se attrahit alimentum. Quoquidè (sicut in fame & rerum necessariarum penuria accidit) inautatim distributo, plantæ omnes omnino flaccescent : & vel sterilitatem suam ipsæ ostendent, cū sint omnino infrugiferæ, vel inopia alimenti debilitatæ, nunquam eximios fructus producent. Tertia autem, ne frugifera terra nimis graui onere prematur : idque partim ob continuam & cohærentem rerum eodem tẽporis momento seminatarum constatarumve crebritatem, partim ob duplicatam fructuũ propagationem. Nam domino ex agro, sicut regi ex ciuitate, satis est vnum vectigal quotãnis exigere. Plura autem tributa velle capere, est insignis cuiusdã auaritiæ : qua leges naturæ penitus prostratæ iacent. Quare lex cum his, qui vitem auaritiæ causa serere statuerint, sic loquitur : Ne sitis deteriores regibus, qui armis & copiis militaribus vrbes ac regiones subegerunt : qui quidem, quò non solũ in posterum prospiciant, verum etiã illis, qui in sua ditioe sunt, parcant, vnum annum vectigal exigendum decernunt : hoc apud animum proponentes, vt ne exiguo tẽporis spatio eos prorsus ad extremam inopiam redigãt. Vos ex eodem solo, vere quidem, hordei, & tritici tributa exigitis : ætate autem, eorum fructuũ, qui durioribus integumentis inuoluuntur : sicque idem solum, duplici vectigali exacto, eneruare vultis. Defatigabitur quidem ipsa terra, nec iniuria, more ath-

E E v letæ,

letæ, cui non datur locus respirandi virésque colligendi, quò ad alterius certaminis initium paratior accedat. Verùm, ut videretur, vos eorum, quæ ad communem vtilitatem præceperim, facilè estis obliti. Quod si memoriam præcepti, quod de septimo anno traditum est, teneretis, quo æquum putavi agrum propter labores sex annorum, quos statutis anni temporibus fructus secundum naturæ leges proferendo sustinisset, quasi sacrum debere interquiescere, nullòque agriculturæ opere fatigari, non iuueniliter ac temerè elati, non violenta avaritiæ impulsione commoti, de sementi noua cogitaretis, terræque, tum quæ arboribus consista est, tum maximè, quæ est culta vitibus, semina mandaretis, quò duplici fructu, utroque quidem iniusto, in singulos annos, vestras opes amplificaretis: ac præ nimio facultatum augendarum studio, præter modum auidi & appetentes pecuniæ conquirendæ videremini. Nam qui septimo anno agros suos quiescere permittit, nullo fructu ab illis percepto, quò terra fatigata vires suas reficiat, idè nequaquam eandè duplici onere grauari premerèque in animù inducet. Quocirca inter eiusmodi redditus non modò vix germen, sed sementis fructum prophanum & impurum esse còstantet affirmarem: partim quòd spiritus vitalis, qui in feraci solo residet, opprimitur quodammodo & suffocatur, partim quòd, qui eas res hoc modo parare studeat, Dei munera labefactat absumitque: atque adeò suas cupiditates, dum eas modicis terminis minimè circumscribit, longè lateque fluere ac diffundi sinit. An non ergo par est eiusmodi præceptiones amplectari, quæ hominum avaritiã admodum coercet penitusque amputant? Qui enim, dum priuatus est, se assuefecerit, etiam in plâris ab iniquo lucro abstinere, idem si maioribus opibus comparatis fiat rex, eandem consuetudinem erga viros pariter ac mulieres tenebit: ne scilicet duplicia tributa exigat, nève illos, qui ipsius parent imperio, vectigalibus opprimat. Nam còsuetudo, quæ simul cù ætate creuit, ad duros ac difficiles mores tum molliendos, tum instituendos quodãmodo, tum denique ad formas pulchriores scitè effingendos, satis habet viriù. Ac formæ pulchriores sunt illæ quidem, quas iustitia in animo imprimi insculpitque. Ista quidè Moyses sigillatim vnicuique decernit. Sunt etiã alia præcepta latius patètia, quæ genti vniuersæ còmuniter edicit: admonens, ut ea non erga amicos solùm & socios, verum etiã erga eos, qui à nostra societate descuerunt, præstemus. Ait enim, si intra mœnia còclusi, vest

si, vestro parere imperio recusent, vestra iuuetus probè armata, cum apparatu bellico eos adoriatur, & exercitu vndique circumfuso, ad aliquod tēporis spatium expectet, & quò res gerendas firmius còstantiusque suscipiat, rationi potius, quàm iræ obtemperet. Confestim igitur scœciales mittat, qui eos ad concordiam hortentur: & pariter vires copiarum eos obsidentium ad bellum gerendum aptissimas commonstrent. Quod si eorum, quibus ad nouas res molendas adducti erant, illos pœniteat, & quacunque condicione conuersi, se quò pax constituatur, vobis subiiciant, vestri scœdera (pax enim licet valdè incommoda, bello longè anteposenda est) lubentes excipiant: si viribus & audacia confisi, magnos spiritus sumant ad contumaciam, vestri, vbi æquitatis subsidium, quòd nequid superari, nacti fuerint, machinis primùm ad murum admotis, impetum faciant. Deinde partibus eorum disruptis, agmine facto, irruant. Atque telis in hostes exquisitè coniectis, in omnes partes, districtis gladiis, eos trucident: nec ea, quæ antea pacis appetentes, patrare ad tempus differebant, acriter & acerbè vsque eo persequi desistant, quoad hostium exercitum vniuersum, nullius ætatis ratione habita, penitus prostrauerint. Tum aurum, argentum, reliquaque prædam capiant. Postremò urbem facibus iniectis incendant, non solùm ne eadem ipsa in posterum aliquando excitari, seditionemve conflare possit, verum etiã ut vicini illius rei metu (homines enim alienis malis ad modestiã erudiri solent) admoniti, sapere discant. Ceterum virgines & mulieres dimittantur liberæ, quontã nihil earum rerum, quas bellum seditionem molitur, ab illis euenturum expectare poterunt: utpote quæ propter naturalem imbecillitatem immunitate & vacatione à bello gerendo donatæ sunt. Ex quo perspicuum est, Iudæorum gentem cum omnibus, qui concordem sunt, & pacem ex animo amplectantur, amicitiam & scœdus retinere. Neque tamè hæc gens adeò abiecta est, ut illis, qui vi manumque iniuste in eam imperium occupare nituntur, præignavia se dedat illa quidè, sed cum pœnas de eiusmodi sumere aggrediatur, inter eos, qui fallaciter & insidiosè, & quæ secus in vita erga ipsam animati videantur, accuratè distingat. Nã est animi planè efferati & immanis illis mortem inferre, qui vel minimùm, vel nihil omnino peccauerint. Atque cum homines bellum parant, mulieres etiam (quarum vita natura sua pacis & ædiu custodiæ fauoris est) tanquam accessiorem adiungere, in eodem vitio est. Tantum porro iustitiæ amorem eorum mentibus, qui in sua

republica degunt, in seuit Deus, ut ne urbis hostilis & infestę agros frugibus redundantes populari, aut segetes vastando, aut arbores excidendo, quod fructus perirent, aliquando aggredierentur. Cur enim, inquit, iniuriarum memor, in res inanimas natura mansuetas, & fructus iucundos proferentes seuis? Heus tu, nunquid arbor ferum & truculentum animum, qualis in hoste existere solet, declarat, uti pro his, quae reddiderit, quaeque parata sit reddere radicitus extirpetur? Imò verò contrà, multum iungat, cum affluentiam rerum, non solum quae ad victum necessariae sunt, sed etiam quae ad lautam & delicatam vitam quaruntur, victoribus suppeditet. Non enim homines solum dominis suis pensitant vestigalia, verum etiam plantae, ea quae sunt multo utiliora (sine quibus vita non poterit constare) certis anni temporibus largiuntur. In frugiferis autem & sterilibus, atque adeo illis, quibus materia agrestis insit ne parcat ab his, qui eas excidere voluerint ad valla, ad cruces, ad palos, ad fossas extruendas & ad scalas ac turres ligneas, cum opus sit, faciendas. Ad istas namque res, & alias eius generis, erunt valde accommodatae. Diximus igitur, de his, quae ad iustitiam pertinent. Ipsam autem iustitiam (cuius quidem dignitatem nulla laus, nullave commendatio exaequare valet) quis poeta, quisve orator satis praedicare poterit? Vnum tamen bonum, quod cum ea coniunctum est, omnium facile praestantissimum (aequalitatem dico) quamuis de aliis dicere superfedas, satis profecto erit ad eius laudationem. Est enim aequalitas, ut hi, qui in naturae peruestigatione versantur, nobis tradiderunt, mater iustitiae: Est etiam lux, quam nulla opacat umbra: solis quoque, si verum licet dicere, similitudinem gerit: quandoquidem inaequalitas, in qua insunt nimium & parum, quaeque origo ac fons est obscuritatis, illi ex aduerso repugnat. Aequalitas omnia, quae caelum, terrave continet, raris legibus atque institutis pulchre gubernat. Cui enim obscurum est, solem dies cum noctibus, & noctes cum diebus, aequalitate spatiorum, quae proportione constant, metiri? Quae quidem ex euentu quodam anni uersario appellantur, equinoctium vernum, & autumnale. Natura verò rem adeo perspicue ante oculos posuit, ut vel imperitissimi aequalitatem illam, quae in dierum ad noctes collatorum longitudine cernitur, sentiant. Quid verò conversiones & ambitus lunae (quae quidem tum crescit, tum defectibus ad initia recurrit, id est, & à sua cum sole congressione, quoad luce penitus compleatur, tranat, & ab hoc ad illam denuo)

an

an non spatiorum aequalitate circumscribuntur? Nam tantum crescit luna, quantum imminuitur in utraque quantitatis forma, siue quae in multitudine, siue quae in magnitudine cernitur: usque adeo uti in caelo, quod est natura purissimum, aequalitas egregie praeter caeteras res colatur. Eadem est ratio aeris, qui ad eam proximè accedit. Nam cum annus quadrifariam diuidatur, in ea nimirum, quae *ἔρσις ὄρας*, id est, statuta anni tempora appellamus; aeris natura unam conuerti & mutari solent, inque illis conuersionibus mutationibusque ordinem, qui dicendo exprimi nequit, in inordinato demonstrat. Cum enim in hyemem, ver, aetatem, & autumnum, mensibus numero ternario in singula tempora aequaliter partitis, distributus sit, *ἐν αὐτῷ*, id est, annum (qui quidem, ut ipsum nomen indicat *αὐτὸς ἐν αὐτῷ*, id est, ipse suo ambitu omnia coercens continet) omnino conficit: quippe cum non aliis temporum vicissitudinibus, quam illis, quas *ἔρσις ὄρας* vocamus, hoc possit efficere. Quinetiam aequalitas ipsum aërem tranat, à caelestium rerum ac superarum extremitate exorsa, & ad terrestrium oras usque peruadens: quippe quae suam puriorem naturam aetheri finitimam in sublime tollit: alteram autem, quae est quasi splendor ex ea profusus, secundum eius lumen dico, deorsum, instar solis, mittit. Etenim eorum, quae apud nos peccantur, inaequalitas: quae autem rectum ordinem tenent, aequalitas causa est. Quae quidem & in natura vniuersi (si quam maximè significanter dicere velimus) ornatus est: & in urbibus, democratia, quae & optimis legibus temperata est, & rerum praestantissima. Est etiam integra valetudo in corporibus, in animis verò perfecta virtus. Nam inaequalitas contrà, morborum, aliorumque malorum origo & causa existit. Verum hominem vitam, quam longissimè propagantem tempus planè deficeret, si omnes aequalitatis & iustitiae quam peperit aequalitas, laudes dicendo persequi veller. Quocirca satius esse puto, ut his, quae sunt exposita, contentus, caetera diuina, eius quasi simula chra in studiosorum animis, quod eorum memoriam excitem, tanquam in augustissimo loco ac domicilio descripta relinquam

PHIL

PHILONIS IVDÆI

De iudicis officio.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.

VM omnes, qui sunt ciues in sacrosancta repub. à Moysè descripta, omni animi motu à ratione auerso, omni que vitiositatis genere vacuos esse iubet lex, tum eos potissimū, quibus vel sortitione, vel hominum suffragiis defertur potestas de aliis iudicandi. Est enim absurdum, vt vitiis implicati teneantur hi, qui aliis iusta æquaque administrare profitentur: quiquidem officia naturæ debent tanquam ad picturæ cuiusdam primariæ exemplar accuratè exprimere. Quemadmodum enim vis ignis, quæ multò antè sua sponte feruet, omnia, quæcunque attingit, calfacit, & è contrario, niuis vis, cum sua frigescat natura, res etiam alias refrigerat: sic quoque iudex debet sincera esse iustitia refertus, si modò æquum & bonum his, qui eius implorant auxilium, subministrare voluerit, vti tãquam salutaris riualo ex dulci fonte deriuato sitim eorum, qui æquitatis cupiditate ducuntur, expleat. Quod quidem facile fiet, si non solum cum ad iudicium dandum accesserit, putet se simul & de aliis iudicaturum, & aliorum subiturum iudicium, verum etiam si cum sit sententiã dicturus, assumat sibi tum prudentiam, vt non per errorem labatur, tum iustitiam vt quod sit suum cuiusque, id cuique pro dignitate tribuat, tum fortitudinem, vti cum sit supplicium hominibus in aliquo maleficio deprehensis irrogaturus, neq; precibus flecti, neq; misericordia possit. Nam cui istæ virtutes cure sunt, communis reip. patronus meritò debet existimari, similiq; bono haberi gubernatori: quippe cum tumultuum & perturbationum procellas ad salutem eorum & securitatem, qui res suas eius fidei commiserint, sedare tranquillareq; sedulo laboret. Primum ergo iubet lex, ne iudex rei cuiquã temerè aures præbeat. At quid, quæso, hoc sibi vult? Heus tu, inquit lex, aures tuæ purgatæ sunt. Purgabuntur autem, si flumen honestæ disciplinæ & præceptionum cõtinenter in eas illabatur: sermones autè inanes, plebei, ridiculi, siue poetarum sint illi quidem, siue mimorum, siue præstigiatorum, qui res nihili verbis ma-

gnific

gnificè extollunt, prorsus ab illis depellantur. Aliud prætereà, quod cū superiore prorsus consentit, ex hoc præcepto, Ne scilicet iudex rei cuiquam aures temerè præbeat, significatur. Qui enim animū attendit testimonio eorū, qui rem solū auditione acceperint, non prudenter quidem & sana mente, sed temerè & inconsultò attendit: siquidem oculi cum in rebus gestis defigantur, eas ipsas res quodammodo contingunt, & subsidio lucis, qua omnia collustrantur aperianturq; penitus comprehendunt. Auribus autem, vt quidam ex veteribus scriptoribus appositè dixit, minus fidei est adhibendum, quàm oculis: quippe cum rebus non intersint illæ quidem, sed sermonibus, qui sunt rerum interpretes, qui que verum dicere non semper solent, in omnes partes rapiuntur. Quapropter quidam ex Græcis legumlatoribus, qui è sacratis legis Mosaicæ tabulis idem ipsum transferebant, præclare videntur præcipere, ne aures testes adhibeantur: perinde ac si oporteat ea, quæ quispiam viderit, certa iudicare, quæ autem audiuerit, incerta. Porro secūdum datum est iudici præceptum, ne munera capiat. Nam munera, inquit lex, cecant hominum oculos, æquum & bonum labefactant, mentē via publica absq; errore incedere non sinunt. Et quemadmodū in causis iniquis munera capere, est hominum longè perditissimum, sic quoque in iustis idem ipsum facere, eorum est, qui certè ex dimidia saltè parte in improborū numerū referri meritò poterūt. Sunt enim quidã vestitu eleganti & exquisito amicti, semiimprobi, iustitiæ munus iniuste exequentes: quiquidem in eo sunt gradu locati, vt de maleficiis contra eos, qui eadē admiserint, decidant. Qui certè non gratis secūdum eos, qui causam obtinere necessariò debēt, sententiã pronuntiandã putant, sed audacter affirmant cognitionē suam venalē esse, & mercede cõduci oportere. Itaq; cū aliquis hoc illis crimini dat, dicunt se æquum & bonum non violasse. Illos enim causa cecidisse, quos cadere æquum erat, hos autem causam obtinuisse, qui obtinere debebant: atq; hoc pacto se purgare nituntur, sed malè. Nam bonus iudex duas res secum ad causas afferre debet: cognitionem ex legibus haustam, & à muneribus capiendis abstinentiam. Siquidem qui muneribus adductus æquum & bonum administrat, hic rem natura pulchra imprudens deformē efficit. Itēq; alia peccat partim seipsum pecunię capiendę assuefaciēdo, quæ res hoīes ad graua scelera solet impellere, partim nocendo ei, qui prodesse debuerat, pretium pro æqui & boni administra-

tione

rione persoluenti. Quocirca scienter & peritè præcipit Moyses æquum & bonum æquitate exequendum esse. Quo præcepto tacitè indicat etiam in eo exequendo locum habere solere iniustitiam: idq; committi ab illis, qui non modò in iudiciis, verù etiam ubiq; terra marique, atque in omnibus, propè dixerim, vitæ negotiis dona pro æqui ac boni administratione capiunt. Iam verò aliquis exiguam pecuniæ summam sibi credità reddidit, quò fraudi sit potius creditori, quàm emolumèto: uti nimidum cum in parua summa, fide seruata, creditorè inescauerit, possit in maiore fidem datam fallere, sicq; illum dolo decipere. Quod quidem nihil aliud est, quàm æquum iniquè exequi. Nam rem alienam reddere, æquum sanè est: sed id iniquè fit, cum ad plures res per fraudem acquirendas fit. Causa autem in primis, cur hæc in grauissimis rebus peccata sint, ex eo nascitur, quòd homines ad mentiendum assuefiunt. Quam rem à primo tempore ætatis, atque adeò ab ipsis incunabulis partim nutrices, partim matres, partim reliqua domesticorum seruatorum, ac liberorum turba ita infundit in animos, ut in factis dictisq; semper existat, & cum eisdem simul quasi nutriatur. Estq; præterea eadem res ita ab illis animo copulata coniunctaque, ut pars eiusdem necessaria à natura profecta videatur. Quæ sanè licet à natura reapse generata esset, tamen deberet rerum honestarum disciplina & institutione penitus præcidi. Nam quid tam pulchrum in vita, quàm veritas? Quam sapientissimus Moyses in stola summi sacerdotis, sacerrimo in loco propter pectus, ubi pars animi est, qui principatum obtinet, collocauit: eo consilio, ut illum monumento omnium pulcherrimo, præstâtissimòq; exornaret. Quinetiam iuxta veritatem, aliam quandam facultatem ei cognatam posuit, quam quidem declarationem nuncupauit: hæc q; duas res duarum formarum orationis, quæ nobis insunt, tanquam imagines esse voluit. Quarum formarum mente concipitur altera, altera ore profertur. Nam quæ profertur ore, declarationis indiget, quæ ea, quæ in interiore nostra cogitatione recondita sunt & abstracta, singula proximo aperiantur. Quæ autem mente concipitur, veritate eget cum ad vitæ, tum ad actionum illarum, quibus via ad beatam vitam munitur, perfectionem. Tertium præceptum iudici datum est, ut in res magis, quàm in homines, qui in iudicio litigant, inquirat: easque à persona eorum, de quibus habetur iudicium, omnino secernere separarèq; nitatur, atque veniat

veniat quasi coactus non modò in ignorationem, verum etiam in oblivionem eorum, quos norit memoriãq; teneat, ut familiarium, amicorum, & ciuium: & rursus, alienorum, inimicorum, & peregrinorum, ne vel beneuolentia, vel odio inductus, æqui & boni cognitionem obscurare conetur. Nam alioqui necesse est, non aliter ac cæcum, qui sine baculo viam aliquam ingreditur, nullòsque habet duces, quorum subsidio nitatur, impingere labique. Quapropter bonus iudex eos, qui litigant in iudicio, quicumq; illi fuerint, tanquam ob oculis remouere debet, simplicemque & nudam rerum intruere naturam: quippe cum non opinionem, sed veritatem sequendo, iudicare oporteat. Istudque secum cogitet, iudicium ipsius Dei esse: iudicem autem administratorem iudicij, atq; administratori, quamuis rem omnium, quæ in humana vita cernuntur, longè præstantissimam sibi habeat à Deo Opt. Max. creditam, non tamen permissam esse potestatem, ut in his, quæ sunt Dei propria, per indulgentiam cuiquam gratificetur. Porro præter ea, quæ sunt modò commemorata, aliud præterea Moyses dignum sanè admiratione tradit, cum iubet, pauperis in iudicio non capiendam esse misericordiam: & tamen idem ipse vniuersas leges à se descriptas præceptis de misericordia & clementia referat: qui ut eos, qui superbi sunt & arrogantes, magnis insectatur minis, sic magna proponit præmia his, qui proximorum calamitates subleuare non grauantur: quique facultates non possessionem suam ac propriam putant, sed egentium communem. Nam verum profectò est illud, quod quendam è veteribus non incitè dixisse fertur: homines nulla alia in re magis Deum sequi, quàm in benignè faciendo. Nam quod, quæso, excellentius bonum est, quàm ut mortales Deum imitentur immortalem? Quocirca diues, qui argentum & aurum domi congesserit, ne tiquam in thesauro suo illud reseruet, sed proferat in medium, uti duram & acerbam inopum victus rationem lata & liberali largitione subleuet. Itémque si quis illustris sit, non debet se nimium efferre insolentèrque gloriari, sed colere æqualitatem, & libertatem loquendi etiam ignobilibus impertire. Quod si porro quisquam robore corporis valeat, sit firmo imbecillioribus præsidio, & non quemadmodum in gymnics certaminibus fieri solet, viribus infirmiores superare contendat, sed studeat potius vires cum illis communicare suas, quos propriæ deficere videantur. Nam qui è fontibus sapientiæ doctrinam
 F. F. haufe

hauserint, hi inuidia ex animis tanquam in exilium eiecta, non aliorum impulsu sed sua ipsorum animi inductione proximorum commodis inferuiunt: doctrinaque riuulos in eorum animas per aures infundunt: ad eum finem, ut simili eos scientia & cognitione imbuant. Atque ubi vident iuvenes, quasi plantas virentes & generosas, natura & ingenio valere plurimum, laetitia inde permagnam capiunt: quandoquidem arbitrantur se diuitiarum, quæ sunt animi propriae, quæque vnæ veræ diuitiæ sunt, hæredes inuenisse. Quos cum sibi ascuerint, eorum animos doctrina & præceptionibus, more agricolarum, usque eo colunt, quoad firmatis stirpibus virtutis florescentes, fructum probitatis efferant. Eiusmodi quædam præceptionum quasi simulachra attextuntur legibus, dispersæque inseruntur, non alio consilio, quam ut egentibus res ad vitam necessariæ affatim suppedirent: quorum quidem in iudicio solo misereri non licet. Nam misericordia in aduersis casibus locum habet. Qui autem sua sponte se obstringit sceleribus, is non infelix, sed iniustus censendus est. Atque ut iustis honores, ita iniustis supplicia rara esse debeat. Quare nemo improbus, etiam si egens sit, & permiserationem, quæ de eius inopia suscipitur, subterfugere conerur, quò minus pœnas det, iudicem dolo deludat: quippe cum admiserit facinora, quæ non misericordia, sed odio digna videantur. Iudex autem, cum accedat ad iudicandum, non aliter atque bonus argentarius, naturas rerum secernat separatimque expendat, ne eas, quæ sunt puræ probatæque, cum adulterinis confundat commisceatve. Multa quidem alia cum aduersus falsa testimonia, tum de iudicibus dici possunt, sed ne nimis longus sim, veniendum est ad illud, quod est decem præceptorum extremum: quod quidem, ut alia singula, paucissimis verbis à diuino oraculo prolatum est: sic enim se habet. [Non concupisces.]

FINIS.

Hic liber in nonnullis exemplaribus coniungitur cum eo, qui, De pietate, inscribitur.

ALT

ALTERA VERSIO
PHILONIS IVDÆI,
De oraculis seu effatis diuinis
decem, quæ summa sunt legum capita.

Ioanne Voerueo Gallo, interprete.

RES gestas virorum, quos & sapientes prædicat Moses, & sacri libri declarant primores ducésque gentis nostræ extitisse, adeoque legum non scriptarum vice & loco esse, superiorum librorum confectione patefecit: deinceps iam ipsa scriptarum legum summa capita accuratè, diligentèrque persequar. Nec verò si qua se offerret allegoriæ ratio, hanc prætermisurus sum, in eorum gratiam, qui reconditâ sententiam studiosè inuestigant, & facilioribus interim omisissis, de difficilioribus statim quærere consueuerunt. Si cui autem mirum videatur, cur in vasta solitudine potius, quam in urbibus leges suas tulerit Deus, is sic habeto. Primum, dici vix posse, quam multis vitiis magna pars urbium inquinari soleat. In iis locum plerumque est tum impietati in Deum, tum mutuis hominum inter se iniuriis: omnia enim adulterata inibi, corruptaque esse. Quæ sincera sunt legitimæque, prospero successu vinci ab adulterinis: vera item, à verisimilibus, quæ quidem reuerà planè falsa sint: ficta tamen & emèrita rerum simulachra exhibeant, quibus ferè alij alios in urbibus circūuenire solent: ubi fastus ingens, quo nihil in hominum mentes irrepit occultius, quæ admirantur & colunt nonnulli, innanè gloriam honesto & specioso loco habentes propter coronas aureas, vestesque purpureas, ac satellitum, lecticarumque multitudinem, quibus isti, qui vulgò beati ac felices dicuntur, sublimes feruntur, interdum quidem mulis equisque iunctis, interdum etiam hominibus, qui sellas ceruicibus subeant ac gestent, idque adeò maiore animi quam corporis cruciatu faciunt propter iniuriæ atrocitatem, reique indignitatem. Quinetiam multorum, præter hæc,

FF ij vitio

vitiorum autor opifexque factus est, insolentia, arrogantia, impunitatis: atque hæc ipsa sunt tum externorum, tum civilium intestinorumque; bellorum initia, quæ terra marique, publicè ac privatim miscet turbantque; omnia. (Quid verò commemorem mutuas civium offensiones?) Parit enim fastus etiam contemptum rerum diuinarum, quantumvis summum honoris gradum tenere censeantur. Sed quis tandem honor iste fuerit? quandoquidem abest veritas, quæ re verbisque honorabilis esse, vel ex eo intelligi potest, quod contra, falsa rerum species despicibilis natura sit, & honoris expertis. Rerum verò diuinarum contemptus neminem latet eorum, qui vident paulò acurius. Infinitæ enim rerum species pingendi sculpendique; artibus fite & expressæ sunt, & delubris etiam templisque; cinctæ & ornate; atque; excitatis aris, honores diuini signis & statuis, ceterisque; id genus rebus, inanimis quidem illis, exhibiti: quos qui exhibuerunt, in sacris literis cõuenienter appositæque; cum scorti liberis cõparari solent. Quemadmodum enim hi, quod ignorent vnum modò sibi esse patrem naturalem, patris nomine appellat, quotquot matri amatores fuerint: sic & in singulis urbibus ferè extiterunt, qui cum ignoratione veri Dei tenerentur, infinitam nominum falso usurpatorum multitudinem in deorum catalogum retulerint. Mox cum alia apud alios diuinis afficerentur honoribus, viguerunt de summo bono discrepantes sententiæ, quæ homines ad alia omnia transuersos rapuerunt. Ad ea igitur in primis spectasse videntur Deus, dum suas leges extra urbium pomeria sibi ferendas esse duxit: ac præter hæc illud quoque cogitasse, oportere eum, qui leges sacras suscepturus esset, animum habere elutum ac repurgatum ab iis inquinamentis, quæ miscellanea turba, hominumque; colluies in urbibus sic illinere cõsuevit, ut elui vix possint. Fieri autem non posse, ut id vnquam prius vlli cõtingat, quam à suis segregetur ciuibus: & verò, si segregetur, ei statim cõtingat: sed longo post tempore, dum videlicet impressæ superiorum scelerum notæ paulatim obliterentur, omninoque; deleantur: quo modo artis medicæ periti curant aegros, quos non prius sibi nutriendos putant, quam morborum causas exemerint. Dum enim hæc perstiterint, inutilis planè nutritio fuerit, nihilque; aliud præstiterit, quam noxiã morbi materiã. Merito igitur cum ex pernicioso oppidanorum commercio suos in solitudinem abduxisset, quo eorum animos à vitis repurgeret atque; eximeret, cibum eadem mentibus exhibere cepit. Sed quemnam hunc fuisse præter legem, sermonemque; diuinum putabim

bimus? Sequitur causa tertia, quæ huiusmodi ferè est, Quemadmodum qui longam suscipiunt nauigationem, non vela tunc reuolunt, sed prius quam se à terra subducant, quæcumque; ad nauigationem cõducant, apparant: ita existimauit ille non eos, quibus iam sorte distributa esset prouincia, aut iam remp. fundatã & constitutam haberent, leges exquirere, quibus remp. constituant: sed eos qui magna alacritate reipub. administrandæ rationem & formam, qua ipsa respub. vtiliter ac salutariter cõstitui possit, meditati essent ac didicissent, eò colonias deducere, vbi paratã illam reipub. gerendæ formam stabiliant summa cum animorum consensione, æquabilique; cõmunionis iure, ac distributione eorum quæ cuique; cõgruunt. Adferunt nonnulli & quartã causam, non illam quidem inconcinnã, neque; verò à veritate alienam. Cum enim necesse esset mentibus persuaderi leges illas clarissima verissimamque; Dei oracula, non hominum inuenta cõmentate esse, Hebræos suos procul ab urbibus abduxit Deus in vastã solitudinem, ac non solum fructibus satius, sed etiam aqua potabili infœcundam, ut dum penuria laborantes rerum necessariarum, ac proinde sibi à siti & fame timentes, derepente inciderent in copiam rerum sponte sese ipsis offerentium, celo videlicet confertim depluente alimentum, quod manna nominatur, ac demittente obsoniam, prouentum nimirum coturnicum velut ex fœcundo ac prolifico aere in terram ruentium: aqua etiam, quæ amara prius esset, dulcescente, & in naturam potabilis transeunte. denique; prærupto saxo, aquarum vim instar imbrium effundente: iam tum neque; Nilum admirarentur, neque; dubitarent leges illas ab ipso Deo esse latas. Cuius rei fidem ipsis abundè faceret diuina benignitas, quã pressis angustiis experirentur, nihil tale sperantes. Cum igitur abundè ea, sine quibus non viuitur, suppeditasset Deus, ea largitus statim est, sine quibus nequaquam bene viuitur. Porro quidem ad vitam tuendam cibus potusque; necessarius erat. Is suppeditabat citra ullam ipsorum curam industriamve. Ad vitam autem bene ac rectè instituendam opus omnino erat legibus ac præceptis. Lex ferebatur, quæ non in specie tantum meliores efficeret. Atque; hætenus causas maximè probabiles cõsentaneasque; recessimus, quæ quidem hac de re dici possint: veras enim solus Deus perspectas habet & cognitatas. Præfatus verò quæ de his mihi dicenda videbantur, deinceps leges ipsas quam potero diligentissimè persequar. Si prius illud quod & res ipsa postulat, indicaro, Deus ita legum

facrarum oracularem se autorem esse voluisse, ut alias quidem earum ferret ac promulgaret ipse, alias verò prophetæ Moïſis, quem ex omnibus potissimum ut maximè idoneum rerum sacrarum interpretem delegisset, opera ministerioque egeret: sed quas ex sua tantum persona oraculum reddens tulisset, contigisse ut simul & leges essent, & summa particularium legum capita, quas verò Moïse utens internuntio dedisset, omnes ad eadè illa referrentur capita. Dicam ut potero de utroque genere, ac priore quidem loco, de eo quod magis vniuersale est, in quo illud dignum in primis quod admiremur, circumscriptum id conclusumque esse decusse, qui numerus integer est & perfectus. Is enim omnes numerorum differentias complectitur, parium & imparium. Parium quidem ut 2, imparium autem ut 3, & ex utriusque compositorum parium imparium, ut 5. Omnes item numerorum inter se compositorum species, ut multiplicium, superparticularium, ac superpartientium. Proportiones quoque omnes decussis continet. Primum Arithmeticam, in qua medietas pari numero præstet, parique superetur, ut in numeris 1, 2, 3. Deinde etiam Geometricam, secundum quam qualis ratio sit secundi ad primum, talis quoque sit ad secundum tertium, quo se habent modo numeri 1, 2, 4. Et quod spectare liceat in duplis ac triplicis, in sesquialteris quoque, ac sesquiterciis, & id genus aliis. Harmonicam quoque in complexu decussis proportionem comparationemque inuenias, in qua videlicet medietas eadè portione extremorum ab altero absit, alterum exuperet, ut in numeris 3, 4, 6. Quin & triquetrorum & quadratorum, cæterorumque multangulorum proprias affectiones in se decussis manifestè recipit, quemadmodum & modulationum, quarum Diatessaron cernitur in comparatione sesquitercia, cuiusmodi est quatuor ad tria. Diapente in sesquialteris, qualis trium ad duo: Diapason in duplici, cuius generis est duorum ad unum: Disdiapason in quadrupla, qualis octo ad duo. Hinc fit ut qui nomina rebus primi indiderunt, quos constat fuisse sapientes, non ab re mihi videantur Græcè nominasse *Δευδάδα*, id est decussem, quasi *δε* *χάδα* à verbo *δέχομαι*, hoc est capere, quod omnia numerorum rationumque & comparationum eorumdem inter se, concentuum quoque & modulationum genera in se recipiat. Ad hæc merito quispiam in admirationem ipsius decussis vel ob id rapi possit, quod rerum omnium naturam & affectionem complectatur, quatenus quidem aliæ dimensionem habent, aliæ non habent. Vnum modo punctum est, quod dimensione caret: tria, in quibus tota versa

tur

tur dimensionis ratio. linea, planum, solidum. Etenim quod punctis duobus terminatur, linea est. Quod duas habet dimensiones, planum, fluente in latitudinem. linea. Quod tres, solidum, longitudini latitudinique adiecta altitudine. Atque hæc substitit, nec ad plures dimensiones progressa natura est, hisce tribus contenta. Cæterum numeri horum autores & archetypi, sunt, puncti quidam, quod ipsum dimensione caret, vnum: lineæ verò, duos ac plani quidem, tria: solidi autem, quatuor: quorum coaceruatio, vnius inquam, duum, trium & quatuor, decussem, absoluuit, quam obiter alia quoque mira, aspectuque iucunda intuitibus exhibet. hoc enim propemodum metimur numerorum, ut ita dicam, infinitatem, propterea quod fines quatuor ipsi sunt constituentes, sunt vnum, duo, tria, quatuor. Quibus totidem fines equis portionibus respondentes, centenarium ex decussibus gignunt. Decem enim, viginti, triginta, & quadraginta coaceruatis procreatur centenarium. Eodem quoque modo & millenarium ex centenariis conflatur, & myrias est millenarium. Porro vnum, decussis, centenarium & millenarium metem sunt quatuor, unde progressus fiat ad ipsam decussis generationem. Qui quidem præter supradictas alias quoque spectandas præbet numerorum differentias, in primisque numerum primum nuncupatum, quæ vno tantum metimur, cuiusmodi esse 3, 5, 7, diuidendo intelligas. Deinde quadratum, quaternarium, numerum quidem pariter pariter etiam tessellatum, octonarium, figura præditum, longitudini latitudinique æqualè habente altitudinem: denique senarium, qui vel hoc ipso eximius est, quod suis ipsius partibus, quæ sunt vnum, duo, tria, exæquetur, compleaturque. Sed ecquid hoc loco necesse est pluribus decussis vim immensam, præstantiamque recensere, & quod nobis obiter attingendum fuit, in eo tanquam serio opere diutius hærerem? Eiusmodi verò est ut ex se satis superque magnam, adeoque iustum commentandi argumentum his præbere possit, qui se totos ad mathematicas disciplinas contulerunt. In præsens igitur super se debimus de vi ac potestate decussis plura dicere. Vnum tamè illud nec ab re fortasse nec temere, quod rei specimè lectori præbeam, huc adferemus. Eos qui totos dies philosophiæ placitis incubunt, asserere vniuersam rerum naturam in decem categoriis, quas vocant, recidere. Cæterum has esse, substantiam, qualitatem, quantitatem, quæ cum aliquo comparatur, facere, pati, habere, situm esse, & sine quibus nihil prorsus costet, tempus, locumque. Nihil enim inuenias quod horum sit expers: verbi gratia, ipse aliquid habeo substantiæ, nepe quæ ad mei constitutionem constructio-

FF iij némq;

némq; maximè fuerunt idonea, mutuatus ab ipsis elementis, igni, aëre, aqua, terra: quorū coagmentatione, quæ in hac mūdi fabrica visuntur, extiterūt vniuersa. Qualitatis quoq; particeps sum, qua videlicet homo cēseor: & quātītatis, qua quātus. Sed & in eorū numero sum, quæ cum aliquo cōparantur, vt cū mihi a istat quispiā dextra sinistraue. Quinetiā dum quid cotūdo incendōve, aliquid facio: dū trucidor ab alio aut cōtundor, patior. Reliquas quoq; categorias, quæ sunt, sitū esse, habere, tempus & locus, si rē explores, mihi hærere videas. Sitū quidē esse, vt propè sedere aut decūbere: habere verò, vt indutū armatūve esse. Sine loco autē, sine tēpore subsistere nullo modo possum, vt nec vllum quidē eorū quæ modò dicta sunt. Sed de his satis multa. Iam attextenda nobis ea sunt, quorū gratia hæc attigimus. Sunt autē decē illa effata, quæ siue diuina oracula vocites, siue leges, siue sanctiones, nō aberres à vero. Sunt enim oracula quæ ingēti coacta multitudine hominū vtriusq; sexus, edidit ille vniuersitatis huius autor ac parens Deus. Absit tamen vt vnquā in animum inducamus, adhibitā ab illo hāc esse vocis rationem, qua sensa nostra prodimus. Næq; enim vt hominibus, ita deo quoq; necessarius est oris & linguæ arteriarūmq; vsus. Sic igitur censeo, Deū tunc insigne quoddā, & maiestate sua dignum edidisse miraculū, iussisse sonū aspectabilē effingi ac procreari in aëre admirabiliorē perfectō quorumvis instrumētorum musicorū concentu: ac ne illum quidē inanimū, nō tamen animatū instar animalis ex corpore animōq; conflati: Quin potius animū rationis sermonisq; cōpotem, & claritate ac splendore præditū, qui in certā quandam affectionē, aërem cōponens intendensq;, & in flāmam vertens, tandē instar spiritus tuba erūpentis, voce perfecta ita intonaret, vt ex equo audire viderētur & qui in propinquo essent, & qui longissimè abessent. Voces humanæ paulò longius exporrectæ hebescere minuiq; solēt. Itaq; fit, vt sic productæ sensum languescāt, propter virium imbecillitatē, nec facile ab iis, qui lōgius absunt, in aures recipiantur: nec sanè mirum, cū edātur instrumētis corruptioni interitūq; obnoxiiis. Hanc verò vocē nouo quodā modo formatā, adeoq; spirantēvis diuina excitabat, & quoquouersum fundebat, multò etiam clariorē exhibens qua sonus desineret, ac vim quandā auditus singulorum, qui adessent, animis inferens auriculari longè acriorē ac præstantiorē. Aurium enim sensus nescio quo modo tardior cū sit, cessat ac velut immotus manet, donec ipso aëris ictu

ris ictu moueatur & excitetur: at sensus numine afflatæ, mira celeritate iis, quæ dicuntur, velut procurrit obuiam. Hæc habui quæ dicerē de voce illa diuina. Iam verò illud edisserā circa quod nō ab re quispiā hærere possit, qua de causa, cū tot hominum millia vnū in locū coacta essent, vnumquodq; ex illis decē oraculis ita ediderit Deus, quasi ad vnū tantū, non ad plures verba faceret. Hunc enim in modū effatus est: Ne adulterator, Cædem ne facito. Ne furator. Quo genere orationis in cæteris quoq; vsus est. Dicendū igitur primo loco Deum illud statuere documentū, iisq; dare voluisse, qui in studio sacrarum literarū versarentur, cum, qui ad legis diuinæ regulā mores suos vitāq; cōponat, etiam si vnus ipse sit, tamē haberi à deo numerosissimæ gētis loco, addam etiā, omnium gentium. Quinetiā, si secundo orationis flumine longius prouehi necesse sit, ausim vnū illum cum vniuerso orbe cōparare, quando qui alio loco virum quēdam iustū laudat approbātq;: Ego, inquit, Deus tuus sum. Atq; ille quidē non alius profectō ab eo est, à quo edita sunt decem hæc oracula: erat enim & mundi deus. Ac in acie quidē eodem locati ordine milites, si peræquē suo se centurioni gratos acceptosq; præbeant, iustam laudē, iuxta quoq; præmia consequuntur. Potest & altera causa adferri, quòd ei, qui cōcionem habet, seu iubere quid, seu vetare vult, necesse nō est ita orationē quasi cum multis ageret, instituere, sed eam potius sic temperare licet, vt dum velut ad singulos, qui coram adsunt, dirigitur, ad omnes nihilominus pertineat. Facilius enim persuadetur, ac citius morem gerit qui alienam exhortationem ceu sibi ipsi peculiariter factam excipit. Cæterum admonitionē, quam quis sibi cum multis cōmunem audit, ferè surda ore præterit, & ipsam populi multitudinem habet pro cōtumaciæ ac rebellionis suæ velamine. Tertia causa est, vt ne quis vnquam imperatorum regūve vllum ex eorum numero, qui vitam agunt priuatam & obscuram, arrogantia superbiāque tumens fastidiat, contempuūque habeat, sed ad scholam potius sacrosanctarum legum subinde accedens, discat non probabiliter tantū, sed verè multò magis ratiocinari: itaque dediscat stultè, arroganter ac magnificè de se sentire, vnde & illud sequatur, vt libenter ac volens supercilia deprimat. Si enim ille ortu ac principio carens, immortalis ac perennis, nulliusque rei laborans inopia huiusce vniuersitatis opifex & fautor: denique rex regum ac deorum Deus ne abiectissimum quidem tantæ multitudi-

nis despexit, quin potius diuinorum oraculorum epulum huic præbere dignatus est, velut vnum hunc sibi conuiuiam adhibiturus, & vni caeleste hoc poculum paraturus esset, quo animus, quatenus quidem fas est, magnis sacris initiandus irrigari perfundi que posset: Ego homuncio quid est quod gloriari, & ceruice sublata, ac ingenti distentus spiritu ferociter efferar, insiliamque in eos qui sunt eiusdem mecum naturæ confortes, quique impari quidem fortuna vtuntur, non tamen impari dissimilemve cognationis nataliumque originem habent, vna nimirum eademque forma præditi, quæ communis est omnium hominum natura? Egitur si vel vniuersum maris terrarumque imperium penes me sit, me nihilominus & aditu facilem & affabilem familiarémque iis præbere velim, qui vel anxij & rerum omnium inopes, vel obscuro humilesque sunt, aut qui domestico maximeque proprio destituuntur auxilio ac præsidio, cuiusmodi ferè sunt liberi qui vtrunque parentem, vxores quæ maritos amiserunt. Cuiusmodi item senes illi, quibus vel nulla vnquam suscepta soboles est, vel si qua suscepta est, immaturo fato cõcessit. Non enim æquum censo, vt homo cum sim, tolulam animos, aut seueritatem quandam præ me feram tragicæ proximam. Me igitur intra naturæ humanæ septa continebo, nunquam inde exiliens, sed omnem potius cogitationem in hoc conferens, vt discam humano affectu ac more viuere, non solum propter rerum vicissitudines, quibus peræquè obnoxij sunt, & qui rebus vtuntur prosperis, & qui premuntur aduersis, sed etiam propter ipsam decorum, quod, quamlibet constanter ac tutò res secundæ fluant perpetuò in vita seruari ac retineri debet. Ob hæc inquã mihi videtur Deus in edendis oraculis hoc genere sermonis vtens, velut ad vnum oracularẽ illam orationem habere voluisse. Quod ad locum attinet, totus, vti decebat, plenus erat miraculis. Nã & ingentibus tonitruis percelleretur sensus aurium, quasiq; adobrueretur, simulq; stellantibus fulgentris coruscabat æther, & prolixus ac vehemens reconditæ tubæ sonitus audiebatur, demittebaturque nubes, columnę similitudine: cuius spira quidẽ terræ hærebat, reliquũ verò corpus miræ altitudine sursum ferebatur. Deniq; è cælo dilabebatur ignis, vasta fumi caligine, proxima quæque obscurans. Nam par erat vt, cum se diuina vis exereret, & in terram demitteret, nihil eorum, quibus constat hic mundus inferior, torpesceret, remissiusve ageret; quin potius, sedibus mouerentur omnia, & officiosè

ciôsè accurrerët. Præsto erat populus sese iam triuũ expiãs, ab vxoria quidem cõsuetudine, cæteri que voluptatibus, præterquã iis, quæ victũ ferè necessariò comitatur, abstinent, ac se lauacris & aspergine iustrans. Quinetiã lotis vestimentis cultũ in primis candidũ ac purum præ se ferens, & summis pedibus, quasi suspensus teneretur, ingrediens aëres surrigebat, a Mose nimirum admonitus vt se ad concionẽ pararet. Hanc enim ille futuram intellexerat, cum semotis arbitris euocatus oraculũ acciperet. Statim de medio igni, qui è cælo dilapsus erat, edita vox est, quæ omnium animis metũ horrorẽque incuteret, flamma ad sermonem iis, qui audiebant, assuetum & familiarẽ apta accommodatãque. Quæ autẽ verba edebantur, tantã vim habebãt claritatis ac perspicuitatis, vt cernere ea potius quã audire populus videretur. Si quis verbis meis fidem nõ habet, audiat Mosẽ ipsum qui dixerit, ab vniuerso populo vocẽ esse apertissimẽ visam. Etenim humanæ voces auribus, diuinæ verò oculis reuerã hauriuntur. Quid ita? Quoniã quæ à Deo dicuntur, verba nõ sunt, res sunt. Certius autẽ est oculorũ, quã auriũ de rebus iudiciũ. Optimè verò & perquã Deo conueniẽter vox ab igni profecta dicitur. Huiusmodi enim sunt diuina oracula, vt instar auri videri possint, igni accuratissimè probata. Sed & allegoria subest eiusmodi, vim notari in igne duplicẽ: vnã illustrãdi, vrendi alterã: ideòque eos, qui studiosè diuinis oraculis obsecundent, immortales fore, ac purissimæ lucis participes, legibus diuinis velut astris in ipsorũ animis collucẽtibus: quotquot verò detrectet imperiũ, nullũ finem habituros vnquam incendij domestici ab internis exoriẽtis libidinibus, quæ vitã eorũ, in quibus hærent flammę in morem depopulantur. Hæc sunt de quibus dicendũ mihi fuit initio huiusce cõmentationis. Iam ad ipsa oracula venire, omniãque ipsorum inter se discrimina excutere conuenit. Decem igitur numero cum essent capita, in duos digesta sunt quinariorum, totidẽque stelis inscripta. Prior quinariorum primaria oracula, posterior secundaria cõplectitur: Ambo quidem præclari, vitæque apprimè vtilis. Amplas enim ac publicas vias aperiunt eodẽ pertinentes, quibus tutò insistere possit animus rerum optimarum studiosus. Porro autem qui primas obtinet quinariorum, primũ agit de monarchia, qua regitur ab vno mũdo. Deinde de statu ac signis, cæteri que id genus artis humane operibus. Tum de nõ iurãdo, temerè adhibito Dei nomine. Mox de trãsmittendo die septimo, vti decet sacrũ ac Deo dicatum

catum diē. Postremò de colendis parentibus tum ambobus cōmunitè, tum priuatim singulis, vt ad Deum quidem hoc scripturæ caput referatur primū, patrem videlicet & conditorem huius vniuersitatis: deinde ad parentes ipsos, qui pro suo modulo illū imitari, particulari quadā procreatione velut liberorum autores sunt. Alter autē quinaris totus interdictionibus constat, adulterij, cædis, furti, falsi testimonij, cupiditatis, nihil appingētes operis superuacanei. Horū igitur vnū quodq; diligēter & accuratè dispiciamus. Iam primū omnium Deus vniuersorum, quæ existūt, autor est ac fons perennis. Pietas itidē virtutū origo prima & præcipua. Quibus de rebus primo loco differendum. Error quidā haudquaquā exiguus multò maximā hoīm partē occupauit, & is quidē de re, quam par erat vel solam vel certè in primis omnis erroris expertē singulorū animis insidere. Nā p̄ diis habuerūt alij elemēta quatuor, ignē, aërem, aquā, terram. Alij solem ac lunam, cæterasq; stellas tum erraticas tū fixas, alij vnum modò cælū, alij mundū vniuersum. A' supremo autem illo, maximèq; venerando procreatore ac moderatore huius amplissimæ mūdi Reip. inexpugnabilis inuictiq; exercitus imperatore, rectore deniq;, à quo vniuersa ab omni xuo adeoque in omne æuum salutariter administrantur, oculos auerterunt, sēque furtim subdlexerunt. Cæterum suis illis diis falsa commentitiāq; nomina attribuerūt alij alia. Terrā enim vocarunt nunc Proserpinam, nunc Cererem, nunc Plutonem: mare appellarunt Neptunum, marinos ei genios suppræfectos addentes affingentēsq;, & comitatū item, in quo ingens turba esset vtriusq; sexus. Aërem vero, Iunonē: & ignem, Vulcanum: præterea Solem, Apollinem: Lunam, Dianam: Luciferū, Venerem: & planetam, qui à Græcis *σίλωρ* appellabatur, Mercuriū nominarūt. Quin & aliorū quoq; astrorū penè omnium nomina, fabularum scriptoribus velut per manus tradiderūt. Hi demulcendis capiendisque auribus miro artificio commēta molientes, simulque atroxentes, visi sunt ad huiusmodi nominum inuentionem, vniuersa adhibuisse probabilis & argutæ orationis lenocinia. Hoc pacto cū cælum in duo secuissent hemisphæria, quorum alterum super terram extaret, sub terra lateret alterum, vocarunt *Διοσκόρξ*, id est, Iouis filios, Castorē videlicet, Pollucēmq; intelligentes. Ac de vita quidem horum, diebus alternante, multa prodigiosè affinxerunt. Cælo enim ingi ac perpetuo tenore in orbem se agente, necesse hemisphærio-

rum

rum vtrunque alteri vicissim quotidie cedere, itaque alterum supra esse, infra alterū, nostra certè opinione: cū alicui satis constet in orbibus nihil summum reuera, nihil infimum esse: Nostri modò respectu, quod supra caput est, summū: quod huic ex aduerso responderet, infimum dici solere. Iam eum, qui syncerè & verè philosophari didicerit, germana que ac mera pietatis studiosus esse cœperit, pulcherrima sanctissimāque doctæ constitutio, vt nulli eorum, quibus constat mundus, merum imperium, & plenam summamque potestatem esse suspicetur. Ortum enim habet. At quod oritur, obnoxium interitui est, nisi autoris ipsius & conditoris prouidentia & cura ab interitu vindicetur. Quod etiam si fiat, extiterit nihilominus aliquando tempus, cū id in rerum natura non esset. Nefas autem dicere Deum à certo tempore ortum esse, nec antè fuisse, aut omnino sempiternum esse, negare. At inuenti sunt tamen vesani nescio qui, tam præpostero iudicio homines, vt non solum pro diis haberent quæ paulò antè commemorauimus, sed eorum etiam vnum quodq; pro maximo & principe Deo colerēt: illi quidem certè vel propter indomitam ingenij tarditatem verum Deum ignorantes, vel de cognitione eiusdem non admodum laborantes, quod putarent ea solum esse, quæ sub se sum caderent: causam, quæ animo tantum cerneretur, & ratione intelligeretur, nullam esse: Et tamen præsto id erat vnde fides perspicue fieri posset. Nam cū animo & vitam sustinerent, & consilia inirēt, & reliqua humane vitæ munia obirent, nunquam tamen efficere potuerunt, vt ipsum corporeis oculis cernerent, quamlibet studiosè annexi & ambitiosè, an quo modo hoc ipsum simulachrum omnium maximè diuinum oculis vsurpare possent. A' quo profectò rationi consentaneū erat gradū facere ad cognitionem ortu carentis & sempiterni Dei, qui oculis mortalium subductus, vniuersum mundū salutariter regit ac moderatur. Vt enim, si quis honorē & cultū, qui magno regi debeat, eius suppræfectis tribuat ac satrapis, videri possit non stultus tantū & rerum imperitus, sed temerarius etiam, & ad audendū proiectus, vt qui nullo delectu seruos colat pro domino: ita si quis pari honore prosequatur tum omnium autorem ac procreatorem Deum, tum quæ ab eo condita sunt & procreata, sciat se maximè omnium temerè & iniquè agere: neque verò dum paria disparibus ad hunc modum tribuit, honoratiora reddere, quæ sunt cōditionis tantò inferioris, sed quantū in ipso est Dei maiesta

maiestas

maiestatē imminuere, qui ordinis est modis omnibus superioris. Sunt & qui eò progrediātur impietatis, vt ne paria quidem impertiant, sed procreatis, quidvis honoris cultusq; exhibeāt, procreatori nihil tribuant. Quin ne mentionem quidē faciant eius, quo nihil obuium magis, nihil magis publicum. Studiosē enim voluntariā sibi inducentes obliuionē miseri, obliuiscuntur illius ipsius, cuius vtique solus meminisse consentaneum erat. Nonnulli deniq; dira quadā rabie perciti palā edere improbitatis suæ specimen nō dubitāt, maledicā contumeliosāq; linguam exacuētes, ac Deū ipsū cōiitiis maledictisq; appetentes, & eadē opera dolore cōficiētes pios homines, quos hac audientes statim subit ingēs vixq; cōsolabilis mœror, animūq; exest. Atq; hic quidē aries est, qui abi mpiis admoueri cōsueuerit. Hęc vna res, qua piis ora conātur obstruere, vitā quietam & tranquilliam instituētibus, & vt præstātissimā amplectentibus, ne in præsens se aliōsve exasperent. Vniuersas igitur eiusmodi præstigias auersemur, & quæ naturā cognata congenitæque nobis sunt, ac fratrum nostrorū nomine ceuseri debent, etiam si substantiā cōstant puriore ac nobiliore, & interitu minus obnoxia, ne adoremus. (Porrò fraternæ coniunctionis rationem inter se habent quæcunque procreata sunt, certè quatenus talia sunt: siquidem qui vniuersa precreauit, vniuersorum pater est.) Mente verò ac lingua, totisque viribus, & summa quidem constantia ad cultū accingamur illius ortu carentis ac sempiterni huius vniuersitatis autoris, cauētes ne succumbamus: imò ne locum quidem demus mellitis nonnullorū sermonibus ac lenociniis, quibus multos haud dubiè, qui sic cauissent, euadere potuissent, in exitium pertractos scimus. Præceptum primum & præceptorum longè maximum & augustissimum nostris insculpamus cordibus, quo admonemur vnicum illum summum & habendum esse & colendum Deum. Opinioni verò, quæ deorum multitudinem astruit, nemo eorum qui syncerè & cādide verum indagare cupiant, aurem vnquam præbuerit, Cateri quotquot vt deos venerantur & colunt aut solem & lunam, aut vniuersum etiam cælum mundūve, aut præcipuas aliquot eius partes, hallucinantur quidem: quis enim inficias ierit? cū ea quæ regem dominūque agnoscunt, tantopere extollant, & quasi regio solio collocent: minori tamen hi sese scelere obstringunt, quàm qui ex lignis, lapidibus, auro, argente, aut alia materia fingunt ac formant pro arbitrato quisq;

sua

suo varia: itaque orbem terrarum signis, statuisque replent, & aliis id genus humanæ artis opificiis, quorū procreatrix tum pictoria, tum fabrilis ars grauiam in hominum vitā damna, detrimentaque inuehere solet. Subuertitur enim opinio quam de sempiterno Deo haberi, & qua in primis animum sulciri firmarique conuenit. Quibus ea sublata est, ii instar nauium, quæ omnibus destitutæ sunt armamentis, fluctuantes perpetuò huc illuc aguntur, neq; se in portum vnquam recipere, neque in firmam veritatis stationem subire possunt. Tanquam cæci sint, oculos nunquam in id coniiciunt, quod & aspectu dignum in primis est, & ad quod vnquam oportebat ipsos omnem oculorum aciem intendere. Horum sanè vita mihi videri solet haud paulò miserior, quàm sit eorum qui externam visionem vel deprauatam habent, vel omnino etiam deperditam. Etenim hoc illi incommodo præter voluntatem afficiuntur, quia vel in granè quempiam merbum oculorum, vel in manus hostium incidunt: hi verò sponte sua internos animi oculos non labefactarunt solum, sed prorsus quoq; sibi abiiciendos esse putauerunt. Hinc fit vt meritò illis quasi aduersa fortuna videntibus misericordia præsto sit: his tanquā flagitiosis poena irrogetur, qui ne illud quidem vnā cū cæteris animaduertent, quod in præptu adeò est, vt vix qui adhuc balbutiat puer, ignoret, opificè opificio maxime præstare, primū quidē tēpore, (antiquior enim est, & quodāmodo operis à se constructi pater) deinde etiā vi ac dignitate. Quod enim agit eo, quod patitur, nobilius est & illustrius. Cūq; par esset (tactū ne hoc quidē ipsum impietatis crimine vacaret) pictores ipsos potius ac statuarios summis honoribus velut deos colere, hos tamen in obscuro iacere siuerunt, nihil quicquā illis amplius, quàm cæteris hominib⁹ tribuētes: operaverò manibus ipsorū sculpta pictæve deos esse censuerunt. Et cōplures quidē ex ipsis artificibus inopes & obscuri ad multam senectutē peruenerunt, ac tandem aliis atq; aliis succrescētibus infortuniis de vita decesserunt. Quæ verò arte delinearāt ac elaborarāt, iis purpura, auro, reliquisq; id genus reb⁹ splēdidis ac magnificis, quas diuitiæ suppeditāt, magna cōciliata auctoritas: Adhibiti etiā cultores ac sacrifici nō ingenuè modò conditionis hoīes, sed & primæ nobilitatis, & q; corporis etiā forma pcellerēt. Diligētē em̄ & accuratē tū in genus sacrifici inqrit, an ipsū irreprehensum sit & inculpatū: tū cōpago toti⁹ corporis explorat, an ea prorsus oīb⁹ suis ptib⁹ cōstet. Sed hęc leuiora, tū

etiā

et si per se satis superque graua sunt. Quod sequitur, omnium est longè granisimum & indignissimum. Nonnullos enim ex ipsis opificibus animaduerti etiã opificiis suis vota precésque fundere. ac sacra facere. Hi tolerabilius profectò manus suas venerari & colere poterant. A quo tamè abstinere si mallèt, ne nimio sui amore laborare viderètur, certè adorarent malleos, incudes, stylos, forcipes, cæterãq; instrumèta, quibus adiuti, huiusmodi formã induxerūt materia. Quanquã his eò prolapsis dementia, illud à nobis liberè & ingenuè loqui volētibus merito dici potest, votorum omnium primum præcipuūmq; esse, vt optemus nos esse Dei quàm simillimos, & ad eius naturam, quàm maxime fieri potest, accedere contendamus, quæ summa felicitatis nostræ est. Iam igitur vota facite, precésq; fundite ò præclari, vt simulachris figmentisque vestris perquam similes euadatis. Qua ex re summæ beatitudinis fructū colligere possitis, neque cernentes oculis, neque audientes auribus, neq; respirantes odorantésve naribus, neque ore vocem edentes, cibumve gustantes, neque quicquam accipientes manibus dantésve, aut villo modo molientes, neque pedibus ingrediētes, neque verò vlla alia corporis parte vim vllam exerētes, sed velut sacrosancto quodam ac præsidario carcere interdium noctūque conclusi & asseruati, nidorem è victimis perpetuò trahētes. Id vnum ex omni genere bonorū ipsis simulachris attribui affingive potest. Sed equidem arbitror ipsos hæc audientes primum commotum iri vehementer, quasi non preces ego, sed diras potius deprecationes memorem, mox verò ad conuictiosam defensionē sese conuersuros, & abundè recriminatuos. Maximū hoc fuerit indicium manifestæ eorū impietatis, quòd deos colant, quibus natura similes nunquã ipsi fieri velint. Ab animato igitur inanimum ne adorator. Perquam enim absurdum fuerit, si quod ars fabricauit, ab eo colatur ac religiose obseruetur, quod natura ipsa procreauit. Cæterum Aegyptus non hoc modo crimine totius quidem communi regionis illius, sed & altero maxime insigni merito accersitur. Nam præter signa statuãsq; bruta etiã animalia diuino honore prosecuti sunt Aegyptij, in primisque tauros, arietes, hircos, quibus & prodigiosas quasdam fabulas affinxerunt. Nec mirum fortasse sit ea coli ab illis animalia. Mansuetissima enim sunt, & ad vitam plurimū conducunt. Bos arator sulcos ducit & sementi apparat: idem, vbi iam repurganda grana fuerint, trituris maxime futurus idoneus.

idoneus. Aries vestimentum suppeditat, regumentū longè præstantissimū. Corpora enim si nuda essent, facile paterent omnibus immoderati tum caloris tum frigoris iniuriis, nunc solis ardoribus æstuatia, nunc frigida cali intemperie rigentia. Iam verò modū omnem prætergressi ex feris immanes cum primis & intractabiles, leones & crocodilos, & ex serpentū quoq; genere aspidē veneno, quod eiaculari solet formidabilē templa honorant, lucis, sacrificiis, ludorū festis diebus, pōpis, & id genus aliis. Nam & in terra & in aquis, quæ duo elemēta magno vsui esse voluit mortalibus Deus, perscrutari immanissima quæq; ac truculentissima, nihil in terra offenderunt leone efferatius, nihil in aquis crocodilo atrocius, quorū tamen vtrunq; diuinis prosequuntur honoribus. Quin & aliàs consecrarūt animātes, canes, feles, lupos, & ex volucrū genere ibides & accipitres: deinde etiã ex piscibus integra quorundã corpora, quorundã certas tantum partes. Quibus rebus quid potest esse ridiculū magis? Ideoq; qui primi in Aegyptum peregrè profecti sunt, vtiq; prius, quam eius regionis mores insolētes animis imbibissent, risu propemodū enecti suat. Quorū autē de vera sanāq; doctrina non nihil degustarunt, mirantur rebus tã indignis, tantum tribui dignitatis, & eorū, quibus id vsu veniat, sortē deplorant. Existimāt enim, quod & probabile est, ipsos cōditione esse multo deteriore, quàm ea sint, quibus tantū honoris exhibent, & in quæ sic animos suos effundūt, vt pro feris ipsi haberi possint humana specie obambulātibus. Sustulit igitur sacris suis legibus Deus vniuersam hæc deos cōsecrandi rationē, & ad se, qui verè Deus est, honorandū colendūmq; homines euocauit, nihil ille quidē opus habens honore, qui ei debetur, (neq; enim aliena eget opera qui sibi abundè sufficit ipse, suppeditatq; omnia) sed volens generi hominū, quod per deua ferebatur, viam rectam tutāmq; munire, quam qui ingrederētur, itaq; naturam ducem sequerentur, facile præstantissimi finis cōpotes euaderent, cognitionem adepti eius qui verè sit, & quæ primum perfectissimūq; bonum appellare possis. Quandoquidē ab eo velut perenni quodam fonte mūdus ipse, quæq; in eo insunt, largum particulariū bonorū succum trahunt. Iam cum etiam de secundo præcepto quantum licuit disseruerimus, de eo deinceps quod ordine sequitur, dicendū nobis est. Est autem huiusmodi, non esse temerè & incōsideratè vsurpandū nomen Dei. Porro quidem ordinis manifesta ratio est, si quis non nihil mentis aciem intēdat. Nomen enim

enim proximè rem, de qua dicitur, sequitur, haud aliter atque
 umbra corpus. Cùm igitur de habèdo colendòq; Deo, qui verè
 ac semper est, dictum iam esset, è vestigio conuenienti ordine
 ac serie consecutum est præceptum perquàm appositum de no-
 mine eiusdem. Nam hac quidem in re multis variisq; modis
 peccatur ab hominibus. Præclarum scilicet & vitæ apprime vtile,
 nunquam iurare, idèmq; naturæ humanæ valde cõgruum, quã
 insita ratio docet sic veracem esse oportere, quasi quoties verba
 facit, iurare se putet. Altera verò, quod aiunt, nauigatio, iurisiurã
 di religionem sartam rectam seruare. Continuo enim, qui iu-
 rat, in suspicionem venit attentatæ fidei. Cunctandum igitur
 tentandũmq; num quo modo captata procrastinatione, iurandi
 occasio summoeri possit. Quòd si qua vis necessitatis vrgeat,
 quicquid illud est, quo de agitur, diligenter & accuratè confide-
 randum. Res est haud parui momenti, etiam si ex more cõtem-
 ptui habeatur, Iurandum enim testimonium quoddam est
 Dei de rebus controuersis. Deum verò testem laudare menda-
 cij, planè impium. Agedum, si ita videtur, rationis acie intue-
 re mihi mentè eius, qui peieraturus sit. Animaduertes eã nullo
 modo conuiuere, sed contra tumultuari secum & commoue-
 ri, vt quæ velut in ius trahatur, & contumeliis maledictisq; ad-
 obruatur. Nam cuiusq; animo adheret genius ipsi congenitus,
 nihil ille quidem solitus sceleris in se admittere, vt qui semper
 & improbitatem odio, & amore virtutem sponte sua prosequa-
 tur. Is modò accutorè, modò iudicem pro re nata vnus idèmq;
 agit, qua prouocatus ac perimor, vt accusator quidem arguit,
 accusat, ac formidabili specie metum incurit: rursusq; vt iudex
 præcipit, admonet, & ad resipiscendum incitat. Si flectere potest,
 magna alacritate recipit in gratiam: sin minus potest, bellum
 gerit perpetuum, nec vllas paciscitur inducias, dies ac noctes
 instat, nec lancinare desinit, & vulnera, quæ nullo remedio cura-
 ri possint, infligere, dum miseram sceleratamq; hominis vitã
 abrumpat. Hic equidem te libenter rogari mō periure quis-
 quis es. Ecquid ausis ad quemquam amicorũ aut necessariorũ
 tuorum accedere, ab eodem stipulaturus, vt quæ neq; viderit,
 neq; audierit, ea quasi oculis auribusq; hausta, ac sibi diligenter
 explorata, obseruatãq; testimonio suo in gratiam tuam sufful-
 ciat? Non ausis, opinor, id enim facinus est desperatæ deplora-
 tæq; amentia. Quibus oculis amicum intuens, si modò sobrius
 es, & mētis compos, ab eodem petes, vt nomine amicitia, quæ
 tibi

tibi cum eo intercedit, cuiquã iniuriam facias, & iura diuina
 pariter humanãq; omnia contenas ac violes? Nō dubiũ profe-
 ctò quin, si hæc ille audierit, planè repudiaturus sit falsum hoc
 & emētũ amicitia simulachrũ: deinde secũ etiã ipse expostu-
 laturus, quòd principio cũ eiusmodi homine amicitia inierit:
 deniq; ab eodem quàm ocysimè tanquã à bellua efferata ra-
 bièq; percita resulturus. Itãne verò de quibus ne amicũ quidẽ
 interpellare ausis, ad ea testè impudèter citabis parentè ipsum
 rectorèmq; mundi Deũ? & eò temeritatis venies, sciès nihil esse
 quòd illius fallat oculos, nil quòd aures fugiat, an verò igno-
 ras? Si ignoras, pietatè aduersus deũ tollis. Porro scelerũ omnĩũ
 fons est impietas. Ad huc grauissimũ scelus, illud accedit, quòd
 mira quadã arte & astutia ipsam quoq; iurisiurãdi religionem
 oppugnas, cùm per eum, quæ neq; aduerrere, neq; omnino esse
 pures, sic iures, quasi eũ rerum humanarũ procuratõnẽ habere
 cõseas. Sin est autè, vt mūdum noris à deo regi administrariq;
 neq; verò id solũ, sed etiã ab eodẽ hominũ vitæ cõsuli & pro-
 uideri, nulla iam impietate impietas tua superari potest, qui, si
 minus ore & lingua, certè interno animi affectu, cuius tibi cõ-
 scius es, cũ Deo sic agas. Iuuato me falso testimonio, iuuato col-
 lusione, iuuato deniq; fraudis & imposturæ societate. Spes mi-
 hi vna tuẽdæ laudis ac famæ apud homines, veritatis dissimu-
 latio. Alteri tãtò inferiori tu tãtò superior, homini quidem ei-
 demq; improbo tu Deus idèmq; omnĩũ optimus ac præstãtissi-
 mus iniquam operã præstare ne dubitato. Sunt & alij qui nul-
 la fructus atq; emolumẽti spe ducti, temerè nullòq; discrimine
 de rebus quibuscumq; subinde iurent. Id quo praua cõsuetudini
 acceptũ referri debere vel illud satis docet, quòd etiã vbi nihil
 prorsus in cõtrouersiam adductũ est, iurãt, volẽtes fortasse ora-
 tionem efficere deiuriis vsurpãdis pleniorẽ. Quasi verò nō sa-
 tius esset nō nihil de verbis ipsis decidere: imò verò qñ ex cre-
 frequẽtiq; deiurio periurium nascitur & impietas, sermonis ac
 vocis vsũ prorsus amittere. Necessè est igit eũ, qui iuratur⁹ sit,
 oĩa paulò diligẽtius excutere & curiosius: & id quidẽ in primis
 quo de agitur, explorare, magni sit momẽti necne, & an reuerã
 factũ sit, an etiã firmiter ipse, qd factũ est, animo cõplexus sit.
 Deinde se quoq; ipsũ recognoscere, purõne sit à preuaricatione
 aũo, corpore ab inqnamẽto & illuue, lingua à pbris & cõuitiis.
 Nō em̃ piũ est, vt quo ore q̃s sacrosan. & augustũ Dei nomẽ vsur-
 pet, eodẽ promẽdis cõtumeliis & maledictis abutãt. Porro lo-

ci quoq; ac temporis idonei habēda ratio est. Nonnullos enim iam animadverti, qui in locis profanis & impuris, vbi neq; de patre, neq; de matre, imò ne de vlllo quidē sene alienigena, qui honestē & cū laude vixerit, mentionē fecissē par est, iurare non dubitarent, & integras deiuriorū formulas connectere, impiē clarū & celebre Dei nomē, vbi minimē oportuit, vsurpare autē. Qui suprà dicta contempti habeat, siat se primū scelerum esse & impurum: deinde maxima supplicia, quæ ipsum intercipiant, velut in infidiis esse: neq; enim diligēs illa rerum humanarū inspectrix, quam nos iudiciorū præsidem, Græci *Διουρα* nominant, à quoquā qui tantis se sceleribus polluerit, exorari, aut vlllo modo flecti potest. Ea si quando nō simul atq; peccatū est à quoquam, pœnas ab eodē sumit, videtur hac quidem lege, vt fenore permultū sorti accessurū sit, supplicia scenerare, quæ cūm tēpestiuū fuerit, ex vsu Reipub. à debitore exigere possit. Quartum præceptū de feriis diei septimi, quæ Deo dicatæ sunt, agit, docetq; eas purē ac sanctē transmittendas esse. Has nonnullæ ciuitates semel in mense celebrant, numero adæquantes Calendis ex placito diuino institutis. At Iudæi sex interiectis diebus, septimū continenti quodā circulo festum agunt. Cuius rei causa perquam manifesta deprehenditur ex ipsa cōditi orbis historia. Siquidē ea mūdum sex diebus creatum esse docet: Septimo autē feria tem ab omni opere Deū cœpisse, quæ bellē cōdidisset, intueri & contemplari: ex quo præceptū etiam tradi iis, qui in hac Repub. diuinis fundata legibus versaturi essent, vt quemadmodū cæteris in rebus, ita hīc quoq; Deum sequētes ducē negotiis operibusq; sex diebus incuberent, septimo quiescerent, sēq; sapientiæ studio traderent, speculationi rerum naturalium vacarent, dispicerēt num quo se scelere superioribus diebus inquinassent: deniq; à se rationem dictorū factorūque ad suæ ipsorū mentis tribunal diligenter exigent, ipso etiam diuino sermone disceptatore atq; censore adhibito: itaq; ea quæ inconsideratē neglexissent, corrigent, ac ne iterū vllum in se scelus admitterent, in posterū cautius diligentiūsq; prouiderēt. Sed dierū sex vsuram Deus in exædificationē mundi cōsummationēq; semel cōtulit, spatio tēporis nihil opus habēs. Homi nibus verò, quorū fors, quia mortalis & caduca est, ad necessarias vitæ vsus plurimis eget, ad extremū vsq; vitæ actum diligenter & studiosē in eo perseverandū, vt sibi comparent quæ ad vitam degendā necessaria sunt, sacris feriis septimo quoq; die

inte

intercalatis. An nō præclara hæc exhortatio, & quæ plurimū valeat ad animos cūm ad alias virtutes, tum maxime ad pietatem incitandos? Semper tibi, inquit, imitandum propone Deum. Sed illud dierū spatium, quanto quidē spatio mundum architectatus est Deus, exēplar tibi sit temporis, obeundis actionibus, cōficiendisq; negotiis, destinandi perquam idoneū ac sufficiens: Septimus verò dies, operæ philosophicis ac diuinis speculationibus impendendæ. Septimo enim die inspexisse dicitur Deus quæ cōsiderat, vt & ipse intelligas tum naturæ opera, tum tua quæcūq; ad felicitatē contendunt, tibi speculanda contemplandaq; esse. Ab hoc igitur vitæ vtriusq; laudatissimæ archetypo, tū eius quæ in actione cernitur, tum eius quæ in cognitione & contemplatione versatur, ne oculos vnquā remoueamus: sed ad ipsum assidue respicientes, nostris ipsorum mentibus illiūres imagines ac formas inculpamus, & mortalitatem hanc ad immortalitatis ipsius similitudinem, quoad fieri potest, dictis factisq; idoneis effingamus. Qua verò ratione dicatur sex diebus cōditus à deo mundus, cūm ei nihil planē tēporis spatio ad agendum opus sit, tractata alibi explicatāq; allegoria demonstratū est. Prærogatiua certē, quam in rerū natura septenarius numerus habeat, patefacta ostensāq; ab iis est, qui disciplinas pertractando ipsam diligenter accuratēq; vestigarūt. Hæc æstimatur ex ea, quæ in numeris virgo est, quæ matris expert, habitudine, vni illa quidem principioq; maxime propria. Ad hæc quoniam inerrantis orbis vnū idea est, septem errorū profectio erit septenarius. Vno enim septenariōq; incorporē illud cælum cōstat, quod aspectabilis & corporati exēplar est. Porro ex indiuidua diuiduāq; natura concretū est ipsum cælum. Sed indiuidua quidem natura primā ac tummam inerrantēmq; conuersionē sortita est: Diuidua autē vi atq; ordine secundam. Illi vnum præest, hāc moderatur septenarius, quæ sexies diuisa septem errores, quos vocamus, effecit, ita dictos, non quod quicquā eorum, quæ in cælo sunt, & naturam habēt diuinam ac beatā, vlllo modo derret, cūm nihil æque expert erroris sit: Siquidem illa perpetua quadā sibiq; simili vertigine æuam velut glomerāt, nec vnquā à suo deflectant euariāq; curriculo: sed potius quod quæ motu circūagantur ipsi indiuiduo extimōq; orbi cōtrario, erratica impropre vocantur hominū temeritas ac stultitia, suum ipsorū errorem ad caelestia referentiū: quæ tamen in illa diuina acie ordinem nunquam deserunt. Ob hæc igitur, aliāq; item plura,

GG iij magno

magno in honore septēarius habetur. Verū tamen nō aliunde tanta eidem prerogativa est, quāta ex eo quōd in primis conditorē, parentēmq; vniuersorū prodit, ac velut spectādum exhibet. In hoc enim quasi speculo videre sibi videtur humana mēs Deum molientē procreatēmq; vniuersa, & eadem moderātem. Iam verò vbi de fertis actū est diei septimi, quintū praeceptum traditur, quod est de colēdis obseruādisq; parētib; ei; locus attribuitur in cōfinio vtriusq; quinarij. Hoc igitur prioris quinarij postremo loco positū, sacrorum augustorūmq; praeceptorum iungit cōplētq; quinarium, eadēmq; alteri quinario annectit, qui iura hominibus ipsīs inter se retinēda exercēdāq; cōplectitur. Eius verò rei causa, vt equidē opinor, hæc est: Parentū natura, essentia, mortalis immortalisq; quoddā velut cōfiniū est: mortalis, propter corpora ipsorū fluxa & caduca, quæ hominum reliquorūmq; animalium cognatione teneātur: immortalis, ob vim facultatēmq; procreādi, qua quodā modo Deum representēt vniuersorū procreatorem. Iam sanē quidem nōnulli cum se alteri parti addixissent, alterā vili sunt habere cōtēptui. Vehementiore enim pietatis amore rapti, diuino cultui totam vitā suam dicarūt, aliis, quæ vna quoq; suscipienda tractandāq; erant, in totū se prætermisissis. Alij verò nihil in bonorum numero habēdū esse rati extra ea, quæ homini ab homine debentur officia, vnū modò hominum cōmercium amplexi sunt, & cōmunitatis societatisq; desiderio capti, ex æquo omnes ad vtda fruendāq; bona vocauerūt, ac malis omnium miserisq; remedium, quātum potuerunt, adhibuerunt. Hos quidem certē rerū humanarum, illos diuinarū impensē studiosos meritò quis dicat, ac semiperfecta quidem virtute præditi vtrosq;. Eos enim demū numeris omnibus absolutos esse, qui se vtriusq; probauerint. Quotquot autem neq; vllam propensū in res humanas animi fidem faciunt significatione vel lætitiæ, dum bene cedūt res mortalibus: vel doloris, dum malē; neq; amore implicātur pietatis & innocentia, videri omnino possint in ferarū naturā degenerasse: ex quibus haud dubiē primas atrocitatis partes ferat is, qui nullam habet parētum rationem, & vtranq; partem exagitat, Deo pariter hominibusq; aduersatur. Sciat igitur duplici se iudicio, quorum certē vtrunq; sponte naturæ agnoscat, reum peragi, diuino humanōq; iac diuino quidem impietatis damnari, quōd qui in rerum naturam ipsum, cum antē nō esset, addoxerint, atque hoc ipso Deum imitati sint, eos minime

colat

colat & obseruet: humano autem inhumanitatis planē conuincit. Nam apud quē beneficium collocabit, qui quos habet arctissimo consanguinitatis vinculo coniunctos, & a quibus amplissimis muneribus affectus est, quorum nōnulla etiam tāta sunt, vt paria facere nunquam possit, eos paruipendit ac dispicit? Qui enim possit quispiam eos vicissim procreare à quibus sit procreatus? Parentibus videlicet eximā præ liberis sortem largita natura est, vt beneficia cōferat, quibus par gratia nulla vquam referri possit. Quō sit vt meritò indignū & graue cēseri dedeat, si qui pro omnibus, quæ acceperūt, parem gratiā rependere nullo modo possunt, ne pro leuioribus quidē velint. His ego videor mihi iure dicturus. Ab hominibus feras domari oportere. (Et sæpe quidē ipse incidi in leones, vsus, pardosq; ita edomitos, vt nō iis modò hominibus, à quibus alerentur, tractabiles se māsuetosq; præberent, quasi beneficiū agnoscerent, sed aliis quoq;: nec verò alia de causa, vt equidē sentio, quā quod hos illis similes esse cernerēt.) Decet enim deteriora semper se ad præstantiorū amulationem cōponere, itaq; spē existere proficiendi in melius. Nūc contrā hortari cogor homines, vt nonnullarum ferarū æmulos se imitatorēsq; præbeant. Illæ norūt didiceruntq; bene de se meritis gratiā repēdere. Canes pro tuēda domo herili dimicant: & vbi periculi aliquid ex improviso acciderit, nō sicut se superstibus heros è vita tolli. Quinetiā eos qui tuēdis gregibus adhiberi solēt, aiūt in propugnādo grege ita ferē perseverare, vt extrema patiātur omnia, quō ab omni damno ac detrimento pastores ipsos vindicēt. An non illud maximè pudendū, in reponēda gratia vinci à cane hominē, ab audacissima petulātissimāq; fera animal māsuetissimum? Sed si nōdum satis terrestria nos edocēt animalia, ad aërea transeamus, vnde quæ par est, discamus. Ciconia vbi cōsenuerunt, nec iam ad volatū vires sufficiunt, nidis se continent. Earum pulli, propē dixerim, terras ac maria circūuolitātes, vnde quōq; parentibus victū quaritant. Atq; ille quidem, ita vt eam aratē decet, quieti se tradunt, & reliquā vitam agunt in deliciis & summa rerū copia. Hi, quos labores tolerāt in suppeditando parētibus victu, eos leues planē ducētes tum pietatis ergō, tum quōd se, vbi cōsenuerint, vsuros sperent simili natorū officio, necessariū debitum in tēpore vicissim exoluūt, & quale acceperūt beneficium, reponūt. Nō possunt vtiq; neq; nati statim ab ortu, neque parētes sub extremū vitæ tempus victū sibi parare. Quō sit vt

GG iiij ipsæ

ipsa ciconia sponte naturæ antè, quàm è pullis excesserint, fo-
ueantur à parentibus, posteaq; eosdè senes magna alacritate fo-
ueant. An non igitur quotquot curam parentum deposuerunt,
pudore affici, & à se ipsi pœnas exigere debent, cum paruum eo-
rum rationè habeant, quibus vel solis vel cum primis prospe-
ctum ab ipsis esse oporteat, & in quos non tam conferri beneficiũ,
quàm referri gratia videatur? Nihil enim habent liberi, quod
non idem parentibus acceptũ referri debeat, ut quod ipsi de suo
deciderint, aut cuius quoquomodo liberis autores fuerint. Ec-
quid igitur hi pietatem ac sanctitatẽ duas virtutum reginas, si-
nibus animorum suorũ complexi sunt? Amandarunt potius, &
in exilium relegarunt. A Deo procreatur liberi parentum mi-
nisterio. Porro qui ministrũ aspernatur, vnà principem quoq;
ipsum aspernatur. Sunt verò & qui audeat paulò magnificẽtius
parentũ nomen celebrare, dicantq; patrẽ ac matrem deos utiq;
esse humanis oculis expositos, & in fingendis animalibus imi-
tates ipsum summũ ortu & origine carentem Deum. Ceterũ
hunc vniuersorũ Deum esse, illos eorũ tantũ quæ procrearint.
Fieri verò nequit, ut qui impiè contẽnat eos, quos intuetur prẽ-
sentes, pietatẽ erga eum, quem non videt, colat. His de honore
parentibus exhibẽdo pertractatis, prior diuiniõrque absoluitur
quinarius. Ac sequitur alter, & is quidẽ interdictionibus con-
stans, mutua hominũ commercia spectantibus, initio ducto ab
adulterio maleficiorũ maximo. Primũ nanq; fons huius &
origo studiũ voluptatis est, quod eorũ, in quos semel inuaserit,
& corpora frãgit, & vires animi soluit, eiusdẽmq; vitiat & labe-
factat substantiã. Siquidem in morem ignis subinde inualescẽ-
tis quicquid attigerit exest, nihil saluum in vita humana, nihil
integrũ relinquens. Deinde etiam eum, cuius iam animo adul-
terium implantauit, nõ modò ad iniuriam faciẽdam instigat,
sed vnà quoq; docet iniquitatẽ ipsam cum altero cõmunem ha-
bere, & societate earum rerum inire, quarũ minimè liceat. Vbi
enim insana furiosãq; libido cuiuspiam animum semel occu-
pauit, non potest is tandẽ suæ ipse auiditati satis esse. Duos om-
nino, vnũ præeuntis, alterũ obsecundãtis partes gerentem, con-
uenire necesse est, prouehendis incõtinentiẽ & salacitatis vitiis
longè turpissimis. Neq; em̄ dicere licet, eius quæ adulterio pol-
luitur, corpus tantũ vitiari corrumpiq; imò, si verũ fateri vole-
mus, ipsius animũ à viro abalienari magis, quàm corpus iudi-
cabitur. Docetur em̄ modis omnibus illũ auersari atq; odisse.

Ac

Ac minus quidẽ id graue esset, si se odium palàm aperteq; pro-
deret. (Cauetur enim facilius quæ perspicua sunt & manifesta.)
Sed neq; in suspicionem venire, neq; deprehendi faciliè potest.
Miris dolis tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur. Quin
sæpe accidit ut valde à re diuersam amoris ac beneuolentiæ o-
pinionem vir habeat, prestigiosis nimirũ captiosisq; fascinatus
vxoꝝ illecebris. Porro cõturbantur tres subuertunturq; fami-
liæ: Vna eius viri, cuius violantur nuptialia fœdera, quicq; & vo-
ris fraudatur cõiugalibus & spe legitimorũ liberorum spolia-
tur: altera adulteri: ad altere tertia. Ambo enim contumelia in-
famiasq; ac maximis quibusq; probris asperguntur. Horũ si fue-
rint amplæ & numerosa familiæ, quia aliis atq; aliis subinde
contractis matrimoniis magna existit ciuiũ inter se necessitu-
do atq; cõiunctio, hæc ipsa noxa circũquaq; grassatur, & vniuer-
sam etiã ciuitatẽ peruagatur. Atqui grauis omnino molestiasq;
res est, vbi de liberis ambigas, tui sint an alterius. Et tamen nisi
pudicã habes vxorem, dubium tibi prorsus incertũmq; est, cu-
iusnam reuera sit patris qui in lucem editur fœtus. Et res inte-
rim in occulto si latet, spurij legitimorũ liberorum ordinẽ sibi
locũmq; vindicantes, alienã familiam polluant & labefactant,
& hæreditatẽ, quatenus ea quidem paterna censetur, sed quæ ta-
men ad ipsos nullo iure pertineat, consequuntur. Atq; adulter
ipse posteaquã virus suum effuderit, & sobolẽ omnĩ conuitiis
expositam procrearit, deniq; libidinẽ suam expleuerit, non sine
gravi alterius iniuria, subducet se, ac ridendam præbebit eius,
quem reclamãtib; legibus violauit, ingnoratõnẽ. Hic autem
perinde ac si vtroq; oculo captus esset, nihil eorũ animaduertẽs
quæ domi geruntur, cogetur susceptos ex inimicissimis liberos
pro suis curare. Iam retegatur maleficiũ, extrema omnia passu-
ri sunt infelices liberi nullo suo merito. Cum em̄ marito adul-
teræ suæ sit genus, & adultero suo, ad neutrum tamen refer-
re originem suam poterit. Quando igitur illicitus concubitus
tot ac rãtas parit calamitates, adulteriũ quod & odiosum homi-
nibus, & Deo inuisum est, meritò cætera post se scelera malefi-
ciãque omnia censetur relinquere. Altero verò edicto cauetur
ne quis eadẽ perpetrare ausit. Natura enim cum animal, quod
ad societatem colendam, & ad vitã ex legum præscripto insti-
tuendam procrearat, mansuetissimũ esse veller, ad concordiam
ipsum communionẽmq; vocauit, rationem largita, cuius vi ad
concentrationem, temperationẽque mores deduci possent. Qui-

GG v cunq;

cunque igitur cædem facit, sciat se leges sanctionesque naturæ pulchræ & ex usu omnium conditas posuissq; subvertere. Nec tamen ignoret se sacrilegio quoq; obnoxium esse, ex quo rem, quam Deus sibi sacram in primis dicatamq; esse voluit, sustulerit. Nam que donaria honore vel augustiora vel sublimiora: Aurum argentumque & lapilli, & quæcunque præterea pretiosa materia est, inanimorum ædificiorum ornamenta sunt inanima. Homo verò animal præstantissimum, quod ad animam attinet potiorem eius partem, cogitatione quadam cum purissima cæli natura, & vero, ut permulti censent, cum ipso quoque mundi parente coniunctissimus est, ut qui mente præditus sit, quæ omnium, quæcunque in terra sunt, maximè sempiternum illud beatumq; exemplar æmuletur ac representet. Tertio posterioris quinarij interdicto furtum prohibetur. Quandoquidem qui alienis inhiat, communis Reipublicæ hostis est. Nam in omnium fortunas animo & cogitatione inuadit, re ipsa in nonnullorum bona manus iniicit. Inexplora videlicet habendi cupiditate tenetur, sed virium imbecillitate eas redigitur angustias, ut ad paucos tantum peruenire possit. Itaque qui fures aliquid virium potentiaque nacti sunt, rotas compilarunt ciuitates, nullo se suppliciorum metu coercentes, quod sibi legibus superiores esse viderentur. Atque hi ferè sunt, qui ad constituendam stabiliendamq; paucorum potentiam, valde propensum habent ingenium, qui dominatum imperiumque appetunt, qui insignia furta faciunt, venerandis principatus imperijque titulis ea velantes, quæ tamen ipsa verius latrocinia dicerentur. Edoceatur igitur quisque iam inde ab ineunte ætate nihil rerum alienarum, quantum idcircoque fit, clam subtrahendum esse, propterea quod longiusculi temporis consuetudo, ipsa tandem euadit natura superior, & quæ exigua sunt initio, nisi coerceantur, subinde auferunt, itaque progressum ad magnitudinem faciunt. Hoc Dei vetitum de rebus alienis non attrectandis statim excidit aliud eiusdem de falso testimonio non dicendo. Norat enim falsos testes multis esse magnisque, imò grauissimis quibusque sceleribus obnoxios, Primum enim angustam illam & sacram veritatem violant, qua nihil in hominum vita sanctius ac diuinius: (siquidè instar solis cuiusdam ita splendore suo res ipsas illustrat, ut nihil in obscuro iaceat.) Deinde præterquam quod mentiuntur, etiam res ipsas velut nocte quadam ac profunda caligine inuolunt,

unt. ac nocentibus quidem operam præstant, innocentiibus autem struunt insidias, affirmantes quæ neque viderunt, neque audierunt, neque verò sciunt, ea certò se scire comperraque habere. Admittunt præterea tertium scelus superioribus multò grauius. Qui enim inter se litigant, vbi res manifestis rationibus vel tabulis probari nequit, ad testes confugiunt, quorum oratio iudicibus velut regula quadam est eorum, de quibus sententiam pronuntiatum sunt. In his enim acquiescendum solis, vbi non est alia probationis via. Quæ ex re illud usu venire solet, ut qui falsis exagitantur testimonij, si in causa alicui superiores esse poterant, iniuria afficiantur. Qui verò iudices talia testimonia audiunt, pro æquis & iustis iniqui & iniusti censeantur. Et hoc quidè scelus ad impietatem etià pertingit. Nò enim citra iurandum iudicia exerceri solèt, sed horribili potius iureiurando adhibito, quod præfectò ab iis violatur magis, qui factum faciunt mortalibus, quàm ab iis quæ à iurisdictione religionis aberrant, rerum ignorantia circumuenti: quidè hi peccat incientes, illi fallere & vincere studet sciens, ac oïno de industria peccat, & eos, qui sententiæ aduersentur, ad peccati societatem inducunt ignaros quidè, nec satis intelligentes quod attectatur ad supplicium immeritò nonnullis irrogandum. His igitur de causis falsi testimonij dictione à Deo vetita esse puto. Extremo loco prohibet idè cupiditatem non ignorans illam, aut res novas moliri semper, aut seruire insidias. Omnes quidè certè animi perturbationes graues sunt ac molestæ, ipsi mouentes quatiensq; præter naturam, nec valere finetes. Omnium verò grauissima cupiditas est, propterea quæ ceterarum perturbationum, quæ extrinsecus incidunt atq; aduehiunt, nulla videt ab animi voluntate pendere: sola ipsa cupiditas oritur à nobis, voluntariaque est. Sed quid hæc sibi volunt? Præsentis boni opinio quiescentem animum erigat atq; excitat, & valde sublimem rapit, non aliter ac fulgetrum oculos. Vocatur autè hæc affectio, voluptas. Bono autè contrarium malum, vbi irruptionem fecerit, & certum vulnus inflixerit, statim ipsum animum recodita quadam tristitiaque cogitatione inuitum nolentemq; replet, atq; hæc perturbatio dolor appellat. Cum autè malum nondum intro receptum percellit hominem, futurumque est ut subeat, sequitur insinuet, pauorem ac mororem præmittit inauspicatos nuntios, qui animum concutiunt. Et hæc quidè affectio metus nominat. Cum verò quis opinionem concepit boni non presentis, & hoc ipsum aliquid cupit, suum longissimè agit, impellitque animum, quæ dum intedit plurimum, volens id, cui desiderio tenet, attingere, velut rotæ alligat distendi, conuelliturque magno

quidem studio appetitum bonum captans, quod assequi tamen nullo modo possit. Huic planè idem vsu venit quod iis, qui mira quidem alacritate, at non pari celeritate abscedentes persequuntur. Videtur & circa sensus nonnihil contingere simile. Fit enim ut dum oculi ad rem quampiam aspectabilem, quæ procul abiit, peruenire contendunt, seque admodum exporrigunt, & magis quam vitium ferat imbecillitas, exerunt, per vacuum cõcidant, nec planè rem obiectã intueri possunt. Ad hæc etiam violento cõcitatõq; impetu debilitati, caligine suffundantur. Itidem ubi sonus subobscurus è longinquo fertur, repente arriguntur aures ac velut impetu quodam insiliunt antitentes propius, si queant, accedere. Tãta incessit cupido vocis clarè manifesteq; excipiendæ. Cæterũ ea quãdo adhuc, vt par est, subobscura fertur, nihil exhibet certæ veræq; cognitionis. Quo fit vt magis subinde crescat vanũ irritumq; eiuldẽ percipiendæ desiderium auiditate ipsa Tantaleum quoddã inferre supplicium. Nam quæ Tãtalus concuperet, cum iam sibi apprehensurus videretur eorum potiandorũ spe derepente frustrabatur. Quem verò sua regit cupiditas, is perpetuò rerum, quas concupiscit, desiderio laborat, nec expleri vnquã potest inani auiditatis volutabro hærens. Et verò, vt qui serpere gliscerẽq; morbi solent, nisi nascẽtes statim refectionibus exustionibusve inhibeantur, vniuersam circũ circa corporis cõpagem quã celerrimè corripunt, nec vllã partẽ relinquunt illasam. Ita nisi ratio, philosophiis nixa præceptis: instar periti medici, illabentem sustineat reprimatq; cupiditatem, necesse est omnia in vita mortaliũ præter naturam agi & consistari. Nihil enim immune, nihil vacuum ab hoc malo est. Id si nimia securitas, nimiumq; otium semel exceperit, furor quidam existit, ac sursum deorsum miscentur omnia. Ineptum forrasse tuerit pluribus verbis disputare de rebus adeò manifestis, quas quis non videt vel secũ ipse, vel cum rota ciuitate, non singulis modò diebus, sed etiã singulis propè dixerim horis certa manifestaq; sui indicia prodere? Num pecuniarũ amor mulierũve, aut gloriæ, aut alterius cuiuspiam earũ rerũ, quæ sunt efficiẽtes voluptatis leuium vulgariũq; malorũ autor est? An-non vel hac vna de causa familiæ à se inuicẽ plerũq; abalienantur, naturalẽ benevolentiam vertẽtes in pertinaces deploratõsq; inimicitias? An-nõ amplæ frequetõsq; regiones intestinis factionibus desolantur? An-nõ terra mariq; nouarũ semper calamitatũ ingēs p-
uent

uentus à naualibus terrestribusq; copiis: Græcorum enim aliorumq; populorũ bella vltro citroq; magna atrocitate illata & gesta ex vno cupiditatis fonte manarũt omnia, dũ opes augentur auidius, vel gloria voluptasve impẽsius quæritur. In his em̃ versantur humani generis studia. Sed de his satis multa. Scitu verò dignum illud est. Decẽ hæc effata præceptãve legũ omniũ, quæ particulatim sacris scriptis sunt voluminibus, summa esse capita. Nam primũ quidem summã legũ cõplectitur, monarchiã statuentiũ, quibus planũ manifestumq; fit, vnũ esse mũdi autorẽ, rectorem vnũ ac regẽ, salutariter vniuersa moderatẽ & gubernatẽ, qui è cælo, quod est naturæ purissimã, paucorũ principatũ, statũq; popularem summouerit, duas Reipu. formas nõ perinde tutas ac salutare, quæ apud improbos homines ex inordinato rerũ statu & immodica vsurpãdæ rei alienæ cupiditate nasci solent. Alterũ autẽ, caput est & summa omniũ, quæ de humanis opificiis sanciri possint. Signa, statuãsq; quæ perniciosi pictorũ sculporũq; artibus elaborari solent, fabricari vetat. Quin etiã fabularũ figmẽta reiicit, cuiusmodi deorum cõnubia ortusq; sunt, & quæ vtrũq; consequuntur, innumerales ac perquam graues pestes. Tertiũ verò in pauca quædam cõtrahit, & quarũ reiũ gratia iurare fas sit, & quarũ nõ sit: Tũ etiã quo tẽpore, quo loco, per quẽ iurare, quomodo affecto animo, quomodo corpore eos esse, qui iurant, necesse sit. In summo, quacũq; de iurisiurãdi religione vel seruata vel neglecta diuinis oraculis edita sunt ac prodita. Quartũ præceptũ quod est de septimo die, summa sacrarũ feriarum omnino cẽseri debet, simulq; expiationũ iisdẽ præscriptarũ, erant autem hæc in ritu ferè positæ auspicatorũ idonearũq; ablutionũ, precum vocalium, ac solidorum sacrificiorũ. Porro septimũ intelligi volo, & vt senario, qui genitalis maximè est, admiscetur: & vt ab eodem distinctus, ipsi superadditur, vnus speciẽ imaginẽq; referens. Ac generi quidem vtriq; sacræ accensentur feriæ. Ad vnum quidẽ refertur primũ dies ille mensis cuiusq; festus & solennis, quẽ tubarum clangore indicã ac denuntiãt: tum ieiunij dies, qui absq; cibo potũve transmitti iubetur, tum is etiã quẽ sua lingua Hebræi Pascha vocant, & quo vniuersis in tribubus singuli sacra faciũt, non expectatis sacrificiis, cum per legẽ vniuersæ gẽti liceat peculiari quodã die fungi quotãnis sacerdotio sacrorũ gratia quæ facere ipsimet debeant. Vni præterea accensetur etiã dies, quo donaria offerũtur spicarũ perfectarum
pro

pro acceptis beneficiis fœcunditatis vbertatisq; agrorū. Deniq; q̄ ab hoc septē supputatis hebdomadib⁹ quinquagesimus dies est, & Pētecoste verbo Græco vocitatur, quo solēt Hebrēi panes offerre, qui à re dicūtur primarū frugū panes, quādoquidē frugum ac fructuū primitiæ sunt, cibū mitē placidūmq; præbētū, qui homini animalū placidissimo ac māsuerissimo assignat⁹ à Deo est. Septenario autē maximæ multorūq; dierū ferię attributæ sunt circa æquinoctiū utrūq;, vernū & autūnale, geminis feriis in geminū æquinoctiū incurrētibus, earūmq; singulis, septem dies cōplectentibus, vnīs quidē vere, vbi finē accipit vniuersa semētis: alteris verò autūno, cū vniuersū colligūtur reponūtūq; fructus, ij etiā qui ex arboribus percipi solēt. Septeni verò dies meritò attributi sunt septenis mēsis æquinoctij vtriusq;, vt eximiū diei vnus sacri festiq; decus & ornamentū singuli mēses habeāt recreādis relaxandisq; animis. Sunt præterea leges multò pulcherrimæ ad māsuetudinē societatemq;, simul ad modestū & æquabile viræ genus adducētes, quarū nōnullæ de septimana quiete positæ sunt, cuius gratiā iisdē cautū legibus est vt totā regionē interquiescere sināt incolę, neq; serētes, neq; arantes, neq; verò interlucātes, aut aliud omnino quicquam eorū, quæ ad agrorū cultum pertinent, exequētes. Etenī legislator tantus ingenio præditus minimè imperioso ac duro, regionē tum cāpestrem tum montanā sex totos annos fatigatā producēdis fructibus, pēdendisq; veltigalibus annuis interquiescere voluit, quò ea velut respiraret, & quasi libertate quadā recrearetur. Sunt & de quinquagesimo anno latæ leges, quoquidē anno, quæ modò dicta sunt, plenissimè præstantur, ac possessiones restituntur familiis, prout fors ab initio cuique obtigerit, res apprimè necessaria, & humanitatis iustitiāq; plena. Quintum verò præceptū, quod est de colēdis obseruandisq; parētibus, multas & eas quidem necessarias leges quodā velut inuolucro tegit, de senibus & adolescētibus, de principib⁹ atq; horū potestati obnoxiiis, de beneficiis, & iis, apud quos beneficia collocātur, de seruis ac dominis. Etenim parentes in numero eorū habētur, qui superioris sunt cōditionis ordinisq;, quo numero cēsendi sunt senes, magistratus, benefici ac domini. Liberi verò iis annumerandi planè sunt, quorū est ordo cōditioq; inferior. Ac liberis quidē accensendi tū iuniores quiq;, tū ij qui sub alterius potestate sunt, tū ij etiā, erga quos benignitas beneficētiq; exercetur, tum verò serui. Adhæc verò alia pleraq; sapientia

Cita sunt. Imperatū iuuenibus, vt senilem acerbitatē ferāt, senibus, vt iuuentutis curā habeant. Iis autē qui sub imperio sunt, magistratibus suis vt pareant, magistratib⁹ ipsis vt eorū, quib⁹ præfunt, vtilitati cōsulāt. Iis verò, qui beneficiū acceperunt, vt gratiam referāt, qui cōtulerūt ne quasi mutuū dantes reperāt. Seruis quoq; vt heris ex animo pareant ac seruiāt, heris vt humanos se māsuetosq; præbeāt: quibus ex rebus nasci soleat æquabilis illa inæqualitas. Atq; hi quidē sunt fines prioris quinarij multa summatim breuiterq; perstringentis. Neq; enim paruus est legū particulariū numerus. Alterius autem quinarij primo capite arguuntur adulteri. Huic edicta subiciuntur plura de stupratoribus, de puerorū amatoribus, de iis qui libidine diffuūt, & illicitos effrenatosq; sequūtur cōcubitus. Horū verò descriptæ species sunt in diuinis legibus, nō vt varia multipliciaq; incōtinētia genera indicētur, sed vt qui turpiter vitā traducūt, planè deterreatur, auribus suis tam multa probra, vt eos pudeat, hauriētes. Altero verò capite prohibēt homicidiū, atq; huc leges vniuersę de vi illata, de iniuriis, de pulsationib⁹, de inflictis vulneribus, de mutilationibus positæ referūtur, necessaria quidē illæ, ac omnibus perquam vtilis. Tertiū autē caput, quod est de nō furādo, cōplectitur quacūq; aduersus eos legibus definita sunt, qui vel creditoribus decoquunt, vel negant depositū, vel societatis iura violant, vel impudenter aliena rapiunt, deniq; habendi nimia cupiditate adducti circumscriptis fraudatisq; clam palāmve aliis plus sibi vsurpāt, quàm par est. In quartū autem caput, quod falsum testimoniū dicere vetat, multa recidūt, Nemini fraudi esse, Nemini calumniis circūvenire, Nemini qui sceleris aliquid moliat, opera iuuare, Nemini prætextu bonæ fidei fucū facere. Quibus de rebus omnibus latæ sunt leges valde cōsentaneæ. Quintū verò caput cupiditatē arcet atq; inhihet. Porriò ex ea velut vitiorū omniū scaturigine manāt actiones nefarię, quę priuatim ac publicè, magis ac minus per fas ac nefas, tum circa corpus, tū circa animū, tū circa ea quoq;, quæ dicuntur externa, se prodūt ac proferūt. Nichil em̄ vt antè etiā dictū est, cupiditatē fugit. Quin ea velut flamma in materiam agens, pascitur absumens depopulānsque ornatāq; sunt tum ad illos exhortādos qui se admoneri reprehendive æquo animo ferunt, tum ad pœnas contumacibus ac refractariis, qui toto vitæ tēpore huic se permisissent affectui, irrogand

gandas. Atque hæc de altero quinario, quantum satis est, dicta sunt. Itaque peruentum ad finem decem effatorum, quæ Deus ipse pro dignitate numinis diuinitus elocutus est. Aptum enim congruensque ipsius maiestati erat, ut summa legum particularium capita ipse ex sua persona diuinitus ipsas verò particulares leges oraculari ministerio summi vatis, quæ ex omnibus velut optimum præstantissimumque selectum, ac diuino spiritu afflatum factorum oraculorum interpretem designarat, mortalibus traderet. Iam verò deinceps expediamus qua de causa, cum decem illa effata siue leges proponeret, simpliciter ac nudè aliud imperarit, aliud vetuerit, nec vllum aduersus eos, qui transgredereantur, supplicium nominatim statuerit ac definierit. Deus erat, atque idem continuò dominus clemens ac bonus, solius quidem boni autor, non item mali. Arbitratus igitur illud in suam ipsius naturam maximè quadrare, si præcepta traderet sincera, & citra vllam suppliciorum mentionem, ne fortè quis cæco ac præpostero ductus animi iudicio ægrè atque inuitus, sed contrà potius prudenti consilio vsus alacriter & vltro rectam viam institeret, noluit supplicia suis admiscere oraculis, non quod asyllum aliquod iniquitati hominum aperire vellet, sed quòd sciret ipsam iusticiæ præsidem Dicen Græcis nominatam sibi perpetuò assidentem, & res humanas intuentem & obseruatam, minimè hinc tardam remissamve fore, ut quæ improba hominum facinora sponte naturæ oderit, quin potius congruenti sibi cognatò que munere perfuncturam iis, qui delinquant, vlciscendis. Ministros enim ac suppraefectos Dei quasi belli ducis quosdam, decet erga desertores, qui ordinem in virtutis acie deserunt, vindicibus vti gladiis. Cæterum ipsi summo imperatori adscribenda publica salus ac securitas est, publicam pacem tuenti: & omnibus ubique omnia pacis commoda abundè semper largitèrque suppeditanti. Pacis Deus ipse autor est ac dispensator: ministri eius bellis & certaminibus, præfuerunt.


*

Finis alterius Tomi.

IN PHILONIS IVDÆI OPERA, RERVM ATQVE

Verborum Index Tomi

alterius.

 bstinentiæ leges	Aelim	25
186	Aequalitas iustitiæ mater & nutrix	107
Accusatio inimicis non est committenda	Aequalitas in cælo & terra omnia optimè disposuit	ib.
312	Aequalitatis opera	108
Adamus hominum omnium nobilissimus	Aeschili locus	212
246	Agnorum agnarumque in sacrificiis vsus	196
Adulantium miserrima seruitus	Agrippa ex animi dolore incidit in morbum grauissimum	347.348.
229	Agrippæ res gestæ contra Flaccum	307
Adultera à bestiis nihil differt	Agrippæ ad Caium profectio	347
149	Amatoris concupiscentia qua lege punienda	170
Adulter sacrilegio prior	Amicorum omnia sunt communia	24
130	Anaxagoras præ amore philosophiæ prædia sua reliquit	234
Adulterium quam grauius à Deo prohiberetur	Anaxagoræ de siderum influxu sententia	273
130.144	Anaxarchi dictum de animæ immortalitate	226
Adulterij & stupri collatio & differentia	Ancillæ quomodo tractandæ	189
149	Andronis domus diripitur	303
Adulterij expiatio	Animæ sanitas	111
ibid.	Animæ quatuor affectus	248
Aegira ciuitas mari submersa	Animalia sacrificiis idonea	HH 188
295		
Aegyptus cur hyemem ignorat		
17		
Aegypti plagas		
17.18.19.20		
Aegypti homines in seditiones procliuissimi		
297		
Aegyptij tumultu oppressi flagellantur		
304		
Aegyptiorum leges		
46		
Aegyptiorum in mari interitus		
24		
Aegyptiorum idolatria		
124		
Aegyptiacus typhus		
62		
Aegyptiacorum sacerdotum rationes		
108		

INDEX

188.189	Athlantis insula intra unius diei & noctis spatium ingēti terræ motu & inundationē submersa	283
Antigenidæ tibicinis dictum	229	
Antisthenis philosophi de bono viro dictionum	216	
Appelles tragicædus	340	
Appollo medicinæ inuentor primus	328	
Apollinis oracula certissima	229	
Apollinis statua	327	
Aqua innocentie symbolū	149	
Aquæ vsus in sacrificiis veteris testamenti	198	
Aquarum amaritudo	24	
Arietum in sacrificiis vsus	188	
Ascalonitarum cum finitimis Iudæis similitudo	341	
Assyriorum literæ	6	
Astrologiæ scientia	34	
Afyli ius quatenus nefariis cōmunicandum	152.158	
Arabia pastores optimi	9	
Arabum in Hebræos odiū	112	
Arca fœderis	53.54	
Arca vas legibus destinātū ib.		
Argonautæ libertatis amanti- simi	230	
Arietis pro remissione peccatorum oblatio	60	
Arietum in sacrificiis vsus	195	
Ariolorum pœna	154	
Aristotel. de mūdo opinio	258	
Armentorum in sacrificiis vsus	198	
Arrogantia quid	92	
Arrogantiæ natura	ibid.	
Atheniensium leges	45	
Atheniensium excellentia in- genia	229	
	Atrium tabernaculi	153.154
	Auaritiæ detestatio	52
	Auditus ratio	208
	Augusti Cæsaris res gestæ	333
	Augusti Cæsaris pro Iudæis decreta	352
	Aulæ tabernaculi vela	33
	Aures minus fidei habent quæ oculi	95
	Austri venti natura	17
	B aal asino insidens ab an- gelo repellitur	35
	Balaces	35.36
	Balacis regis res gestæ	54.55
	Bellum gerere quatenus liceat	40
	Belli instrumenti via ac ratio	151.152
	Beneficentia homines in deos mutantur	94
	Biantis philosophi in rebus aduersis animus infractus	231
	Boëthij de mundo opinio	280
		284
	Bono viro nihil omnino deest	110
	Boum in sacrificiis vsus	188
	Bypsi prouentus	53
	Bura ciuitas mari submersa	303
	C aduceatorum officiū	328
	Caimi in fratrem crudelitas	195
	Caius pestis ciuitatis, populi deuorans lues & pernitias decla-	

IN PHILONEM.

declaratur	328	iure afyli in suū templum demutare conatur addito Caij noui Iouis titulo	355
Caius sorores suas quo solus imperaret in exilium mit- tit	326	Calani Indi patientia	224
Caius honores & insignia vsur- pat insanus quorū virtutes semper est aspernatus	327	Candelabra ramis ornata quid significant	55
Caius non magis voce quàm oculis loquitur	347	Capitonis insatiabilis auari- tia	340
Caius in diuersis locis sibi ipsi statuas erigit	357	Captiuæ ab hostibus quomo- do tractandæ	85
Caius non contentus se æqui- parari semideis æmulatio- nem cum maioribus diis petit	326.327	Castoris & pollucis fabula	326
Caius ab Alexādrinis pro deo cultus	145	Carbunculi morbus vnde di- catur	168
Caius diuinos sibi honores mu- tato habitu ascribit	325.326	Charitatis officium	44
Caij ambitio	ibidem	Carabas ab insana multitudine per lusum in regem co- ronatur	299
C. contra Aegyptios & Iudæos res gestæ	306	Chananzæ	24
C. contra Flaccum res gestæ	307.308	Chananis regis res geste	32
C. in Flaccum crudelitas	316	Charitas pieratis soror	78
C. in Silanum focerum crudelitas	324.325	Chereæ in loquendo libertas	228
C. inconstantia & leuitas	326		
C. in monitores suos seueritas	324	Cherubim	54
C. vafricies & in rebus geren- dis inconstantia	323	Ciconiarum in parentes pie- tas	129
Caij in fratrum impietas	326	Cinerum in sacrificij vsus	199
Caij ambitio leuitas & insania	325.326	Circumcisio quāto in honore apud gentes habita	168
Caij erga Iudæos innatum o- dium	329.330	Circumcisio fecunditatis gra- tia instituta	ibid.
Caij ad Petronium Syriæ presi- dē pro Iudæis epistola	354	Circumcisio cordis ceo gratif- sima	203
Caius sanctum templum cum		Circumcisionis mos cur inua- luerit	168
		Cœlesyria	22
		Concupiscentia peccatum hor- rendum	134
		Concupiscentiæ pœnæ	ibid.
		Coniugium pontificibus & sa- cerdotibus concessū	181.182
		HH ij	Coniug

INDEX

Coniugij leges	145.146	liquit	234
Coniugia quæ illicita	146.147	Denarij numeri perfectio	117
Coniugalis fidei violatæ pœna	149	Deucalionis diluuium	252
Connubia quomodo in Dei populo contrahenda	42	Deus quid	172
Connubij commedatio	153	Deus cur supra omnes creaturas solus adorandus & inuocandus	122.123
Conscientiæ malæ elegans descriptio	314	Deus in rubo flammeo Mosen alloquitur	120
Consecrationis victima	60	Deus nulla alla re quâ per sensum illustratur	173
Cõuiuij infani descriptio	237.238	Deus per seipsum illustrat sui notitiam	156
Conuiuia philosophorum diuersi generis	239	Deus semper est sibi par & sui similis, nec in melius nec deterius mutatur	283
in Conuiujs quid & quomodo agendum	ibidem	Dei nomen non proferendum	67
Corruptio quid	273.274	Dei nominis profanatio in quibus consistat	125
Coturnicum miraculum	27	Dei nomen non profanandum	138
Creditorum leges	82	Dei nomen quomodo profatur	77
Critolai de sempiternitate mundi opinio	277.278	Dei opera nõ sunt cerotina, sed omniũ perfectissima	280
Crocodili	261	Dei immensa potestas ex creaturis eius metienda	170
Croesi regis de Biate dictũ ibi.		Dei essentia voce non potest exprimi	172
Cultus diuini saluberrimi precepta	253	Deuteronomium	99
Cynadi	153	Diluuium Nœ	49.50
D ardamarum mulierũ virile facinus	227	Diogenis de mundo opinio	280
Decalogi expositio	121.122.123.124.125	Diogenis de vera libertate sententia	232
Decimarum leges	83	Diogenis Cynici præclara dictoria	228
Decimarum vsus	186.187.188	Diurrij lex	145
Defuncti quomodo lugedi	69	Dualitas passibilis & diuisibilis materiæ imago	164
Dolus insula olim sub vndis marinis latuit	290	Ebri	
Democriti de mundo opinio	274		
Democratia	108		
Democritus propter philosophiæ studium prædia sua re			

IN PHILONEM.

E Brietas insaniam generat	237.238	Flacci iã exulantis pro Iudæis ad Deum oratio	314
Elementa à quibusdam pro nomine culta	127	Flacci crudelitas grauissimè punita	313
Epicuri de mundo opinio	274	Flacci mors crudelissima	316
Essæi	223.224	Fluuius in sanguinem à Mose versus	14
Essæorum hæresis	232	Fœcialium officium	328
Epicuri locus	230	Fœnus populo Dei prohibitum	81
Exilij diuersa ratio	213	Fortitudinis laus	110
Expositores infantum quæ pœna plectendi	155	Fratris nomine in sacris quid intelligendum	81
F Anuli à seruis quomodo differunt	132	Frugalitatis leges	186
Felicitas vera quibus absoluitur rebus	93	Furtum grauiter à Deo prohibitum	131
Fidei officium	253	G Allorum gallinaceorum pro libertate pugna	229
Filiorum erga parentes pietas quàm studiose à Deo precepta	128	Gorgonei capitis vis	344
Flaccus Auillius summa Tiberiorum amicus	295	Græcorum conuiuia	239
Flaccus fortunæ inconstantiam in suis rebus deplorat	313.314	Græcorum leges	45
Flaccus ab Isidoro in gymnasio accusatur	311	Gratiæ deæ nunquam separatur coniuncta lege naturæ immobili	44
Flaccus in sua prouincia captus, suæ crudelitatis morte pœnas luit	308	Gratiarum actio sacrificium Deo gratissimum	200
Flacci Auillij Aegyptij præstidius laus	295	Graudam mulierem lædens quomodo puniendus	155
Flacci Auillij contra Iudæos res gestæ	ibidem	Gyarum insula omnium sterilissima	312
Flacci in Iudæos crudelitas	303	H æreditariæ successienis leges	81.82
Flacci ad Caium epistolæ adulationis plenæ	307	Hebræi per solum legum cõtemptum expugnabiles	38
Flacci ad deum confessio	316	Heb. inuicta potentia	32
Flacci exilium	313	Helice ciuitas mari submersa	293
Flacci in exilium nauigatio quàm dura	ibidem	Helicon à Claudio Germanico interficitur	341
		Heracliti de anima opinio	281
		HH iij	Herc

I N D E X

Herculis labores	326	Iesus conuictor contubernalis	
Hieroglyphicæ notæ	5	& successor Mosis	78.80
Hierosolyma non Iudææ sed		Ignis essentia purissima	61
multarum aliarum etiam		Ignis natura	120
urbium metropolis	448	Ignis verus vsus	61
Hieros. templum ante Caium		Ignis sacrificiis cur adhibitus	ibidem
nunquam admisit effigiem		Imperatoris Romani præro-	
ac statuâ manufactam	349	gatiua	320
Hierosolymitani templi stru-		Imperij administrandi præce-	
ctura	340	pta	260
Hippopotami	261	Impij quibus rebus à Deo exe-	
Holocaustorum leges	191	crentur	266
Hospitalitatis lex	6	Impiorum pœna	ibid.
Homicidium quid	152	Incrudelitatis malum	70
Homicidium nõ semper mor-		Infantum expositores quomo-	
te puniendum	159	do puniendi	155
Homicidiũ fortuitũ & destina-		Infantum interfectores qua	
to cõsilio non commissum,		pœna afficiendi	156
qua ratione puniendũ	152.155	Ingratitudo omniaum vitiorũ	
Homicidij lex pœna	152.153	mater	92
Homicidij lex quàm latè sese		Innocentia gratissimum Deo	
extendat	160	sacrificium	142
Homicidæ non vna morte pu-		Impia pœna domini grauissi-	
niendi	152.153	ma	267
Homicidis Asylorum ius qua-		Intellectus sensui tãquam vir	
tenus communicandum	152	mulieri præstat	291
I actantia	42	Intestina in sacrificiis cur ab-	
Iason argonautarum prin-		luantur	ibidem
ceps	230	Inuidiæ natura	42
Idololatriæ causæ & primor-		Iocineris natura	193
dia	169.170	Iracundiæ affectus perniciosif-	
Idololatria lege diuina cur to-		simus	218
ties prohibita	170.171	Isaac	253
Idololatræ peccatores omnes		Isidorus sycophanta	336
impietate superant	127.128	Isidorus Flaccum in gymna-	
Idolorum vsus in populo Dei		sio accusat	ibid.
nequaquã ferendus	160.170	Isidori hominis turbulentiissi-	
Ieiunium verum	45	mi res gestæ	318
Ieiunij sanctissima obseruatio		Israël	255
45		Iudæi	

I N P H I L O N E M.

Iudæi à Flacco miserè ac cru-		Lacedemoniorum leges	145
deliter tractantur	304	Lamiæ hortorũ curatores	356
Iudæorum festa	308	Lamponis hominis turbulan-	
Iudæorum scholæ	68	tissimi res gestæ	310
Iudæorum erga leges diuinas		Lamponis contra Flaccum ac-	
amor & studium	342	cusatio	311
Iudæorum in conseruanda &		Lepidi pro Flacco apud Caiũ	
defendenda sua religione		Bassum deprecatio	315
constantia	343.344	Leuiticæ tribus pietas	63
Iudæorũ ob captum Flaccũ ad		Lex quid	247
Deũ gratiarũ actiones	309	Lex antiquitus lingua Chal-	
Iudæorum apud Perronium &		daica scripta	46
Caium supplicatio, ne pri-		Lex diuina absolutã scientiam	
uentur sua religione	343	desiderat	176
Iudaicam gentem Deus sape		Legis officium	43
eripuit exitio	339	Leges Mosaicæ ex lingua Chal-	
Iudicis institutio	95	daica in Græcam à Ptole-	
Iudicis boni officium	355.357	mæo conuersæ	48
Iulia Augusta tẽplum Hieros.		Leges Mosaicæ nullo tempore	
ornat	352	abolitæ aut mutatæ	47
Iulij Cæsaris mors	227	Leges Mosaicæ quàm latè sese	
Iuramentum quid	125.138	extendant	135
Iuramentum quomodo facien-		Leges decem tabulis per Mo-	
dum	125.126	sen proposiæ, cur singulos	
Iuramentum à quibus efflagic-		appellent, non plures	117
tandum	141	Leges de seruis	159
Iuramẽtum propter leues cau-		Leges de homicidio inuolun-	
sas ab hominibus non est ef-		rario	ibidem
fligitandum	125	Leges diuersarum gentiũ	45
Iuramenti variæ formulæ	139	Legum Mosaicarũ diuisio	127
Iurandi potestas virginibus le-		Legum Mosaicarum differen-	
gibus adimitur	141	tia	250
Iuris diuini veneratio	44	Legũ Mosaicarũ perfectio	44
Iusurandum quando rebus du-		Legũ Mosaicarũ scopus	85.86
biis interponendum	135	Legum diuinarũ veneratio	44
Iusurandi sanctitas	125	Legislatoris officium	43.65
Iusurandi nõ seruati pœna	140	in Legislatore requiruntur o-	
Iustitiæ officium	44	mnes virtutes	44
L abor à Deo & natura ho-		Legislatoriæ facultati quatuor	
minibus impositus	64	insunt	ibidem
		H H iij	Libers

INDEX

Libertas omnibus rebus merito anteponenda	226.227	Manij Maximi Aegyptiorum praedis res gestae	523
Libertas à brutis etiã animalibus amatur	229	Manus ne in vanã incidamus cupiditatem quomodo abscindendae	164
Libertas omnium felicitatum fons	203	Maris rubri miraculum	75
Libertas vera in quibus potissimum consistat	232	Mars profigator bellorum & pacis opifex	349
Libertas vera quibus tribuenda	ibidem	Masculorum concubitores in populo Dei nõ ferendi	146
Libertatis verae indicia	ibid.	Matrimonium in populo Dei quomodo sit cõtrahendũ	250
Libertatis verae descriptio	22	Matrimonium lege Mosaica quibus denegatũ	144.145
Lugendi tempus à Mose praefinitur	70	Matrimonij leges	146
Luna cur pro dea à gentibus culta	171.172	Matrimonij sanctitas	142.143
Lunae cursus	55	Matrimonij cõmendatio	144
Licurgi leges	218	Medicinae prima inuentio	329
Macro cur à Caio interfectus	324	Mendacij detestatio	96.179
Macronis mors	323	Mens omnium sensuum caput	55
Macro ut Caius imperium adipisceretur operam dedit	320	Mercenarij absq; cunctatione soluendi	82
Macro Caium Tiberio sancti & ad necem poscenti terripuit	323	Mercurius deorum internuntius	292
Macro equitum Romanorum primus & nobilissimus	325	Meretricis salarium in sacrorum non reponendũ	209
Macro in adipiscendo imperio Caio adiutorem se praebuit	320	Meretrices in populo Dei non sunt ferendae	148
Madianorum in Hebraeos odium	113	Meretrices à rebus diuinis plane arcendae	180.181
Magiae laus	154	Meretricibus nati in scripturis qui dicantur	206
Magiae apud Persas studium vulgarrissimum	222	Messoribus à Mose leges praescriptae	82
Magi Aegyptij virgas in dracones vertunt quos omnes Mosis draco obsorbuit.	30	Miltiades gallinacearum certamen instituit	229
		Minotauri fabula	127
		Miracula	23.24
		Mcestiriae quid	132
		Mors malorum est in hoc mundo	de

IN PHILONEM.

do miseriarum finis, poenarum autem sempiternorum initium	259	Mosis nomen unde	5
Mortis duae species	258	Mosis patria	3
Mortui quomodo populo Dei defendi	70	Mosis educatio	6
Mos	5	Mosis sacerdotium quale	51
Moses in ripam fluminis exponitur	3	Mosis virtutes	43
Moses novum naturae miraculum	5	Mosis aequitas & mansuetudo	81
Moses pastorum princeps	10	Mosis pietas & temperantia	83
Moses rex, legislator, propheta & pontifex	65.256	Mosis sobrietas	4
Moses vir Dei amatissimus	65	Mosis in Arabiam fuga	8
Moses populi Dei dux	20	Mosis pastoris vitio	20
Moses cur propheta dicatur	65	Mosis philosophia	5
Moses legislatorum omnium praestantissimus	48	Mosis prophetiae initium	73
Moses omnium virtutum verum exemplar	ibid.	Mosis erga hostes humanitas	532.533
Moses nepos regis habitus	7	Mosis miracula	23.24.25
Moses dux populi Dei declaratur	13	Mosis cum Deo in monte colloquium	61
Moses cum fratre oracula communicat	ibidem	Mosis ad Deum assiduae praerogationes	24.173
Moses Deo altare dedicat	29	Mosis efficacissima ad Deum pro dimicantibus oratio	28
Moses iudex multitudine negotiorum obrutus vicarios sibi assumit	100	Mosis fortissimi ducis res gestae	29.30
Moses cur suam historiam à mundi initio sit exorsus	48	Mosis in Aegyptum profectio	13
Moses cur decem leges in duabus tabulis proposuerit	127	Mosis edicta	60
Moses cur legis transgressoribus poenas non adiunxit	37	Mosis cum sophistis atque magis contentiones	13
Moses fratrem pontificem oraculo deignans populi seditionem concitat	65	Mosis libri historiales quare ratione conscripti	48
Moses solus sine argento ac reliquis opibus regnum administravit	256	Mosis leges cur non in civitatibus, sed in solitudine latae	115.116
		Mosis leges cur denario abundantius numero	117
		Mosis leges speciales	137
		Mosis leges perfectissimae	44
		Mosis leges nunquam abolitae aut mutatae	44.45
		HH v Mosis	

INDEX

Mosis leges ad æquitatis re- gulas summo studio cōscri- ptæ 164	Naturæ in rebus omnibus lar- gissima munificentia 109
Mosis in scribendis legibus di- uini modus & ordo 48	Nilus Aegyptū inundat 26.66
Mosis mors 77	Nobilitas expiatæ purgatæq; mentis præcipua fors 265
Mosis sepulchrum ibid.	Nobilitas nihil prodest indi- gnis hac prærogatiua ge- neris 247
Mosis vita sermoni vbiq; simi- lis 7.8	Nobilitatis veræ initia 244
Mosi tota vita elegantissimè descripta 16.17	Nobilitatis veræ descriptio ib.
à Mose qua intentione quòve studio leges conscriptæ 48	Noë arca eiusq; mysterium 50
Mosaicæ leges quàm larè sese extendunt 133	Noë diluuium ibidem
Mosaicarum legum differen- tia 250	Norvani Flacci procōsulis ad Ephesiorū magistratū pro Iudæis epistola 3.2
Mosaicarū legum scopus 86	Nubis prodigium 22
Mosaicarum legum sanctitas gentibus etiam cognita 46	Nuptiæ lege diuina quibus ve- titæ 144
Mosaicarū librorū diuisio 250	O Celli de rerum natura li- bri 174
Mundus quid 169.273	Octauiani Augusti res gesta 333.334
Mundus Dei templum 176	Oculi totius corporis duces & principes 164.165
Mūdus est incorruptibilis 273	Oculi excussi poena atq; vindi- catio 164.165.166.167
Mundus possitne præsentī or- natu amisso, dissolui in vnā eandemq; speciem 274	Oculorum vsus cur homini- bus datus 217.218
Mundi dies natalitius 27.67	Oedipodis Laij filij nuptiæ 143
de Mundo diuersorum philo- sophorum opiniones 275. 276.277.278	Omentum 157
Munerum corruptiones 186	Orationis virtutes ibid.
Munificentia cōmendatio 97	Ordeacea puls cur in adulterij expianadi sacrificiis adhibea- tur 148
N atura varietate sui artifi- cij semper gaudet 16	Ordei vsus duplex 149
Naturæ mirabilis in reb ⁹ pro- ducendis ordo atque artifi- cium 189	P Aedicones 173
Naturæ in rebus conseruandis admirabile studium 192	Palma septuaginta 25
	Palma arboris natura ibid.
	Panætij philosophi de mundo opinio 28
	Parentes

IN PHILONEM.

Parentes à filiis qua ratione ho- norandi 128	nos in nostrum deducta est hospitium 165
Pascha Iudæorum 133	Philosophia à terrenis rebus ad cælestia hominem auo- cat 134
Pascha Iudæorum quibus riti- bus ac ceremoniis celebra- ta 69	Philosophiæ encomiū 124.165
Pasphaës nefanda libido 147	Philosophiæ utilitas 234
Pastoralis ars apud veteres præ- ludium ad regnum 9	Philosophorum conuiuia di- uersi generis 239
Pathici 146	Phinees dux fortissimus 46
Pauor quid 132	Phinees belli dux declaratus, suos ad fortitudinæ ad- hortatur 39
Peccati poena 13.49.253.266	Phinees pro concione lauda- tur à Mose 40
Peccatorum diuersorum diffe- rentiæ 194.145	Pietas virtutum omnium ve- rum principium 127
Pedes in sacrificiis curambu- lantur 191	Pietas virtutum omnium dux atq; gubernatrix 256
Pedum lotio in sacrificiis quid significet ibid.	Pietas omnium virtutum fun- damentum 153
Pentecostes festum 133	Pietas gratissimum Deo sacri- fium 155
Periurij detestatio 126.127	Pilatus auratos clypeos dedi- cauit intra sanctam urbem in Herodis regia 351
Periurij poena 142	Pindari locus 291
Perse Magi clarissimi 154	Planetarum figuræ 55
Perfarum coniugia sacris lite- ris repugnant 143	Platonis de mundo opinio 275
Persicorū Magorum artes 222	Platonica conuiuia 238
Petronius Syriæ præses 341	Poculum redargutionis 149
Petronij in rebus gerendis so- lertia 342	Pœnæ malorum à Deo homi- nibus ordinatæ 250
Petronij contra Iudæos res ge- stæ 341	Pœnitentiæ fructus 51.252
Pharao in mari rubro submer- gitur 24	Pondera adulterina in sacris prohibita 103
Pharaonis in filios Hebr. cru- delitas 3	Pontificis veri munus 180
Pharus insula 47	Pontificis summi vestitus & ornamenta 56.180
in Pharo insula celebratur le- gum Mosaicarum solenni- tas 48	Pontificum matrimonia 180
Philadelphia ciuitas 46	Ponti
Philosophia per oculos huma-	

INDEX

Pontificum vñctiones	60	daica in Græcã transtulit	46
Pontificum veteris testamenti leges	181.182.183	Prolemæi Philadelphi laus ib.	
Pontificibus virgines tantùm in matrimonium concessæ	181.182	Puellæ violatæ pœna	150.151
Posidonij de mûdo opinio	280	Pulveris miraculum	17
Prædicamenta decem	118	Pupillorum curam cur potissimum agat Deus	204
Primitiæ frugum in ecclesiæ ac sacerdotum vsum potissimum institutæ	185	Pythagoræ symbola	213
Primitiarum vsum fructus	182	Pythagoræ philosophia	ibid.
Primogenitorum leges	185	Pythagoreorum de mundo opinio	294
Principatus cur externo rarissimè detur	99	Q uaternarij numeri virtutes	56
Principes omnes debent esse sacerdotes	75	Quaternarij numeri nobilitas	52
Principis institutio	ibid.	Quaternarij numeri vsum	127
Principis officium	322.323	R agnarum miracula	14.15
Principes non sunt forte eligendi	98.99	Resipiscentiæ vis	92
Principes publici ciuitatum & gentium parentes	102	Res, lex animata	43
Principes reuerà populi pastores	216	Regis optimi descriptio	10
Principes mali hostibus perniciores	102	Regum officia	43.276
Principum electiones legitimæ	82	Regium Siciliæ oppidum	293
Principum electiones quomodo instituendæ	98	Rifus quid	258.259
Prodigia dira 12 vsq; ad numerum 25		Rodus insula	290
Proditionis pœna	162	Roris miraculum	26
Prophæta quid	257	Rubris mari miraculum	73
Protei Aegyptij diuersæ formæ	326	Rubus ardens à Mose visus	11
Proseuchæ	68	Rubus ardēs in quo dominus Mosem est alloquutus, quid significet	127
Prolemæus Philadelphus leges Mosaicæ ex lingua Chal		S abbatum quid	133
		Sabbatum quibus ceremoniis atq; operibus à populo Dei sanctificandum	171
		Sabbati sanctificatio	27.67
		Sabbati nō obseruari pœna	68
		Sacerdos membro aliquo mutilatus à sacris arcendus	182
		Sacerdotes publico stipendio alendi	186.187
		Sacerdotes honorificè ab omni populo in omnibus tractandi	

IN PHILONEM.

ctandi	184.185	Salis in veteris testamenti sacrificiis vsum	201
Sacerdotes membro mutili aut impuris sacrificiis non sunt admittendi	196.197	Salpaath eiusq; progenies	70
Sacerdotū varius vestitus	179	Sanguis cur in offerendis rebus diuinis circum altare fundatur	191
Sacerdotum leges	178.179	de Sapientia iudicare difficile	79
Sacerdotum coniugia quomodo contrahenda	181	Sapientiæ antiquitas	ibid.
in Sacerdotibus non tantùm corporis, sed animæ potissimum puritas lege requiritur	178	Sonipes	16
Sacerdotalis officij sanctitas	175	Scortationis peccatum à Deo grauitèr punitum	38
Sacerdotalis vestis ænigmata	56.57.58	Scytarum leges	46
Sacerdotalis vestitus cur tam eleganter & copiosè profcriptus	60	Serani coniuratio	327
Sacrificij vasa	54	Semele à Baccho grauida facta	229
Sacrificia expiatoria	194.195	Sensuū quinq; certa officia	52
Sacrificia Deo quæ gratissima	200	Septenarij numeri in sacris frequentia	133
Sacrificia Deo acceptissima innocentia & castitas	140	Serui à famulis quid differant	232
Sacrificia cōmunia atq; particularia diuersi generis	197	Serui à dominis qua ratione tractandi	159
Sacrificia in veteri lege cur membratim diuidantur	191.192	Seruum inobedientem num occidere liceat	ibidem
Sacrificia quædã veteris testamenti cur abstemia	180	Seruitutis diuersæ rationes	214
Sacrificiorum vsum	55	Seruitutis iugum omnium grauiusimum	217
Sacrificiorum puritas	198	Seruitutis iugum omnib' formidabile	227
Sacrificiorum diuersi generis interpretatio	193	Sicilia insula maris impetu à terra Italiæ auulsa	293
Sacrificiorum in vetere lege diuersitas	198	Siculi freta historia	ibid.
à sacrificiis qui excludendi	206	M. Silanus à Caio genero obtruncatur	325
Sacrilegij pœna	152	Silani accusatio	ibidem
		Similitudo omnis fallax	258
		Simulachrorum cultus, apertissimo Dei verbo repugnans	

I N D E X

gnat	122.123	Terra cur à poëtis Pandora di- cta	ibid.
Sodomæ & Gomorræ incen- dium	49	Terra & aqua innocentiã sym- bola	149
Sol pro Deo ab Aegyptiis cul- tus	169	Testimonium falsum nequa- quam est dicendum	131
Solis virtutes	179	Thamar veræ nobilitatis spe- cimen	248.249
Solitaria vitæ cõmendatio	235	Theophrasti de mundo senten- tia	290
Solonis Athenientis leges	144	Therapeutæ	233
Soror in vxorẽ non ducenda	143	Therapeutrides	ibidem
Spathephorum Aegyptiorum car- nifices	304	Therapeutarum diuersi ritus & mores	233.234.235
Statuarum adoratio	169	Tiberius Cæsar callidissimus atq; in noscendis occultis hominum volutatibus per- spicacissimus	320
Stephano Tiberij Cæsaris li- bertus	308	Tiberij Cæsaris imperiũ	317
cum Sterilibus mulieribus nõ est congregandum	146	Tiberij Cæsaris testamentum	318
Stoicorum de mundo opinio	274	Timiditatis natura	233
Stupri pœna	150.151	Torpor	256
Stupri & adulterij collatio atq; differentia	150	Triptolemi fabula	251
Substantia dialectica quid cõ- prehendatur	118	Tristitia quid	132
Superbia quid	255.256	V ela tabernaculi	54
Superbia vnde accendatur	101	Venatio bellicæ artis præ- ludium	10
Superbiæ natura	92	Venefici pœna non diu diffe- renda	153
Superbiæ detestatio	91	Veneficarum pœnæ atq; sup- plicia	154
Superficies quid	117	Ventorum septentrionalium virtutes	155
Supplicio publico affecti, post mortẽ sunt sepeliendi	160	Verberones	232
T abernaculum	52	Verbum Dei verum animæ lu- men	91
Tabernaculũ à Mose ad tẽpli modum adornatum	53	Veritas à Deo non seiungitur	63
Tabernaculi ædificatio	52	Veritatis laus & cõmendatio	95
Tantali fabula	132	Veri	
Temperantiæ leges	186		
Templi ministrorum ordines	70		
Terra fidissima hominum nu- trix	316		
Terra fecundissima rerum omnium mater	278		

I N P H I L O N E M.

Veritatis comes	96	Visus cæteros sensus omnes vsu atq; dignitate superat	164
Vestitus optima ratio	111	Visus in homine excellẽtia ib. cum Visu cæteri sensus omnes peculiarẽ quandam habent familiaritatem	165
Victima consecrationis	60	Vitæ humanæ fragilitas	7.8
Victimarum in veteri lege or- do atq; diuersitas	189	Vitæ solitariae laus	235.236
pro Victoriæ gratiæ in primis Deo agenda	32.33	Vitæ contemplatiuæ iucundi- tas	233
Viduarum curam cur Deus po- tissimum agat	204	Vituli pro remissione peccato- rum oblatio	60
Vindemiatorum leges	82	Vnctio pontificum	ibid.
Vinum cur sacrificiis lege diuina prohibitum	180	Vsitas primæ causæ imago	164
Virgæ duodecim tribuum à Mose erectæ	64	Voluptas naturalis propter vsus immodicos incidit in reprehensionem	142
Virginitatis laus	151	Votum quibus rationibus Deo soluendum	197
Virginum violatores quomo- do puniendi	ibid.	Vrna fictilis cur adulterij ex- piandi sacrificiis adhibea- tur	149
Vir bonus molestissima in mũ- do sarcina	216	Vsura in populo Dei prohibi- ta	81
Viri boni descriptio	224.225	Vulgi natura atque inconstan- tia	216
Virtus sola reddit homines immortales	23	Vulgi natura & ingenium	62
Virtutis dignitas	82	Vulgi in rebus secundis inso- lentia	44
Virtutis præmia	50.262.263	Z elotypia	148.149
Virtutis radices autor naturæ in proximo deposuit	221	Zelotypia molestissimus affectus	145
Virtutes omnes virgines	256	Zenonis philosophi de bono viro sententia	219
Virtutes sudoribus parantur non otio	64	Zenonis oraculum	232
Virtutes perfectæ non cadunt in multitudinem	224		
Virtutum præmia à Deo homi- nibus proposita	251		
Virtutum vera descriptio	74		
Virtutum magna est inter se cognatio	ibidem		

F I N I S.

L V G D V N I,
Excudebat Nicolaus Petronillus.

1 5 6 1